Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
H
1 1 6
NAPOLI

Digitized by Google

605236 Vel. H. 116

CASVS MILITARES DISCVSSI, AC RESOLVTI

A TVLLIO CRISPOLTO I.C. REATINO

Dum erat Generalis Auditor Exercitus S.D.N. VRBANI Papæ VIII.

QVIBVS TOTA FERE MATERIA DELICTORVM, CONTRACTVVM, ac vltimarum voluntatum Militum continetur; & multa præterea digeruntur ex vniuerſa I.V. Scientia Legentibus, & in Foro verſantibus non inutilia.

ACCEDVNT IN FINE APPENDIX, SIVE ANNOTATIO AD PRIVILEGIA, Militaria Status Eccleſiaſtici, vbi omnes penè dubitationes, quæ dietim in eorum interpretatione contingunt, breui, ac facili methodo diſſoluuntur: & Epilogus Priuilegiorum, quæ de iure communi conceduntur Militibus: & recenſentur etiam, qui ſint hodie Milites, qui illis fruantur, & gaudeant.

OPVS OMNIBVS, PRAESERTIM VERO MILITIBVS MILITIARVM ECCLESIASTICAE ditionis ſummè vtile, & neceſſarium.

Cum duobus Indicibus Caſus, & Materias continentibus.

AD ILL.mum ET EXCELL.mum PRINCIPEM VRBIS PRAEFECTVM

TADDAEVM BARBERINVM

S. D. N. NEPOTEM,

ET GENERALEM S.R.E. DVCEM.



ROMAE, Ex Typographia Andreæ Phæi. MDCXXXV. *Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

ILL.ME ET EXCELLENTISS.
PRINCEPS.

VENIT ad Te, Princeps Excellentiſſime, Quæſtionum Militarium prima Pars, quæ, dum Exercitibus Pontificijs, & ſapienter, & fortiter Ferrariæ imperabas, Te habuerunt, vel auctorem, vel auſpicem. Vix opinor agnoſces facinorum tuorum imaginem, cum nec magnitudinem, nec eum, quem traxerunt à Parente ſplendorem referant. At Principis etiam ſyderum immenſos curſus exigua deſcriptos in Tabula proponere intuentibus, & viam lucis nitidiſſimam vmbris indicare conſueuerunt Mathematici Sapientes. Veniret & Pars altera, ſed mauult explorare primæ periculo, an eruditis hominum oculis ſit placitura: quod ſi accidat, vt ſpero, videbit quam primum publicam lucem; ſin minus, domeſticas tenebras, in quibus iam vagit, & cunas pariter ſortietur, & tumulum. Interim Partem hanc prẹuenientem excipe qua ſoles humanitate omnibus obuia, & quemadmodum non poteris non amare geſta hæc, cum ſint Heroica, quia ſunt tua, ſic amorem, & ſeruitutis obſequium meẹ, agnoſcas obſecro, tuòque illuſtres nomine, ac patrociniotuearis.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

EXpono LECTOR, cenſuræ ingenij tui partem elucubrationum mearum: Conſultò non ædo in lucem opus integrum, quia ex hiſce primitijs plauſus tui coniecturam facere, in animo eſt. Scias autem, me mihi tam parum deferre, vt nec partem hanc fuerim proditurus, niſi Doctiſſimorum Virorum, Illuſtriſſimi, & Reuerẽdiſsimi Domini Cęſaris Raccagni Epiſcopi Tiſernatis Almę Vrbis Gubernatoris, Illuſtriſsimi, & Reuerendiſſimi D. Petri Pauli Phæbei Sancti Officij Aſſeſſoris, & Excellentiſsimi D. Fauſti Gallutij S.D.N. Procuratoris Fiſcalis Generalis, quibus omnia defero, cognita mihi procul ab adulatione libertas feciſſet animum, auctoritas impuliſſet. Hoc igitur perlege, & ſi placet reliquum citò expecta, ſin minus, condonà ei moleſtiam, qui præter conſilium moleſtus fuit. Vale.

Digitized by Google

INDEX CASVVM ARGVMENTA CONTINENS.

1 COntractus militię qualis ſit,& an milites inuito Principe à militia recedere ualeant,præſertim ſi Princeps ſtipendia non ſoluat, numue ſint aliqua pœna mulctandi, ſi Stationis munus ſubire recuſant.

2 Sacerdotes ſiue Seculares,ſiue Regulares, an milites eſſe poſſint,& ſi militiæ fuerint adſcripti, num ſint delendi.

3 Ex duobus militibus munus vexilli feratus expetentibus quis ſit præferen.

4 Blasphemia in exercitu quomodo vindicāda,& de quibuſdam Blasphemiæ ſpeciebus,& quando miles de ea inquiſitus ſit remittendus ad Inquiſitorem. & Ludus in exercitu quomodo permittendus

5 Miles in excubijs dormiens qua pœna ſit puniendus, & qua ratione excuſandus late diſcutitur.

6 Miles ſine Gladio incedens an ſit puniendus, & qua pœna.

7 An miles prouocatus in Cuſtodijs Enſem nudans pari pœna cum Prouocatore enſem prius denudante ſit afficiendus, & num beneuolentia, vel potius ſeueritate regendus ſit exercitus.

8 Centurio militum ſtipendia fraudans qua pœna ſit puniendus.

9 Late diſſeritur an miles qui abſque commeatu diſceſſerat animo curandi Parentes ægrotos ſit habendus pro fugitiuo, cum declaratione multorum Iurium in materia deſertionis.

10 Agitur de Decurione quodam,qui præ timore ſui Centurionis aliquandiu a Signis abſuerat, an ſit habendus pro fugitiuo, ſi poſtea compareat;& re non ſine ſtudio diſcuſſa, reſoluitur, non eſſe fugitiuum, immo nec Decurionis officio priuandum

11 An miles inquiſitus dę Delicto ſi fugiat etiam a Carcere, puniri poſſit ętiam vt fugitiuus.

12 Verbum mendacium dicis, & verbum mentiris an differant, & quando ex illis dicatur illata iniuria, præcipue inter milites.

Votum Domini Franciſci Coronæ I.C.Reatini in eadem materia.

13 Milites luxurioſe viuentes ignominioſe mittendos eſſe, & exemplis, & Auctoritatibus comprobatur.

Miles

14 Miles an ex depoſitione plurium Satellitum iunctis adminiculis dicatur conuictus, vt damnari poſſit vltimo ſupplicio.
15 Decurio, ſeu Decumanus non ſedans, nec ſedari permittens rixam ba alijs, qua pęna ſit puniendus.
16 Centurio, qui militi ignominioſe miſſo fidem honeſtę miſſionis fecerat arbitraria pœna puniendus eſt.
17 Diſcutitur, an & in quibus caſibus poſſit miles Procuratoris munus exercere.
18 Milites alienantes arma qua pœna plectendi ſint & de intellectu multorum iurium in hac materia.
19 Edictum ne prouincialibus fiat iniuria facto vel verbis quando intret, & multa de eo, qui percutit proprij ſocij percuſſorem.
20 Miles in ebrietate uulnerans Commilitonem qua pœna ſit puniendus.
21 Miles damnatus de crimine, quod irrogat infamiam, an ſit de numero militum delendus.
22 Milites fures qua pœna puniantur.
23 An ſub edicto, quod omnes teneantur reuelare delictum, comprehendantur ij qui ſub ſecreti ſigillo a Reo propalatum crimen habuerunt.
24 An & quando liceat militibus alienas uuas, & poma colligere.
25 Miles vel Paganus in numeratione ſtipendiorum ſe falſo ſubmittens, qua pœna ſit puniendus: & quomodo Sergens milites delinquentes cuſtodiæ tradere debeat, & de probanda illius culpa.
26 Agitur de probanda propinatione veneni, & num miles amicum Commilitonem uenenare tentans pecunia corruptus ſit punien. pœna mortis.
27 Pax quando non rumpatur ex recenti offenſione, exiſtente noua cauſa, & an conuicia in abſentia prolata ſufficiant pro noua cauſa.
28 Milites, qui ob delictum ſunt damnati, num ſi militiæ reſtituantur ſtipendia recuperent.
29 Late agitur de iuriſdictione officialium militię in militibus cohercendis.
30 Iudex militum an & in quibus caſibus ſit Iudex competens inter militem, & paganum.
31 Si de re bellica quæſtio contingat quis ſit Iudex competens.
32 Miles qui poſt commiſſum delictum nomen militia dedit num ſit remittendus ad Iudicem loci commiſsi delicti.
33 Miles falſum deponens coram Iudice non ſuo num ab illo poſſit puniri, & carcerari in ſtationibus, vel potius ab Auditore militiarum ſit coercendus.
34 Miles falſum deponens coram Iudice non ſuo, vel delinquens extra caſtra, à quo Iudice ſit puniendus.
35 Miles in deſertione agens ſi craſſetur a quo Iudice ſit puniendus.
36 An miles poſſit ſe ipſum obligare fideiubendo pro commilitone.
37 Emptio ſtabilium in prouincia vbi militant num militibus ſit prohibita, & an ſi emerint poſſint aliquo modo excuſari.
38 Is ad quem deuenit res, vel pecunia furata, an & quando teneatur ad reſtitutio-

Digitized by Google

tionem vero Domino.
Votum Domini Franciſci Coronæ I.C.Reatini in eadem materia.
39 Relaxatus ſub fideiuſſione de ſe repræſentando, etiam nouis non ſuperuenientibus inditijs, an ſemper poſſit ad carceres reuocari.
40 Creditor, qui egit contra militem coram Iudice incompetente fruſtra obtinuit immiſſionem in bonis militis debitoris, etiam quod egerit vigore obligationis Cameralis, & Iudex loci contractus debet ſuperſedere contra militem debitorem, donec a caſtris ſit reuerſus.
41 Commeatus ſine cauſa concedi non debet, & de inditijs contra Sergentem, qui pecunia corruptus, vt commeatum haberet pro quodam milite exhibuit falſam fidem medici de ægritudine eiuſdem militis: & de pœnis ſimulantis languorem.
42 Fructus ſpectantes ad Caſtellanos pro tempore, an, & quomodo diuidantur inter anteceſſorem, & ſucceſſorem.
43 An, & quando exequutio ſit reuocanda prætextu ſcripturarum de nouo repertarum, ex quibus probatur ſolutio, & de probatione inſtrumenti, quod non reperitur in protocollis Notarij.
44 Quæ nam ſolemnitates in teſtamento militum requirantur.
45 Filijs familias militibus de quibus ſit permiſſum facere teſtamentum, & an poſſint quandoque etiam meretricem hęredem ſcribere.
46 An ij, qui proprijs ſtipendijs militant in matricula non deſcripti gaudeant priuilegio teſtandi iure militari.
47 Hæreditas non adita, an, & quando tranſmittatur, & legatum factum filio, an, & quomodo compenſetur cum legitima.
48 Filius approbans teſtamentum patris, vbi eſt prohibitum legitimæ ſupplementum, vel renuncians hæreditati, & bonis paternis, an nihilominus poſſit petere ſupplementum.
49 Codicilli, quando habeant dependentiam à teſtamento, & quando teſtator enuncians in codicillis condidiſſe teſtamentum, ad quod ipſos refert codicilli vitientur, & an legatũ, quod Notarius filiæ adſcripſit debeatur.
50 An, & quando pro lucratis in ludo detur actio.
51 Milites qui ſe deligi a Centurione paſſi ſunt, & receperunt pecuniam vulgò impreſtantiam, ſi non adhuc deſcripti ſunt in Matricula à Collaterali, an poſſint pœnitere, & militiæ ſe ſubtrahere, & quæ ſolemnitates in creando milite antiquitus, quæue hodierno tempore adhibeantur, fusè recenſetur.

FINIS.

Digitized by Google

Imprimatur, ſi videbitur Reuerendiſs. P.M. Sacr.Pal. Apoſt.

A Torniellus Viceſgerens.

REuerendiſsimus Pater Nicolaus Riccardus Sacri Apoſtolici Palatij Magiſter, iniunxit mihi vt viderem præclarum opus Perilluſtris, atque Excellentiſsimi Domini Tullij Criſpolti dictum, Caſus Militares, in quo vltra ſummam induſtriã, & eruditionem, mira facilitas in re tam ardua admirari poteſt, & ideo cum nihil contineat religioni, aut pietati aduerſum publici iuris fieri poterit, in fidem die 30. Martij 1634.

Ita eſt Angelus Lucianus I.V.D.& in Romano Gymnaſio Sacrorum Canonum profeſſor Primarius manu propria.

Imprimatur,

Fr. Nicolaus Riccardus Sacr. Apoſt.Pal. Mag.

Digitized by Google

CASVS MILITARES
A TVLLIO CRISPOLTO
I.V.D. Reatino, diſcuſsi & reſoluti.

ARGVMENTVM.

Contractus Militiæ, qualis ſit, & an Milites inuito Principe à Militia recedere valeant, præſertim ſi Princeps ſtipendia non ſoluat, numue aliqua pœna mulctandi ſint, ſi militiæ munera ſubire recuſant, eo quia ſtipendiorum ſolutio protracta ſit.

S V M M A R I V M.

1 *Actio, & obligatio in contractibus alternatim, & coequaliter oritur inter contrahentes.*
2 *Militia eſt contractus inter Militem, & Principem.*
3 *Princeps agens vt Miles, munera Militiæ ſubeat, an repelli poſſit aliqua exceptione.*
4 *Militia an ſit contractus innominatus, vel locationis.*
5 *In contractu innominato poteſt vnus ex contrahentibus, altero non adimplente contractum reſcindere.*
6 *Contractus innominatus pœnitentiam admittit ex capite implementi non ſequuti.*
7 *Conductore mercedem non ſoluente, locator poteſt locationem infringere, & illum expellere.*
8 *Doctor ob dilatam Salarij ſolutionem, legendi onere ſubleuatur.*
9 *De Doctore ad Militem argumentum procedit.*
10 *Doctores, & Cauſarum Patroni militare dicuntur.*
11 *Nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare.*
12 *Militi ſtipendia ideo ſunt conſtituta ne dum ſumptus quærit prædo graſſetur.*
13 *Stipendia loco alimentorum ſubrogantur.*
14 *Miles potius poteſt Caſtra deſerere, quam ex alieno, & raptu viuere. Sed contra, num. 51.*
15 *Omnis contumacia in Milite aduerſus Ducem capite punienda eſt, Quod amplia vt in num. ſeqq.*

16 *Seuerius eſt animaduertendum in paucos, vt cæteri metu pœnarum ſe continean intra leges diſciplinæ militaris.*
17 *Difficile eſt prauam conſuetudinem ab exercitu euellere.*
18 *Verior eſt ſententia, vt Miles non poſſit à militia recedere ſine conſenſu Principis, nec ſimpliciter, nec ratione retardati ſtipendij.*
19 *Contractus ſemel conſtituti inuita altera parte reſcindi non poſſunt, præſertim ſtante iuramento.*
20 *Contractus ad fauorem piæ cauſæ, etiam innominatus, pœnitentia non reuocatur.*
21 *Militia dirigitur ad ſalutem Reipublicæ.*
22 *Quare Princeps poſſit ad libitum Militem dimittere.*
23 *Principes qua conditione Milites aſſumant.*
24 *Inſtitutio qua Clericus ſuſcipit regimen Eccleſię, irreuocabilis eſt.*
25 *Monachus profeſſione emiſſa, pœnitentia ductus, non poteſt Religionem deſerere.*
26 *Quid de vna ad aliam Religionem.*
27 *Contractus innominatus, non eſt Militiæ contractus.*
28 *Contractus innominatus, non continet materię loco, quantitatem certam pecuniæ, ſed ſpeciem tantum pro facto dandam.*
29 *Contractus qui mercedem pro facto continet, locatio eſt.*
30 *Contractus innominatus, an reſcindi poſſit, ſtante iuramento.*
31 *Quid Milites iurent.*
32 *Contractus innominatus, an re non integra reſcindi poſſit.*
33 *Contractus Militiæ iuxta multorum opinionem, locatio eſt.*
34 *Pœnitentia in contractibus nominatis, locum non habet.*
35 *Exceptio non adimplementi non operatur vt contractus nominati reſcindi poſſint.*
36 *Declaratur textus in l. ædes, C. locati.*
37 *Contractus Militiæ, per quę verba concipiatur.*
38 *Ratione non adimplementi, quando agendum ſit ad intereſſe, vel ad reſciſſionem contractus.*
39 *Militiæ contractus, non eſt propriè contractus locationis.*
40 *Locatio non eſt ſine pactione mercedis.*
41 *Stipendiorum ſolutio non fit mercedis, aut pretij nomine.*
42 *Vita hominis cuius iacturam Milites exhibent pretio ęſtimabilis non eſt.*
43 *Cibariorum impenſæ ad eum pertinent, qui vtendum hominem accipit.*
44 *Militiæ contractus ſpeciem quandam ab alijs diuerſam conſtituit.*
45 *Cui poſſet comparari Militia.*
46 *Doctores qui dicunt Lectorem ob dilatam ſolutionem legere non teneri, declarantur.*
47 *Fiſci Aduocatus fiſcalem cauſam ſemel aſſumptam, deſerere non poteſt, prætextu honorarij non ſoluti.*
48 *Praxis erogandi cibaria dietim ſingulis Militibus laudabilis eſt.*
49 *Milites in extrema neceſſitate conſtituti non habentes ſtipendia, nec quotidianam annonam poſſunt à ſubditis etiam inuitis neceſſaria accipere.*
50 *Improbatur opinio, quod Milites poſſint caſtra deſerere potius, quam ex alieno viuere.*

CASVS

CASVS PRIMVS.

PROTRAXERANT ſtipendiorum Erogatores breui interuallo ſtipendij numerationem, & inde ſumpta occaſione viginti quatuor Milites conſuetum ſtationis munus ſubire recuſarunt. Cuſtodiæ ideo dati, ne ordinaria inobedientium pœna punirentur, Patrocinantes pro eis ea ratione ſuadere ſatagebant. Dicebant enim poſſe impune Milites Militiam, & munera illius deſerere, & id quia
1 in contractibus alternatim, & coequaliter oritur inter contrahentes actio, & obligatio, l. labeo, §. contractum, ff. de verbor. ſignific. Ergo ſicut Principi Militem dimittere ad libitum conceditur, ita & Militi ad libitum recedere fas erit.
2 Multò magis ſi Princeps ſtipendium non ſoluat, nam cum Militia ſit contractus inter Militem, & Principem, in quo Miles exhibet Principi Militiæ labores, Princeps ſtipendium; vtique ceſſante ſtipendio, Princeps agens ad præ-
3 ſtandas operas, repelli poterit exceptione, text. in l. Iulianus, §. offerri, ff. de action. empt. l. ædiles, in fin. & ibi gloſſ. ff. de ædilit. edict. Crauet. conſil. 151. num. 8. 9. & 10. & conſil. 192. num. 15. Gozadin. conſil. 94. nu. 4. cum
4 duobus ſeqq. Rolan. conſil. 54. num. 27. lib. 1. Siue Militia ſit contractus innominatus, vt plerique ſentiunt, ſiue, vt alij volunt, ſi contractus locationis. Nam quemadmodum
5 in contractu innominato poteſt alter ex contrahentibus, altero non adimplente, contractum reſcindere, cum ea ſit natura contractus innominati, vt pœnitentiam admittat ex ca-
6 pite implementi non ſequuti, l. 3. §. ſi pecuniam, ff. de cond. ob cauſ. cum alijs per Magon. dec. Lucen. 61. nu. 11. Ita & in contractu locationis, Conductore mercedem non ſoluente,
7 licet locatori locationem infringere; imò Conductorem expellere, tex. in l. æde, C. locati, vbi Bal. Salic. Alex. cōſ. 105. n. 14.
Quæ confirmantur optimo ſimili in Doctore, qui ob dilatā
8 ſalarij ſolutionē, legendi onere ſubleuatur, vt voluerunt Abb. in c. peruenit il 2. n. 4. de iur. iur. Felin. in c. quia nonnullis, de

Magiſtr. Lauden. de priuileg. par. 4. nu. 34. Franc. Lucan.
9 de Fiſc. & eius priuileg. par. 1. num. 97. Idem enim videtur dicẽdum in Milite, cum de Doctore ad Militem rectè arguatur Signorol. in tractat. Vtrum præferatur Doctor; num. 9. Paul. Leon. de ſubſtitut. tit. de compendioſ. num. 144.
10 Doctores enim fori, & cauſarum Patroni Militare dicuntur, l. aduocati, C. de aduoc. diuerſ. iudic. l. 1. C. de Comit. Archiat. lib. 12.

Et demùm mirificè huic opinioni faciebant text. in cap. cum ex officijs, de præſcription. ibi cum nemo cogatur ſuis
11 ſtipendijs militare, & text in cap. militare 23. quæſt. 1. vbi Summus Pontifex prouidentia quadam ait, Militi ſtipendia
12 conſtituta ſunt, ne dum ſumptus quærit, Prædo graſſetur;
13 Ne ergo Miles graſſetur ceſſante ſtipendio, quod alimentorum loco ſubrogatur, ſine quibus impoſſibile eſt viuere, poterit alia via victum ſibi parare; & hac ratione impulſus poſſe
14 potius Milites caſtra deſerere, quam ex alieno, & raptu viuere, voluit Gallia. conſ. 1. num. 15.

Veruntamen prædictis minimè attentis dicebam ordinaria pœna plectendos eſſe, quia omnis contumacia in Milite aduer-
15 ſus Ducem capite prouidenda eſt, l. omne delictum, §. contumacia, ff. de re militar. præcipuè contumacia in ſtationis munere, ſubeundo, l. deſertorem, §. qui ſtationis munus, ff. eodem tit. & turpi illo retardati ſtipendij velamine excuſata, qua integrum exercitum ad ſeditionem commoueri antiquis, & recentioribus exemplis innotuit. Sic Germanicæ Legiones ſeditionem, vt promouerent, duritiem operum anguſtias ſtipendij incuſabant. Auctor. Tacit. lib. primo Annalium, eundemque ſeditionis cauſam, referunt Iouius lib. 34. Hiſtor. ſuis temporis, Toloſan. in ſintagm. lib. 19. cap. 3. num. 5. & alij paſſim, cui, vt ſtrenui Duces occurrant in ſpecie Militum, qui impudenda illa excuſatione, quod ſalarium non acceperint iuſſa Ducum exequi
16 detractant, paulò ſeuerius eſſe animaduertendum in paucos, vt cœteri metu pœnarum intra leges diſciplinæ Militaris ſe contineant, admonet Tholoſ. in ſintag. iur. vniu. de Rep.
17 lib. 11. c. 4. n. 6. Idque ab initio eſſe exequendum, ne ſi inualuerit in exercitu praua conſuetudo difficilius, imò nullo modo

modo conuelli poſſit.

Neque vt pœnæ locus non eſſet, ſuadebant mihi rationes in contrarium adductæ, quia immo non poſſe Militem à Mi-
18 litia recedere ſine conſenſu Principis, nec ſimpliciter, nec ratione retardati ſtipendij, verius putaui ex regula, quæ habet contractus ſemel conſtitutos inuita altera parte reſcindi
19 non poſſe, regul. quod ſemel, de reg. iur. in 6. l. ſicut, C. de act. l. ſi fundus, §. eleganter, ff. de leg. commiſſ. maxi-
20 mè ſi contractus ſit iuramento roboratus, cuius ea eſt vis, vt omnino ad obſeruantiam adſtringat ſemoto animę detrimento, cap. cum contingat, de iur. iur. & pœnitentiæ locus non ſit, gloſſ. in l. ſi pecuniam, verb. habeas, & ibidem Bald. vltim. notab. Iaſ. num. 15. de condition. cauſ. dat. conſiderato præterea, ſi contractus ſit ad fauorem piæ cau-
21 ſæ quæ illo gaudet priuilegio, vt etiam contractus innominatus numquam pœnitentia reuocetur, Alexand. in dicta l. ſi pecuniam, num. 12. & ibidem Iaſ. num. 2. verſic. Li-
21 mita quinto, ff. de condition. cauſ. dat. Militia autem cum ad ſalutem Reipublicæ dirigatur, dubio procul piam cauſam continet, l. Aduocati, C. de aduocat. diuerſ. iudic. & quis inficiabitur militum cuſtodia bona Eccleſiarum, & omnium piorum locorum tueri?

Quibus attentis, non vrget in contrarium, quod Principi liceat quandocumque militem dimittere; id enim con-
22 tingit, quia ita ſe habet Militiæ natura, vt conſiderauit in terminis Molin. Theolog. de iuſtit. & iur. tractat. 2. di-
23 ſput. 116. in princip. colum. 2. Neque enim Principes milites conducunt ad certum, & determinatum tempus, ſed ea lege, & conditione, vt inſeruiant, quouſque Principi pro bello aliquo, aut facinore illis vti expedire videatur; & ſi ita ſe habent Militiæ leges, non erit conſequenter abſurdum, vt non procedat inter Principem, & Militem, diſpoſitio text. in l. labeo, §. contractum, ff. de verborum ſignificat. nec id in Militibus armatę Militiæ ſingulare eſt, ſed & idem experimur in Militibus Cæleſtis Militiæ; Nam inſtitutio, qua Clericus ſuſcipit regimen Eccleſiæ ſibi collatæ, irreuocabilis erit pœnitentia, ita vt Eccleſiam ſine Epiſcopi licentia, dimittere non poſſit, cap. beneficium,

A 3 de

25 de reg. iur. in 6. prout nec Monacus profeſſione emiſſa, pœnitentia ductus Religionem deſerere, itaut neque ad a-
26 liam Religionem ſine Superioris placito migrare fas ſit, Au-
27 then. ingreſſi; C. de ſacroſan. eccleſ. vbi Gemin. & Franc. cap. licet de Regular.

Minus vrgebat retardata ſtipendij ſolutio ex qua vti ex contractu non adimpleto oriri exceptionem non adimplementi, & conſequenter contractum eſſe pœnitentia reuocabilem contendebatur, quia etiam admiſſo non adimplemento, quod tamen in caſu noſtro ceſſabat, non ideò Milites Militiam deſerere, aut Ducibus non obedire valent; Licèt enim contractus innominati, do vt facias, ſeu facio, vt des, pœnitentia alterius ex contrahentibus reſcindantur, ſi alter in promiſſis deficiat, ex allegatis in principio, tamen Militiæ contractus innominatus non eſt, quia contractus innominatus do vt facias, ſeu facio, vt des, non continet ma-
29 teriæ loco, quantitatem certam pecuniæ, ſed ſpeciem tan-
30 tum pro facto dandam; qui verò pecuniam continet, quia mercedem pro facto continet, locatio eſt, & nominatus contractus, l. naturalis, §. at cum do, & ibi gloſſ. ff. de præſcript. verb. Bald. in l. ſi pecuniam, oppoſit. 1. ff. de condit. cauſ. dat. Ergò Militię contractus, qui continet pecuniæ ſtipendium Militibus pro exercitio Militiæ ſoluendum, non erit contractus innominatus, & ſi non eſt contractus innominatus pœnitentia reuocari non poterit, gloſſ. & Doctor. in dicta l. ſi pecuniam, ff. de condition. cauſ. dat. & ibi Bartol. num. 7. & ſeqq. Bal. in dicta l. fin colum. fin. ff. de condit. ob cauſ. Natt. conſil. 171. num. 2. Mareſcott. variar. reſolution. cap. 90. num. 3. lib. primo.

Sed etiam ſi velimus militię contractum eſſe innominatum, non ideo exceptione non adimplementi reuocari poterit, pœ-
31 nitentiam etenim plura impediunt, & primo iuramentum, gloſſ. in l. ſi pecuniam, verb. habeas, & ibi Bald. notab. vl-
32 tim. & Iaſon. num. 15. ff. de condit. cauſ. dat. Militiæ enim contractus illo ampliſſimo iuramento eſt ſubnixus, vt Milites Duci ſuo obſtringantur omnia ſe ſtrenuè facturos, quæ ille pręceperit, & à bello, Caſtriſq; non diſcedere, niſi de licentia, vt conſtat ex ijs quæ referunt Liu. in 2. & 5. Decad. 3.

&

& lib. 7. Decad. 1. Polib. in Caſtramet Roman. Veget. & alij cumulati per Toloſ. in ſintag. iur. 2. par. lib. 19. c. 4. n. 2. Claud. Cotor. de iur. & priuileg. Militar. lib. 1. cap. 6. per tot. Imperial. Ginut. de diſciplin. militar. lib. 1. tit. de delict. militar. num. 32. Secundo, fauor pietatis, Alexand. in dicta l. ſi pecuniam, & ibidem Iaſon num. 2. verſic. Limita
33 quinto, Piam enim cauſam continet Militiæ contractus, vt ſuperius probaui. Tertio, quia res non eſt integra, gloſſ. & Doctor. in dicta l. ſi pecuniam; & quod non ſit integra ex eo deſumitur, quia Princeps iam ſtipendia in receptione Militis ſoluerat, & Miles militię munera exercuit.

Si verò Militia ſit contractus locationis, quod magis re-
34 ceptum eſt, cum Miles dicatur locare Principi, & operas ſuas, & res, arma ſcilicet, & equum. Syluester in ſumm. verb. Bellum, il primo, num. 8. verſic. quarto, Molin. de iuſtit. & iur. tract. 2. diſput. 116. in princip. Belluſ. de re militari par. 7. titul. de delict. num. 26. multò minus exceptione non adimplementi, aut pœnitentia reuocabilis erit;
35 non inquam pœnitentia, quia in contractibus nominatis locum non obtinet, gloſſ. in dicta l. ſi pecuniam, & ibi etiam Bart. num. 7. & ſeqq. ff. de condit. cauſ. datum, cum alijs ſupra allegatis, Non etiam exceptione non adimplementi, quia illa eſt lex contractuum nominatorum, vt etiam a-
36 dimplemento non ſequuto in ſuo robore perſiſtant, poſſit tamen non implens ad implendum compelli, l. inciuile, C. de rei vendic. l. 1. C. de act. empt. l. fin. ff. de condit. ob cauſ. Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. in tit. de caducit. ob inobſeruantiam pactor. num. 1. & ſeqq. Ancharan. Regien. quæſt. 68. par. 2. Anguiſ. conſil. 24. lib. 2. Becc. conſil. 45. num. 35. Mareſcott. variar. reſolut. cap. 90. num. 4. lib. 1. & in terminis locationis, Surd. conſil. 38. num. 8. & non repugnat deciſio, textus in l. æde, C. locati, & quæ ibi tradunt Bald. & Salycet. quia textus ille procedit in locatione ædium, vel prædij, in qua ea tacita ineſt conuentio,
38 vt ſi penſio non ſoluatur, Conductor expelli poſſit. Contractus autem Militiæ talem non admittit conuentionem; non enim concipitur per ablatiuos abſolutos, Militabo ſolutis ſtipendijs, vel Militabo ſi ſtipendia ſoluas, quæ ſanè verba

ba redderent contractum conditionalem, ita vt conditione non adimpleta, reſilire iura permitterent, Bart. in l. ab emptione, num. 5. ff. de pact. ſed concipitur per dictionem, vt, ſcilicet militabo, vt ſtipendia ſoluas; quo caſu etiam ſi ſtipendia non ſoluantur; militare tamen, & promiſſa adim-
39 plere compellitur, nec aſſumptum munus deſerere poterit inuito contrahente, qui moram committit, ſed habebit dumtaxat actionem agendi ad intereſſe, l. mora, §. in bonæ fidei, ff. de vſur. Bartol. in dicta l. emptione, num. 5. Alexand. in l. cum proponas la ſeconda, num. 4. C. de pact. Becc. d. conſil. 45. num. 35. & Maſtrill. vbi ſupra.

Sed verè, ſicut ſupra probaui, quemadmodum Militiæ
40 contractus innominatus non eſt, ita nec erit propriè contra-
41 ctus locationis; Iſte enim ſine pactione mercedis non intelligitur, l. 2. ff. de locat. & l. ſi quis à liberis, §. ſi quis, ff. de liber. exhib. At Militiæ contractus talem pactionem abhorret; potius enim ſtipendiorum erogatio prouidentiæ
42 *Principis*, quàm pacto alicui adſcribitur, cap. militare 23. quæſt. prima, authen. de fideiuſſ. in fine, non enim ſtipen-
43 dia erogantur mercedis, & precij nomine, quia vita hominis, cuius iacturam Milites exhibent, pretio æſtimabilis non eſt, l. ex hac, ff. ſi quadrup. pauper. feciſſ. dicat. Sed vt
44 ex illis Milites alantur; ratio namque naturalis dictat, Cibariorum impenſas ad eum ſpectare, qui adhibendum hominem ſuſceperit, l. in rebus, §. ſi non poſſunt, ff. commod.
45 Vt proinde aſſerere non timeam Militię contractum, ſpeciem quamdam contractus ab ijs diuerſam conſtituere, & ſuas habentem peculiares leges, nulli que rectius compara-
46 ri, quam profeſſioni alicuius Religioſi, qui dum Religionem profitetur, legibus Religionis ſubmittitur; & ſicut Monaſterium, Monacho iure ipſo etiam nullo ſpeciali pacto interueniente, tenetur alimenta præbere, cap. 1. de inſtitut. cap. vnic. §. ſanè, de ſtat. regular. in 6. ita & Princeps Militi.

Paruifaciendum etiam erat ſimile deſumptum a Doctore,
47 qui dum ſalarium non recipit legendi onere non arcetur. Rectius enim in eiſdem terminis contrarium tenuerunt Bal. in l. 1. C. de aduocat. fiſc. Lucan. de Fiſco, & eius priuileg.

leg.

Digitized by Google

leg. priuileg. 1. num. 97. & Doct. in princip. allegati, ſunt intelligendi in terminis, vbi Lector tali vexaretur incommodo, vt lecturę inſiſtere non poſſet, prout declarat Felin. loco in princip. cit. Vbi quod ita eſt intelligendus Ab-
48 bas, prout eodem pacto Abbatem intellexit Sapia in addit. ad eum littera I. meliori ſanè methodo vrgeret è conuerſo contra Milites ſimile deſumptum à Fiſci Aduocato, qui Fiſcalem cauſam ſemel aſſumptam prætextu honorarij non ſoluti deſerere non poteſt, l. 1. C. de aduocat. Fiſci, & poſt antiquiores, quos allegat Peregrin. de iure Fiſci, lib. 7. tit. 2. num. 9.

Demum iura in cap. cum ex officij, de pręſcription. & in cap. militare, 23. quæſt. prima, nihil prorſus probant, niſi vt Milites ſumptibus Principis ſint alendi, quod vt adimpleret Excellentiſſimus, & Vigilantiſſimus Dux, dietim cibaria vnicuique eroganda curauit, quam ſanè praxim
49 vtiliorem militibus, & diſciplinæ militari magis conſonam, & antiquitus vſitatam arbitratus ſum ex textu in l. fortiſſimi, C. de erogat. militar. annon. lib. 12. Dietim enim, vel ſi alternis diebus, non autem ſingulis menſibus, aut longiori interuallo ſtipendia præſtentur, non ludo, non crapula, aut venere, ita faciliter diſſiparentur, vt Miles illis conſumptis, vel fame perire, vel fugam arripere compellatur; eiuſdemque ſententiæ inueni, Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. par. 5. quæſt. 9. num. 11. Carauit. de milit. quæſt. quarta.

Fateor ſanè, quod ſi Milites eſſent in extrema neceſſita-
50 te conſtituti, & nec ſtipendium, nec quotidianam annonam haberent, poſſent à ſubditis, vel inuitis neceſſaria accipere, quæ tamen Princeps poſtea ſemper teneretur reſtituere, aut de redditibus publicis, aut de ſtipendijs, aut liberando in poſterum ſubditos ab aliquo tributo, vt in terminis reſoluerunt Dried. lib. 2. de libert. chriſtian. cap. 6. Molin. de contract. diſp. 116. tract. 2. verſic. Miles relinquere, Rouit. ſuper pragm. 3. ſub tit. de Milite, num. 4. cum pluribus ſequen. Ioan. de Grand. de bell. exul. in Prædicamen. habit. in verſic. Secundo quæro, fol. 113. num. 3. Surd. de alimen. tit. 1. quæſt. 76. num. 11. adeò vt non bene ſentire, Gall. in

conſil.

conſil. ſupra citato ex prædictis innoteſcat.

Et licet Milites prædicti, ſi non omnes ſaltim auctores eſſent vltimo afficiendi ſuplicio; nihilominus Dux exercitus, cuius clementia erat nullis terminis circumſcripta, rigori parcendum decreuit; quatuor ergo ex eis proclamata cauſa, fuerunt ad Triremes tranſmiſſi.

ARGVMENTVM.

Sacerdotes, ſiue Sæculares, ſiue Regulares, an Milites eſſe poſſint; & ſi Militię fuerint adſcripti, num ſint delendi.

S V M M A R I V M.

1 *Monachos militare iuſſit valens Imperator.*
Monachorũ appellatione veniunt omnes profeſſi in Religione approbata.
2 *Sacerdos quilibet bona temporalia, an, & quomodo bello tueri poſſit.*
3 *Et quando pugnans, inimicum interficiens, irregularitatem non incurrat, & quando poſſit habitum Religionis abijcere, ſine apoſtaſiæ nota.*
4 *Monachus poteſt pro Principe, & Republica bellare.*
5 *Publicum commodum priuato eſt anteferendum.*
6 *Iura Chriſtianæ Reipublicæ ſunt omnia in Summum Pontificem tranſlata.*
7 *Bellum contra impios, & hæreticos, cæteroſque Catholicæ fidei hoſtes, nedum eſt licitum, ſed etiam meritorium.*
8 *Mortuus pro veritate Fidei, pro ſalute Patriæ, ac defenſione Chriſtianorum, cæleſte præmium conſequitur.*
9 *Referuntur exempla Monachorum, qui militarunt.*
10 *Clerici militare non poſſunt, nec etiam contra infideles.*
11 *Ethnici Sacerdotes ſuos bellare profanum exiſtimarunt.*
12 *Romulus Sacerdotes inſtituit, illoſque per omnem vitam Militaribus ſolutos eſſe officijs voluit.*
13 *Cæſar apud Gallos Druidibus idem eſt impartitus.*
14 *Bellum, & armorum ſtrepitus, diſtrahit Sacerdotes à laude Dei.*
15 *Orationes, dolor, fletus, & lachrymæ, ſunt arma, & munimenta Sacerdotũ.*
16 *Sacerdotes non poſſunt effundere ſanguinem humanum.*
17 *Militiæ qui operam dederunt, excluduntur à Clericatu.*
18 *Plura de Monacis, & eorum vita.*
19 *Regulares à ſæcularibus negotijs abſtinere debent.*

Theo-

20 *Theophilus Imperator vetuit, ne Monachis Vrbes intrare liceret.*
21 *Auctoritas Imperatoris heretici eſt improbanda, non imitanda.*
22 *Imperator nullam in Eccleſiaſticos poteſtatem habet.*
23 *Quando Sacerdotes pugnare valeant.*
24 *Licitum eſt Clericis propria manu pugnare in grauiſſima, & extrema Reipublicæ neceſſitate.*
25 *Exemplis iudicandum non eſt.*
26 *Regulares ſunt remittendi ad ſuos Superiores.*

CASVS SECVNDVS.

SACERDOS quidam Regularis habitu Religionis, quam profeſſus fuerat abiecto Sacramento militari ſe adſtrinxit; Detectus talis dubitaui An de numero Militum eſſet delendus, & non eſſe delendum ſuadebatur ne dum auctoritate, ſed ratione, & exemplo.

1 Auctoritate, nam Valens Imperator iuſſit Monachos militare, & repugnantes interfici, Paul. Diacon. lib. 11. de geſt. Roman. Eutrop. Scholiaſtes, Nicephorus, Caliſt. lib 9. cap. 16. appellatione autem Monachorum veniunt omnes profeſſi in Religione approbata, etiam Nouitij, & Conuerſi, Vant. de diſcipl. cleric. lib. 1. de Eccleſ. Republic. gaudent enim omnes priuilegio Canonis, cap. Monachi, cap. Parrochianus extra, de ſenten. excommunicat. & cap. Religioſo, §. fin. & ibi gloſſ. in verſic. Non poſſit, eod. tit. in 6. Nauar. conſil. 27. lib. 3. cap. 26.

2 Ratione quia ſicuilibet Sacerdoti ſe, & bona temporalia, quatenus ordinata, & media ad conſeruationem vitæ corporali bello tueri licet, cap. igitur, cap. hortatu, 23. quæſt. 8. cap. Adrianus, diſtinct. 63. cap. Maximianus 23. quæſt. 3. cap. dilecto, de ſenten. excommunic. lib. 6. gloſſ.

magna

magna, in cap. auctoritatem, 15. quæſt. ſexta, Caietan. ſe-
cunda ſecundæ, quæſt. 40. ar. t 2. Diaz de Bello, ſect. 3. q. 1.
2 vt propterea pugnans poſſit hoſtem occidere, nec fiat irre-
gularis, Caball. reſol. criminal. caſ. 294. centur. 3. num.
24. Ferrett. de Bello iuſto, & iniuſto, num. 161. de re mi-
lit. Quod ante eos dixerunt Abb. & Anan. in cap. petitio,
de homicid. in verb. bellum, 3. quęſt. 3. Couarr. in clem.
ſi furioſus, par. 3. §. vnico, num. 4. & 5. & latè Diaz de
Bello, dicta ſect. 3 quæſt. 1. Et habitum Religionis abijce-
re, & ſæcularem aſſumere ſine apoſtaſiæ nota, Silueſter in
ſumma, in verbo Apoſtaſia, quæſt. 1. §. 3. Vant. de diſci-
plin. cleric. ſacram. ordin. lib. 1. verſ. ex cauſa tamen. Vi-
4 tam pro Principe, & Republica, etiam bello exponere tan-
to magis licuerit, quantum priuatæ vitæ, & priuatis com-
5 modis publicum anteferendum eſt, Azor. Inſtitution. Mo-
ral. par. 3. lib. 2. cap. 3. de homicid. Præſertim pro Summo
6 Pontifice, in quem omnia iura Chriſtianæ Reipublicæ ſunt
tranſlata, & qui nihil aliud bello agere intendebat, quàm
tueri Chriſti Eccleſiam, ac libertatem Italiæ, contra impios,
7 & hęreticos, cæteroſque Catholicæ fidei hoſtes, ideoque
nedum licitum, ſed & meritorium dici debet, cap. omnis,
8 23. quæſt 8. vbi ſi aliquis pro veritate Fidei, & ſalute Pa-
triæ, ac defenſione Chriſtianorum mortuus fuerit, à Deo
cęleſte pręmium conſequetur.

Exemplo, Nam, & Monachos quandoque ſtrenuiſſimos
9 fuiſſe Duces ex Hiſtorijs innoteſcit, vt de Paulo Thomo-
reo Collicenſi Epiſcopo, & Monacho Franciſcano, copia-
rum Vngaricarum aduerſus Solimanum Turcharum Regem
Ductore, videre eſt apud Iouium de rebus Turchar. De
Beato Ioanne Capiſtraneo Monacho, qui vna cum Ioanne
Caruail Hiſpano Cardinali ſancti Angeli nuncupato, ad
Bellogradum in Mahometem Turcharum Regem exerci-
tum duxit, illumque fugauit apud Blondum lib. 3. Romæ
triumphantis.

Prædictis tamen non attentis contrarium verius exiſtima-
ui, impulſus auctoritate ratione, & exemplo.

Auctoritate, Nam quod Clerici militare non poſſint aper-
10 tè ſancitum eſt in c. ex multa, §. de clericis de vot. & in cap.
clerici

Clerici, 33. quæſt. octaua, in clemen. prima, de homicidio, & aperte ita ſenſerunt grauiſſimi Viri, ex Theologis Diuus Thomas prima ſecundæ quæſt. 40. art. 2. Caietan. ibi in ſumma, par. 3. titul. 28. cap. 2. §. 6. Ex Canoniſtis, Abbas, Card. Felin. & alij in cap. penultimo, de homicid. Turrecremat. in cap. 1. 23. quæſt. 8.

Ex Iuriſtis, Bald conſil. 539. ad Bellum iuſtum colum. prima, lib. 5. Menoch. alios referens conſil. 54. num. 19. Cothor. de iur. milit. cap. 14. lib. primo. Diaz de Bello ſect. 3. quæſt. prima, Petrin. Bellus de re milit. tit. octauo, num. 3. par. prima, In tantum, quod nec etiam contra infideles militare poſſint, Auguſtin. Barboſ. in collect. Doctor. lib. 3. tit. 34. cap. 9. num. 7.

Sed id ipſum Ethnici Sacerdotibus ſuis profanum exi-
11 ſtimarunt; Nam Romulus Sacerdotes inſtituit, illoſque
12 per omnem vitam Militaribus ſolutos eſſe officijs voluit,
13 vt refert Dionyſ. Alicarnaſ. lib. 2. Cæſar apud Gallos, Druidibus idem eſt impartitus, vt in eius comment. lib. 7. de Bello Gallic.

Ratione, quæ duplex eſt. Prima, quia ars Bellica, &
14 armorum ſtrepitus, diſtrahit Sacerdotes à Laude Dei, & Officijs diuinis celebrandis, vt aureè admonent Paulus Apoſtolus 2. Chorin. cap. decimo, Dum, inquit, arma Militiæ noſtræ non carnalia ſunt, ſed potentia Dei; quæ qui-
15 dem ſunt ſalubres admonitiones, deuotę Orationes. Et Beatus Ambroſius dum, inquit, Non pila quærunt ferrea, Non arma Chriſti Milites; coactus repugnare non noui, ſed dolor, fletus, Orationes, lachrymæ, fuerunt mihi arma aduerſus Milites; talia enim munimenta ſunt Sacerdotis, Bell. de re milit. dicto tit. 8. num. 4.

16 Altera, quia Sacerdotes non poſſunt effundere ſanguinem humanum, iuxta illud, Non ædificabis mihi Templum, quia vir ſanguinis es, Paralipomenon cap. 221. quod repetit Summus Pontifex Nicolaus in cap. Clericum, 50. diſtinct. Dum, inquit, cum diſcreti ſint Milites ſeculi à Militibus Eccleſiæ militare ſæculo, per quod ad effuſionem ſanguinis neceſſe ſit peruenire, & ob iſtas rationes,

& quia ſæua neceſſario pręcepta ſunt exequuti militiæ operam qui dederunt, clericali charactere inſigniri non poſſunt, cap. Si quis poſt remiſſionem 50. diſtinct. cap. aliquanto, cap. deſignata, cap. Si quis, & capit. final. 51. diſtinct. Bellet. diſq. Clerical. tit. de diſciplin. Cleric. §. 11. num. 7. in fin.

Si ergo ex prædictis Sacerdotes quicumque à militia pro-
18 hibentur multò magis regulares, qui peculiaribus legibus à ſæcularibus negocijs abſtinere debent, vt tot. tit. ne Cleric. vel Monach. ſæcular. negot. ſe immiſc. & Nicena Synodus monuit, vt conuerſatio, & vita Monachorum ſecundum etymon nominis ab omnibus diſcrepet, degat Monachus
19 ſingularis ſe, & mundum lugeat, nec poſſit vicos, aut Ciuitates peragrare, cap. placuit, in prima, & ſecunda, 16. quæſtione 1. cap. Si cupis, & cap. Si Monachus non, cap. iuterdicimus, cap. iuxta eodem diſtinct. 16. quæſt. 1.
20 & Imperator Theophilus edicto vetuit ne Monachis Vrbes intrare liceret, vt in eius conſtit. la 2. lib. 1. Iur. orient. & id ipſum in Calcedonenſe Concilio Statutum fuit cap. quidam Monachi 16. diſtinct. quæſt. 1. adeo vt multò fortius ſint à Caſtris arcendi vbi non niſi immanitas, & impietas ſedes habent.

Nec deſunt exempla quibus monemur Monachos hoſce apoſtatas eſſe ab exercitu expellendos, quandoquidem quidam Hæredia, qui quondam cucullatus Monachus fuerat, & in Sacris Concionibus valdè verſatus, turmas aliquot militum Hiſpanorum apud Siculos degentes ad ſeditionem commouit, ab illiſq. Dux creatus plura patrauit facinora, donec à Ferdinando Gonzaga Siciliæ Prorege captus, vna cum pluribus ſeditionis Conſocijs miſerrimè ſuſpenſus eſt, vt auctor eſt Iouius lib. 37. hiſtoriarum ſui temporis.

Non obſtat contraria, nam auctoritas Valentis vti Imperato
21 ris impij, & hæretici, non ſolũ non imitanda, ſed improbanda eſt, prout improbarunt Cothor. de Iur. Milit. lib. 1. cap. 14. & alij per eũ relati. Et pręterea illa fuit lex Imperatoris, cui nulla in Eccleſiaſticos poteſtas eſt Geneſ. 47. Exo. 8. Math. 12. 17. 23. infinitos cumulat Bellet. diſq. cler. p. 1. tit. de fauore clericorũ

perſo-

Digitized by Google

perſonali, §. 1. num. 17. & eſt verior opinio de qua teſtatur Auguſtinus Barboſa collectanea Doctor. tomo primo, lib. 1. decret. de conſtit. tit. 2. nu. 19. Ratio ſolum conuincit,
23 vt in grauiſſima, & extrema Reipublicæ neceſſitate, licitum ſit Clericis propria manu pugnare, vt ſcilicet, res ſuas, & vitam defendant; non autem vt victoriam de hoſtibus conſequantur; Exempli gratia, ſi obſeſſa ſit Ciuitas, & probabiliſſimum ſit, pugnantibus Clericis liberari poſſe,
24 non pugnantibus verò in hoſtium poteſtatem venire; ita ſanè declarant alijs relatis, Diaz. de Bello, ſection. tertia, quæſt. prima, Anneus Robert. lib. ſecundo rer. iudic. Sebaſtian. Medic. in ſumm. peccat. capital. quæſt. 76. Et in his terminis loquuntur Doctores ſupra cumulati, idque in obſedione Lutetiæ experti ſumus, vbi Eccleſiaſtici diſtributis inter ſe armis, & conſtitutis ſibi Præfectis Epiſcopo Syluanectenſi, & Priore Chartuſianorum, Imaginem Chriſti, & Beatiſſimæ Virginis Vexillorum loco præſeferebant: Non tamen habitu Religionis abiecto, ſed Galeis, Loracis, & Thoracibus ferreis ſuperinduti, vt videre eſt apud Ianſonium in ſuo Mercurio Gallobelgico libro 3. Textus verò in cap. omnes, 23. quæſt. 8. non vrget, quia licet probet exercere ſe in Bello iuſto, meritorium eſſe: Tamen hoc eſt intelligendum de Laicis, non autem de Clericis, qui operibus maioris meriti debent inſiſtere. Sic Matrimonium poteſt eſſe meritorium, & tamen Virginitatem vouentibus eſt damnabile ex obligatione, quam contraxerunt maioris boni, Diuus Thomas ſecunda ſecundæ, quæſtione quadrageſima, artic. ſecundo. Sebaſtianus Medices dicta quæſt. 76.

Et demum non mouent exempla, quia præterquam
25 quod exemplis non eſt iudicandum, l. ſed licet, ff. de Offic. Præſid. conſtat, Paulum illum Thomoreum infeliciſſimè dimicaſſe, vt ideò imitandus non ſit. Beatus verò Ioannes Capiſtraneus non Bellator, & Miles, ſed Sacerdos, & Monachus ex Superiorum conſenſu, cum exercitu illo migrauit, & id ipſum legimus de Petro Amians. in Bello Hieroſo lymitano, qui dicto bello interfuit, non quidem, vt propria

B 2 manu

manu pugnaret, ſed vt iuſtè pugnantibus ſpiritualiter ſubueniret; ſic etiam vt Sacerdotes veteris Legis Sacris buccinis in bellis clangerent, vt diuinum auxilium impetrarent, habetur Ioſue cap. 6.

26 Meæ huic opinioni adhærens Dux exercitus regularem illum ad eius Superiores remittendum curauit, vt diſponit textus in cap. Ne Religioſi, 14. de regularibus.

ARGVMENTVM.

Ex duobus Militibus munus Vexilliferatus expetentibus, quis ſit præferendus.

SVMMARIVM.

1 *Cæſarum vſus in Milites ad gradus Militares euehendos, quis fuerit.*
2 *Decoratur quiſpiam paternis virtutibus, & eſt alijs præferendus.*
3 *Referuntur rationes, & exempla, quibus præmiſſa Concluſio roboratur.*
4 *Aetate prærogatus, in omni negotio eſt præferendus.*
5 *Amplia vt etiam in Militia.*
6 *Exempla Alexandri Magni, & Adriani Imperatoris de ætate Militum.*
7 *Senes melius quàm Adoleſcentes Milites regunt.*
8 *Nobiliores ad Magiſtratus, & honores ſunt euehendi.*
9 *Amplia etiam in muneribus militaribus.*
10 *Is cui cuſtodia delegata eſt, ſi alteri Caſtrum confidat, qui vel dolo, vel culpa illud inimicis tradiderit excuſatur, ſi Nobilem cuſtodiæ præfecit.*
11 *Nobiles præſumptione iuris, Fideles ſunt.*
12 *Exempla Romanorum, & Moyſis in Magiſtratibus militum prouidendis.*
13 *Diuitiarum priuilegia innumera.*
14 *Quæ ad electionem ſummi Ducis, requirantur remiſſiuè.*
15 *Promoueri iura diſponunt ex Militibus, qui longiora ſtipendia prolixioreſque labores habent.*
16 *Militum valorem cicatrices indicant.*

Exemplum

17 *Exemplum Nichomachidis Athenienſis.*
18 *Dictum Quintiliani de Militis cicatrice.*
19 *Peritia rei militaris in Magiſtratibus Bellicis deligendis requiritur.*
20 *Qui propria virtute nituntur potiores ſunt ijs, qui auita, aut paterna confidunt.*
21 *Senior ſemper iuniori eſt præferendus, niſi forte ab eo, qui tempore vincitur, laborum comparatione ſuperetur.*
22 *Aduocati Iuniores, Seniores in eodem munere ſenioribus ætate præferuntur.*
23 *Exempla Romanorum, relata à Tacito.*
24 *Dictum Ciceronis, & Alexandri Magni.*
25 *Qua ætate Scipio Africanus, & Probus Imperator Militum Tribuni fuerint effecti.*
26 *Nobilitati præferenda eſt Virtus.*
27 *Germani, Reges ex Nobilitate, Duces eu Virtute ſumunt.*
28 *Exempla ignobilium, qui virtute decorati ſunt.*
29 *Reſponſio ad contraria.*
30 *Veritas opinioni anteferenda eſt.*
31 *Natalium Claritas in Militia admodum proficua.*
32 *Electio Magiſtratuum Militarium prudentia Ducis relicta eſt.*

Google

CASVS TERTIVS.

PRVDENTIS Imperatoris officium eſt,
probatiſſimos, & optimos quoſque ad gra-
dus Militares euehere, fuitque antiquus
1 Cæſarum vſus deligere homines inſigni
teſtimonio, in quibus eſt ſpecimen ma-
gnæ, & expertę virtutis, quorum viribus,
& conſilio tota res bellica, & conſtitue-
retur, & regeretur, Alexand. ab Alexand. dier. genial. lib.
6. cap. 8. Horum ergo morem Dux exercitus, vt ſectare-
tur, cum è viuis ſublato vexillifero vnius centuriæ, Duo
occurrerent iuuenes, munus illud expetentes, eum præfer-
ri præcepit, qui meritorum acta comparatione alterum præ-
cellere innotuerit.

Vnus ideo præcipuo loco merita Parentis recenſuit, qui
cum Centurio Pontificiarum copiarum eſſet, in obſidione
2 Clauennæ occubuit; nam prærogari quempiam paternis
virtutibus, ideoq; alijs anteferendum, docuerunt Bald. per il-
lum textum in l. iubemus, C. de aduocat. diuerſ. iudic. A-
lexand. ad Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. Ioann. de Pla-
tea in l. filijs, C. de decur. lib. 10. Tiraquell. de iur. pri-
mog. quęſt. 40. num. 63. Fab. de Ann. conſil. 136. lib. 2. id-
3 que ſumma ſanè ratione, vt enim elegantiſſimè diſſeruit Pa-
tricius, qui Parentes auos, maioreſque ſuos publicis honori-
bus honeſtatos habuerunt, ij quaſi hęreditario quodam
iure Reipublicę curam accipiunt, eorum enim Imperium
longè facilius Populus omnis tolerat, nec indignum videri
poteſt, filium Magiſtratum gerere, cuius maiores aliquan-
do eodem munere functos extitiſſe memoria proditum eſt:
& ideo apud Tacit. annal. lib. 1. laudatur Claudius Cęſar,

quod

quod in numerum Patritiorum aſciuit vetuſtiſſimum quemque ex Senatu, aut quibus clari parentes fuerant.

Deinde, & ſecundo loco ætatem ſuam perfectè adultam,
4 & iuniorem alterius conſiderandam propoſuit; nam præterquam quod ætate prærogatum in omni negotio alijs præferendum, iure cautum habemus in l. ſemper, ff. de iur. immunit. Bartol. in l. prima, ff. de obſeq. a libert. patron. præſtan. & in l. prima, ff. de alb. ſcriben. & in l. fin. C. de Tiron. lib. 12. Caſſan. in Catalog. Glor. mund. par. quarta,
5 conſider. 23. Fab. de Ann. conſil. 138. num. 6. Speciatim id in Militia monuerunt, Ariſtot. lib. primo Ethic. dum nemo, inquit, eligit iuuenes Duces, & Iul. Frontin. lib. vlt. Stratagematum cap. vlt. in princip. & ex noſtris Ioan. Andr. in cap. indecorum ext. de ætate, & qualitate, Bald. in cap. ad hæc, colum. 3. ext. de poſtulat. Prælat. idemque legimus
6 antiquitus in bello obſeruatum; Alexander enim Macedo neminem niſi ſexagenarium ordines ducere ſinuit. Iuſtinus lib. 11. Alexand. ab Alexand. dicto lib. 6. cap. 18. & Adrianus Cæſar. viros ætatis exactæ, & ſummæ prudentiæ, doctos ætate, & vſu ad militum tribunatum euexit, vetuitque edicto, ne imberbis adoleſcens Tribunus fieret. Spar-
7 tian. in vita Adrian. Senium enim ſicuti inſita ab ætate reuerentia Militem benè regi, ita, & malè adoleſcentium nondum adulta auctoritate comprimi, diſces à Tacit. lib. primo Annalium.

Tandem prædicta admodum roborari ſua natalium hone-
8 ſtate, attenta obſcuriori competitoris progenie aſſerebat; nemo enim eſt qui ignoret ad honores, & Magiſtratus nobiliores eſſe anteferendos, §. primo in princip. in verbo viri obſcuri, & §. vltimo in authen. de defenſ. ciu. vbi etiam gloſſ. cum alijs cumulatis per Tiraquell. de Nobilitate cap.
9 20. num. 1. Præſertim autem in muneribus militaribus, ex Oldrad. in conſil. 92. Rex habebat, vbi voluit, quod ſi is
10 cui Princeps Caſtrum cuſtodiæ mandauit, alteri cuſtodiam delegauit, qui caſtrum inimicis, vel dolo, vel culpa prodidit; illum eſſe tùm demum excuſandum ſi Nobili eam Prouinciam commiſerit, non ita ſi ignobili. Sequitur Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in rubric. de locat. in fine; Barbat. in l.

ſi ex

Digitized by Google

ſi ex ſtipulatu, colum. 8. de verbor. obligat. Iaſon. in l. ſi
11 pecuniam, §. final. in fin. ff. de condit. ob cauſ. quaſi vt aiunt non ſit tam veriſimile, Nobilem proditurum, aut malè cuſtoditurum ſicut ignobilem. Ideoque vt alia omittam exempla apud Priſcos illos Romanos, Tribuni militum, cę-
12 terique, & pacis, & Belli Magiſtratus ex patricijs tantum creabantur, vt videre eſt ex Liuio lib. 6. ab Vrbe condit. Moyſes autem, vt ipſe dicit Deuteronomio cap. 1. ex Nobilibus Tribunos, & Centuriones conſtituit. Addebat, & nobilitati aſſiſtentiam diuitiarum, innumera, namque eſſe
13 diuitiarum priuilegia, eaque ex Tiraquell. de Nobilit. cap. 3. ediſci poſſe, nemo eſt, qui non ſciat; præcipuè autem in Bello ad comparandos ſibi militum animos, & obedientiam, diuitias ſummopere proficuas, & experientia, & auctoritate comprobat Cępol. de Imperat. milit. deligen. in verb. Diuitijs per tot.

Atque ex his cum illa ſanè præcipua ſint, quæ ad electio-
14 nem Summi Ducis exercitus requirunt, Cicer. in oratione pro leg. Manil. Veget. de re milit. Cępol. in dicto tract. de Imperat. militar. deligen. & ex recentior. Franciſc. Patrit. in ſuis Parallel. Militar. lib. 6. cap. 3. Giout. in diſciplin. militari lib. 3. cap. 9. Brancac. lib. inſcript. La vera diſciplina militare. Inferebatur idem eſſe iudicium aliorum minorum Magiſtratuum, vt merito Miles iſte tot prærogatiuis decoratus eſſet præferendus alteri iuniori ignobiliori, & paucis fortunæ bonis referto.

Alter tamen vnico, ſed validiori patrocinio, propria ſcili-
15 cet virtute negotium fouebat: Stipendia enim longiora, prolixioresque labores, eoſque proprios poſuit ob oculos; tales enim promoueri, iura diſponunt, l. prima, C. de Offic. Magiſtr. & l. 2. ibidem in fin. l. prima, & ſecunda, C. de Præfect. lib. 12. Cępol. de Imperat. milit. deligen. quæſt. 3. in princip. Et quam ſtrenuè ſe geſſiſſet, cicatricum,
16 quibus in obſidione Clauennæ fuit affectus, earumque aduerſo corpore inſpectio teſtabatur; ſi enim alteri poſt habi-
17 tus eſſet iure de Principe conquereretur, vt Nicomachides de Athenienſibus, quem Zenophons lib. 3. memor. iure doluiſſe refert, quod ab Athenienſibus non eſſet electus Imperator

rator, cum tot vulneribus in prælio acceptis, modo Militis, modo manipuli, & Legionis Præfectus Reipublicæ profuiſſet; Antiſthenes verò in Imperatorem eſſet aſſumptus, qui nihil vnquam laude dignum, aut memorabile geſſerat:
18 Quibus, & illud Quintiliani Libro ſexto inſtit. orat. cap. 6. admodum concinnebat, dum Periclitantem, inquit, commendat dignitas, & ſtudia fortia, & ſuſceptæ in Bello cicatrices: vrgebant præterea illius ante acta vita, & mores in quibus nec ipſa militatis inuidia quicquam redarguendum decerpſit; immò quod procul ab ignauia armorum nitore, ſolertia, & militari obedientia, belliquе peritia pluribus anteiret, multorum teſtimonio commendabatur, vt meritò
19 altero digniorem, & præferendum Dux fuerit arbitratus per textum clarum in l. fin. C. de Tyron. lib. 12. ibi, nec enim patimur quemquam celſiorem gradum obtinere, niſi cui, & laborum aſſiduitas, & ſtipendiorum prolixitas ſuffragantur. Et Cicero in Magiſtratibus bellicis deligendis peritiam rei militaris in primis requirit in Oratione pro lege Manilia; idem vult Veget. de re militar. in prohem. & cap. 1. inquit enim exercitata paucitas ad victoriam promptior eſt, rudis, & indocta multitudo expoſita ſemper ad cædem.

Nec obſtabant ea, quæ pro Competitore relata ſunt; ſi quidem auita, & paterna gloria decoratos fatear dignos, vt alijs præferantur, cæteris per omnia paribus; non tamen ſi
20 adſint, qui propria virtute nituntur; hos enim potiores eſſe probant Bald. in l. iubemus, C. de aduocat. diu. iud. cæterique Doctores initio relati; quis enim permiſerit aliquem aliena virtute ſibi dignitatem arrogare, vt illam alteri ſurripiat, qui propria confidit, vt Marius de ſe profert apud Saluſtium in bello Iugurtino.

Minus erat attendenda ætas, nam Senior ſemper iuniori
21 eſt præferendus, niſi forte ab eo, qui tempore vincitur, laborum comparatione ſuperetur, vt ad litteram, inquit textus in l. vnicuique, C. de proximior. Sacrorum ſcriniorum lib. 12. & idem probat textus in §. planè in authen. de Monac. vbi gloſſ. & Salycet. in l. prouidendum, C. de poſtulat. cum alijs relatis per Tiraquell. de iure primogen. in præfat. num. 181. & in ſpecie Cæpoll. in tractat. de Imperat. milit. deligen.

22 gen. in verbo Quod autem dictum eſt. Et hinc videmus Aduocatos licet iuniores ætate, ſeniores in eodem munere ſenioribus ætate præferri, vt multis probat Fab. de Ann. conſil. 138. lib 2. Tacitus autem lib. annal. 11. apud maiores ait,
23 virtutis id præmium fuerat, cunctiſq; Ciuium ſi bonis artibus fiderent, licitum petere Magiſtratus, ac nè ætas quidem diſtinguebatur, quin prima inuenta Conſulatum, ac Dicta-
24 turas inirent: Et Cicero Philippica decima. alter ait virtutis robore firmior, quàm ætate; Et quamuis Alexander Macedo neminem, niſi ſexagenarium ordines ducere ſinuerit, tamen, & de ſe aliquando interrogatus, Reſpondit, Ego me metior non ætatis ſpacio, ſed gloriæ. Quint. Curt. lib. 5. Adrianus verò contentus fuit ea ætate, quę experientia Tribunatus robur impleret; nec deſunt in contrarium exempla,
25 Flauius enim Vopiſcus in vita Probi Imperatoris tradit, ipſum Probum adoleſcentem, & penè imberbem Tribunum Militum factum fuiſſe, Valeriani Imperatoris iudicio; ſed longis ante temporibus legimus, Scipionem Africanum ſuperiorem, admodum iuuenem Tribunum Militum fuiſſe apud Valer. Max. lib. 5. cap. 6. de piet. erg. patr.

Et tandem neque Nobilitas, & diuitiæ ſiquidem Nobilio-
26 res regulariter pręferuntur alijs qui meliori nota conſpicui non ſunt, Anchar. conſil. 339. per tot. quod ſi virtus in vno effulſerit, in alio Nobilitas, nemo dixerit præferendam Virtuti Nobilitatem, Tiraquell. de Nobilit. cap. 4. num. 16. & ſeq. præcipuè in euehendis Militibus ad gradus militares;
27 non enim nobilitate pugnatur, ſed virtute; Ideo Germani, (vt in libello de eorum moribus Tacitus ſcripſit) Reges, ex Nobilitate, Duces ex Virtute ſumunt; & rurſus lib. 1. An-
28 nal. Marcum Agrippam ignobilem loco, ſed bonum Militiæ, & Victoriæ ſocium geminatis Conſulatibus decoratum ab Auguſto refert, & lib. 3. de Sulpitio Quirino inquit, Ortus modicis parentibus, & opibus Militia clarus Conſulatum ab Auguſto meruerat at ignobilium Virtutem innumeris rationibus, & exemplis defenſam licet videre ex Mario apud Saluſt. in bello Iugurt. & ex Tiraquell. de Nobilit. cap. 4. num. 5.

Priſca autem exempla Patriciorum Romanæ Reipublicę,

nec

nec mouent, quia præterquam quod illo etiam tempore meliores ex patricijs eligebantur, vt ex innumeris apud Liuium videre eſt, conſuetudo illa diù non viguit. Quinimò vt Velleius Paterculus lib. 2. Roman. hiſtor. refert ante primum bellum Punicum Titum Coruncanium hominem nouum, Spurium Carbilium, equeſtri ſtirpe natum, mox Marcum Catonem nouo etiam Tuſculo Vrbis Inquilinum, & C. Marium ignotæ originis ad Conſulatus, & triumphos prouexere.

Nec auctoritas Sacræ Scripturæ, quia verba eius rectius intuenti hanc iuuabant ſententiam, nam ibi Sapientes primo loco nominantur deinde nobiles, vt inde caueamus Sapientes eſſe nobilibus præferendos, immò vt aliqui volunt nulla in littera Hebraica in ea oratione dictio eſt, quæ nobiles ſignificet, ſed ab Inteprete additam aiunt, quia exiſtimauerint nobiles eſſe cæteris aptiores.

Nec demùm Oldradi, & Sequacium opinio, cum ſolum ea probetur nobilibus, potius quàm ignobilibus regulariter fidendum eſſe. Quod ego nec abnuerim; ſed ſi ignobilis
30 expertæ fidelitatis, & virtutis nobili inexperto præferri quærat, ignobilem eo longius prætulerim, quantum veritas opinioni anteferenda eſt.

Quæ maximè in caſu noſtro locum ſibi vendicare aſſerebam, quia Miles, qui Præpoſitus fuit, & competentes diuitias, & nulla natalium macula labefactatus, ſatis honeſtos
31 habuiſſe parentes oſtendebat; Illud hic obiter, nec tacuerim, quod ſi alicui natalium claritas admodum conſpicua ſit, talem ſemper prætulerim, nam & nobilium, & maximè Principum maior eſt auctoritas in Milites, & Militum in hos obedientia & eorum ſententia mihi probatur, qui dicunt eſſe nobilem, & potentiorem præferendum, aliàs tamen ido-
32 neum, alteri ignobiliori, ſed aliquanto magis verſato; Quæ tamen omnia ptudentiæ Ducis Militaris conſuetudo arbitranda reliquit.

ARGV.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Blaſphemia in exercitu quomodo vindicanda,& de quibuſdam Blaſphemię ſpeciebus,& quando Miles ob blaſphemiam ſit ad Inquiſitorem remittendus, & ludus in exercitu, quomodo permittatur.

S V M M A R I V M.

1 *Blaſphemia eſt crimen omnium ſceleratiſſimum.*
2 *Ex blaſphemia prouocatur ira Dei.*
3 *Deus minatur pœnas Blaſphemantibus nomen ſuum, & de illius minis.*
4 *Ex Blaſphemia Orbis Terrarum concutitur, aliaque mala eueniunt.*
5 *Ex Blaſphemia integri exercitus intereunt.*
6 *Exempla aliqua referuntur.*
7 *Ludus in exercitu permittitur congruo tempore, cum moderamine, & animi cauſa.*
8 *In ſtationibus, vbi ludus permittitur, eſt deputandus Miles, qui Blaſphemantes in cuſtodiam deuoluat.*
9 *Dicere, Al diſpetto d'Iddio, an importet Blaſphemiam, & recenſentur opiniones Doctorum, & alij Caſus, & referuntur alij Caſus Blaſphemiæ.*
10 *Refertur exemplum cuiuſdam Blaſphemiæ hæreticalis.*
11 *Cognitio an Blaſphemia ſit hæreticalis, nec ne, ad quem ſpectet.*
12 *Miles hæreticus, traditur Inquiſitori.*
13 *Hæretici, ſeu de hæreſi ſuſpecti, à Militia repelluntur.*
14 *Clericus an ſit, vel non, cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum.*
15 *Cognitio an verſetur circa ſpiritualia; ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum.*

CASVS

CASVS QVARTVS.

1 BLASPHEMIA crimen omnium ſcelera-
tiſſimum, Decian. tract. criminal. lib. 6.
cap. 3. num. 1. ſintag. Toloſan. de actio.
lib.33.cap. 12. num. 2. Farin. pract. cri-
min. quæſt. 20. num. 6. & ſeqq. Borell.
de Magiſtrat. edict. lib. 3. cap. 2. nu.35.
& ſeqq. Neguſ. lun. quæſt. 496. nnm. 3.
2 Ex ea enim adeò ira Dei prouocarur, D.Thom.2.2.quæſt.13
vt ipſe ſecundo præcepto addiderit minas polluentibus no-
3 men ſuum, hiſce verbis, Non enim habebit inſontem Do-
minus eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra,
Et ex hoc ſcelere omnium teterrimo immitti Bella, Populos
4 in captiuitatem eijci, transferri Regna, euerti Imperia, fa-
mem, peſtem, omniſque generis erumnas prouenire expe-
rientia conuincit, vt aduertit Imperator in authentica, vt
non Luxur. homin. contra natur. collat. 6. Et tandem non
5 decimari Milites, ſed integros exercitus interire, vt de exer-
6 citu Sennacherib loquuntur ſacræ paginæ 4. Reg. 19. & de
exercitu Regis Siriæ 3. Reg. 20. Borell. loco citato num. 39.
Propterea Religioſiſſimus Dux, timorem Dei nobile ma-
gnorum frenum, & atrox ſeruilium animorum flagellum exi-
ſtimans, & pulchrè callens Religionem, & diuini nominis
obſeruantiam præcipuos eſſe cardines, quibus politicæ gu-
bernationis machina voluitur; Cauit edicto non modo a-
trocibus pœnis Milites blaſphemantes afficiendos, ve-
7 rum, vt maior cautio in illis puniendis adhiberetur depu-
8 tauit in ſtationibus cuſtodiæ, vbi cum moderamine con-
gruo tempore, & animi cauſa permittebatur ludus aſſi-
ſtentem Militem, qui blaſphemantes in cuſtodiam deuolue-
ret, ne ij Deo falſa tribuendo illam gloriam obſcurarent,

qua adeò Militia effulget, fuiſſe ſcilicet Militem, qui primus Ethnicorum, è ſuperſtitioſo velamine veram amplexus fuerit Religionem. Pluribus igitur Militibus cuſtodiæ datis de diuerſis Blaſphemiæ ſpeciebus Inquiſitis, vnaquaque examinata, fuit hæſitatum, an eſſent Blaſphemiæ.

Et primo de Milite qui dixerat

Finalmente queſta ſera ho vinto dieci ſcudi, al diſpetto di Dio.

Et alio replicante,

9 Ancor io ho vinti ſette ſcudi, ò Chriſto (voluens ſe erga Crucifixum) non potrai fare, che io non l'habbie vinti, eccoli, li ho qui in biſacca.

De primo, talia verba non importare Blaſphemiam putauerunt grauiſſimi Doctores, vt Bald. Felin. Alexand. Angel. & alij relati per Couarruu. de pact. parte prima, §. ſeptimo, num. quinto, verſic. primo. Sed contrariam ſententiam vti veriorem, & communiorem amplexus fui, per Doctores, quos refert, & ſequitur Menoch. de arbitrar. iudic. caſ. 375. num. 4. lib. ſecundo, centur. quarta, Clar §. Blaſphemia, cap. ſecundo, Decian. de delict. tom. ſecundo, lib. ſexto, cap. 2. num. 4. tractat. criminal. Et ratio eſt euidens, quia per illa verba derogatur honori Diuino; nam illa proferens innuit ſe velle agere aliquid etiam ſi Deus noluerit.

De ſecundo videbatur concludendum, vna cum Menochio de arbitrar. dicto caſu 375. num. quarto, & Decian. dicto cap ſecundo, nu. 6. non eſſe Blaſphemiam, quia iſte res non ſunt factibiles, & nulli potentiæ ſubiacent, & verum etiam dicitur de Deo:

Sed dicebam exaduerſo conſiderandum, quod quando talia verba in contumeliam, & diminutionem Diuinæ potentiæ dicuntur, negari non poteſt, quin ſaltim inſit falſitas in modo dicendi. At in caſu noſtro, ſine occaſione, & per modum contumeliæ fuerunt prolata; igitur reiectis Deciano, & Menochio ex dictis verbis reſultare Blaſphemiam ſenſi amplexus opinionem Sanchez. in præcept. lib. 2. cap. 32. num. 16. vbi ex Azeued. & Socin. ita firmat. Quod idem in ſtrictioribus terminis ad optimam diſciplinam militarem conſtituendam,

dam, ſeruandum Dominus de Lance in ſua diſciplina militari lib. 3. cap. 3. verſ. E finalmente.

Item cum nonnulli Milites teſſario ludo ſe exercerent, &
9 vnus ex ipſis iam teſſeras è Turricula edidiſſet, in controuerſiam venere, an illius proiectus fuiſſet ſei, cinque, e doi. Quidam ſic fermè teſtatus eſt, at alius minimè verum eſſe reſpondit, cui ille ſubdit, è vero come Chriſto è nato di Maria Vergine Ideo præfata verba an ad Blasfemiam referenda eſſent, dubitatum fuit.

Et importare Blasfemiam, tenuere Couarruu. Suarez, & Sotus relati per Sanchez. libro 2. cap. 32. in præcept. num. 31.

Ego contrarium dixi, nam inquiſitus in examine fermè aſſerebat, ea verba protuliſſe, ſuo modo, intendendo ſimilitudinem quandam ſignificare, non autem ſenſum eius fuiſſe tantam eſſe in eius dicto certitudinem, quanta eſt in fide veritas, quam diſtinctionem approbauit Sanchez. dicta quæſtione num. 41. Bonacinus de legibus diſputat. 3. quæſtione 8. puncto 2. num. 13. in alijs ibidem relatis.

Contingit etiam, quod quidam ſceleſtus Miles dixerat
10 Dio Traditore. Ex quo non ſolum inducebatur Blaſphemia, ſed ea quidem hæreticalis, cum falſum eſſet Deo attributum, vt per Suarez tom. 1. de Relig. tract. 3. lib. 1. caſ. 1. num. 7. & ſic dicebam ad Inquiſitorem huius Blaſphemiæ
11 cognitionem ſpectare, priuatiuè quidem quoad omnes alios Iudices Eccleſiaſticos, & Sæculares Sanchez. in præcept. decal. lib. 2. cap. 32. num. 37. Riccius in praxi var. reſol. reſol. 9. num.

Sed replicabatur, tunc demum ſpectare cognitionem ad Inquiſitorem, quando ſimilia verba eſſent ſerio, & appenſate prolata, vt per Arnaldum Albert. de Agnoſc. aſſert. cattol. quæſt. 27. num. 18. Facchin. conſ. 41. num. 12. lib. 1.

Ego verò, doctrinam Arnaldi ſimpliciter non admitterem, nam aut quærimus, an Blaſphemia ſit hæreticalis, ſi prædicta verba non ſerio, & appenſatè proferantur, & tunc ſentio Arnaldum verum dicere, quia

C 2 hæreſis

hæreſis non datur ſine errore intellectus, nempè niſi is, qui aſſerit aliquid, quod hæreſim ſapiat exiſtimet illud verum eſſe, aut vero quærimus, ad quem ſpectet cognitio, an ſerio
12 & appenſate verba illa prolata ſint, & tunc quia hæretica ſunt, ſi ſerio prolata ſunt, & cognoſcere, an quid hæreticum ſit, vel non ad Inquiſitorem ſpectat, Anchar. in rubric. de Iudic. & ibi Ioann. de Anan. Ludouic. Alfer. alleg. 27. num. 6. & declarat Diaz de Bello in. pract. crim. verb. blaſ-
13 phem. Sayr. in ſua claui Reg. lib. 6. cap. 19. num. 22. verſ. puniendi autem ſunt iſti ab Inquiſitore.

Ideo dicerē cognitionē, An ſerio ſint prolata, & ſic an ſint
14 hęretica ad Inquiſitorem ſpectare, & ideo talem ita blaſphemantem ſemper eſſe ad Inquiſitorem remittendum, vt in ſi-
15 mili videmus in Clerico, quem ſi contingat controuerti, an Clericus ſit, vel non, & ſic à quo Iudice ſit puniēdus Iudicis Eccleſiaſtici cognitio erit, qui cum agatur ſuper re Clericali, an ſit, vel non ſit, & ſic cognitio verſetur circa ſpiritualia, erit Iudex, vt ferè poſt alios Couarr. pract. quęſt. cap. 33. num. 1.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Miles in excubiis dormiens, qua pœna ſit plectendus,& qua ratione excuſandus, late diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Milës dormiens in excubijs vltimo afficitur ſupplicio.*
2 *Referuntur aliqua exempla.*
3 *Dormiens æquiparatur mortuo.*
4 *Dictum pulchrum Epaminondæ Thebani.*
5 *Pœna poteſt minui ex temporis, & loci qualitate.*
6 *Ferraria Ciuitas eſt arte, & natura bene munita.*
7 *Scipio culpa Cuſtodum Tunetum occupauit.*
8 *Tadeus Barberinus Nepos Vrbani Octaui, ad Cuſtodiam Ferrariæ miſſus.*
9 *Ad Imperatoris exemplum, totus componitur exercitus.*
10 *In tuendis Vrbibus, omnis debet deſudare induſtria.*
11 *Conſilium Ciri Patris.*
12 *Vigiles in omne tempus debent euigilare.*
13 *Nocturna vigiliæ in quatuor temporis partes diuiduntur, vt tribus horis nocturnis neceſſe ſit vigilare, & ita obſeruatur.*
14 *Vigiles vltra conſuetum in excubijs permanentes, ſi obdormiant, ſunt abſoluendi, non condemnandi.*
15 *In amouendo hoſte, verſatur conſilium, & auctoritas publica.*
16 *Cuſtodes in muneribus publicis, tota nocte vigilare debent.*
17 *Homini inſunt duæ paſſiones, vigilia, & ſomnus,*
18 *Vnicuique Animalium neceſſarium eſt dormire.*
19 *Somnum expellere non eſt in poteſtate hominis longa vigilia defatigati.*
20 *Somnus in tenebris ocyus obrepit.*
21 *Quare Apoſtoli in horto vigilare nequiuerint.*
22 *Non eſt adſcribendum culpæ, ſi quis poſt longas vigilias obdormiat.*
23 *Reijcitur Ripa de Nocturno tempore, cap.*
24 *Præcedentibus vigilijs, neceſſario ſubſequitur ſomnus.*
25 *Intellectus text. in l. nam ſalutem, §. ſciendum, ff. de off. Præfecti vigil.*

CASVS QVINTVS.

CVM vigilum Præfecti cuſtodias, ſtationeſ-
que circuirent inuenerunt militem dormiē-
tem in excubijs, qui cuſtodiæ datus, du-
bitabatur qua pœna eſſet mulctandus.

Et quidem vt diſciplinā exemplis Mode-
rator exercitus corroboraret, Militem, eo-
dem quo ſe quieti dederat loco, vltimo pū-
1 tabat afficiendum ſupplicio, ſequutus Epaminondæ The-
bani, Iphicratis Athenienſis, & Stephani Columnæ exem-
2 pla, qui vigiles ſopitos inuentos cuſpide transfixerunt, nem-
pe exiſtimantes eos nihil amplius præſtare dormientes, quam
3 ſi vita ipſa caruiſſent. Vnde illud eiuſdem Epaminondæ ta-
4 lem reliqui, qualem inueni. Plutarchus in vita Epaminond.
quem refert, & ſequitur Ayal. de iur. offic. belli. cap. 17.
num. 3. lib. 3. Claud. Cotor. de offic. Imperat. lib. vnico,
pag. 143. lit. C. Caball. reſolution. criminal. caſ. 294. num.
190. Farinac. conſil. 4. num. 21. Fab. de Ann. conſil. 30.
num. 31. lib. primo, Gayl. practic. obſeruation. tit. de pac.
public. cap. 4. num. 32. vbi exclamat hiſce temporibus hanc
diſciplinam, & ſeueritatem eſſe ſeruandam, Brancac. libro
inſcripto, I carichi Militari cap. primo, del Soldato, pag.
mihi 11. Ginut. della Diſciplina Militare, libro primo, cap.
Delli delitti Militari, che condannano à morte i Soldati, &c.
num. 75.

5 Verum aſſerebant nonnulli, aliquo pacto poſſe pœnæ mo-
dum adhiberi, cum & locorum, & temporum qualitas in
obſeruando tùm iura, tùm exempla eſſent inſpicienda, iux-
ta l. deſertorem, ff. de re militar. Ferret. de re militar. tit.
de milit. Iuſtitia, num. 46. Cabal. reſolution. criminal. caſ.

294.

294. num. 288. centur. 3. Etenim quoad locum aiebant
6 Ferrariç ciuitatem eſſe ex ſuapte natura, & arte benè munitam, & quoad tempus hoſtes non adeſſe ex quibus ſuſpicaretur occupari poſſe, ideoque nec pœnæ iuris locum eſſe, prout in ſimili de pœna mortis impoſita per l. fin. ff. de rerum diuiſ. tranſcendenti muros ciuitatis, quod non habeat locum niſi tempore belli, poſt Iſern. Gramat. & alios tradunt Clar. quæſt. 68. verſic. Muros Ciuitatis infra, Caball. caſ. 100. num. 48. & ſequentib. centur. prima, Magon. deciſ. Lucenſ. 90. num. 14. par. prima, Farinac. de delict. quæſt. 20. num. 151. verſic. Limita quarto.

Sed vrgebat altera ex parte, quod cum in Italia magnum Bellum arderet, & Principes ſinguli Militum ingenti eſſent copia muniti, non erat nouum, quod ad ſimulantes, alijs applicati, in Ferrariam conſpirarent. Exemplo Scipionis,
7 qui cum in Carthaginem intentus eſſet culpa cuſtodum Tunetum occupauit oppidum ſitu ſuo, & copijs tutum Liuius lib. 10. 3. Decad.

Et eam ob rem Pontifex Maximus, ac vigilantiſſimus
8 Vrbanus Octauus, ne dum à Caſtris Germaniæ conuocauerat Milites, verumetiam, & proprium Nepotem, in quo vno Barberinorum Familia nitebatur in tanta aeris craſſitudine, per maximas rationes cuſtodienda Ferraria collocauerat, vt
9 ſcilicet ad Imperatoris exemplum vniuerſus componeretur exercitus, iuxta not. in l. fin. C. de erog. militar. annon. lib. 12. cum concord. per Viu. dec. 91. num. 3. Gamm. dec. Luſit. 174. num. 10.

Et ex his omnibus conſtare videbatur, qualeſcumque, ſiue loci, ſiue temporis rationes inanes eſſe, nulliuſque ferè momenti,
10 præcipuè cum agatur de munitiſſimis, fortiſſimisq; Vr-
11 bibus, in quibus tuendis omnis debet deſudare induſtria, iuxta Cambyſis, Cyri patris conſiliū, de quo in propoſito Ayal.
12 vbi ſupra num. 3. Hoc etiam præſtandum in omne tempus, quo hoſtis abſit, Vigiles enim nunquam ſatis cauiſſe putent, imò contra improuiſum ictum euigilandum Lypſius centur. prima, epiſt. 26. quæ tandem illo eximio Romanorum exemplo corroborantur, referunt namque Liuius, & Plinius,
&

& poſt eos Tholoſan. in ſintagm. lib. 19. cap. vndecimo, num. 4. Canes, qui nocturnæ cuſtodiæ cauſa in Capitolio alebantur, quia obdormiſſent, nec detexiſſent hoſtium aduentum Romæ furca fixos, & ſuſpenſos eſſe, vt hominibus exemplo eſſent, non eſſe cuſtodias, & vigilias ſegniter agendas.

Attamen toto negotio benè perſpecto dixi militem iſtum nulla eſſe afficiendum pœna, motus, quia conſtabat per-
13 manſiſſe in excubijs per ſex horas nocturnas, & militari conſuetudine receptum eſt, vt nocturnæ vigiliæ in quatuor partes ſint diuiſæ, adeò quod non amplius quam tribus horis nocturnis neceſſe ſit ſingulis vigilare, Alexander ab Alexandier. genial. lib. primo, cap. 12. Veget. de re militar. lib. 3. cap. octauo, Borell. de Magiſtr. edict. lib. quarto, cap. 11. num. 21. cum ſequentib. & hodiernis temporibus ita obſeruari teſtatur Ginutius dicto num. 71. loco ſupra citato.

Stante ergo, quod in excubijs permanſerat vltra con-
14 ſuetum, erat merito abſoluendus, ex doctrina Alberici, in l. nam ſalutem, §. effracturæ, num. ſecundo, verſic. Sed quid ſi Cuſtodes, ff. de offic. Præfect. vigil. & in ſecunda par. ſtatutor. in quæſt. 159. vbi in ſpecie voluit, quòd ſi Cuſtodes Caſtri inter ſe nocturnas vigilias diuiſerunt, vt alij ex eis vſque ad mediam noctem vigilarent, alij verò vſque ad exorientem Solem, ijs cubantibus, qui poſt mediam noctem ad vigilias tenebantur, abſoluendos eſſe alios, qui vſque ad conuentum tempus vigilarunt, ſi poſtea Caſtrum occupent hoſtes, & Albericum communiter receptum aſſerunt Iaſon in l. prima, §. ſi Procurator, num. quinto, ff. ſi quis iudicen. & ibidem Lancellott. & Dec. num. 2. Gerard. ſingul. 37. num. 1. verſic. Quod ſi aliqui.

Et quamuis ab Alberico diſſentiat Polidorus Ripa, qui in tractatu de Nocturno tempore c. 75. Alberico relato in ſpecie contrarium tuetur ex eo, vt inquit, quia in amouen-
15 do hoſte verſatur conſilium, & auctoritas publica, & vbi ſumus in muneribus publicis, nocturnas cuſtodias deſiderantibus totam noctem vigilare debere cuſtodes, ex text. in d. l.

nam

nam ſalutem §. ſciendum ff. de offic. Præfect. Vrb. Ego tamen ſicut doctrinam Alberici non admitterem, vbi inter ſolos milites nullo adhibito Ducis placito conuentio illa iniretur, ita, & vbi Ducis auctoritate fulta eſſet veriſſimam pu-
17 to; Cum enim homini duæ iſtæ paſſiones vigilia, & ſomnus inſint, itaut neceſſarium ſit vnicuique animalium dor-
18 mire, ex Ariſtotel. cap. 3. de ſomn. & vigil. & ſomnum ex-
19 pellere non ſit in poteſtate hominis longa vigilia defatigati, ex Hipocr. prognoſtic. 11. Quod, & etiam innuit Ariſt. de ſomn. & vigil. cap. 1. Galen. ad traſib. 18. & latè enarrat Tiraquell. tract. de pœn. temper. cauſ. 5. num. 2. & ſeqq. nil mirum ſi milites, qui ex pacto confiſi tota nocte ſib. vigilan. non præcauerant, & idcirco diurnas horas quieti non dederant, etiam nolentes in ſomnum inciderint, & proſer-
20 tim nocturno tempore, & otioſo, iuxta illud eiuſdem Ariſt. ſect. 6. problem. 7. ſomnus in tenebris ocyus obrepit, Id ipſum confirmat illud Matt. 26. & Marci 14. Simon dormis, non potuiſti vna hora vigilare mecũ? Quæ quidem ſententia oſtendit difficultatem remouendi ſomnum, dum in ratio-
21 ne ſubdit, Erant enim oculi eorum grauati, Si ergo in caſu Alberici milites culpa prorſus vacabant, vt prædictæ rationes Iudiciò meo conuincunt, Ita, & in caſu noſtro militi
22 culpæ adſcribendum non erat, ſi poſt longam vigiliam obdormiuit, ſed potius culpæ Sergentis, qui alium illius loco
23 debito tempore non ſubrogauerat; Satis enim vigilando, per tres horas, munus ſuum impleuiſſe videbatur; Sicque culpa, & dolo carebat, ſine quibus pœna non irrogatur, l. Sancimus C. de pœn. cap. ſine culpa de reg. Iuris in 6.

Nec textus in dicto §. ſciendum contrarium probat, nam quamuis ibi dicatur vigilum Profectum per totam noctem vigilare debere, non ideo infertur, quod id etiam debuiſſe agere miles, cui non pro tota nocte, ſed ſpatio longe breuiori vigiliæ indictæ fuerant, nam ſicut vigilum Præfectus, qui ſciebat ſibi tota nocte vigilandum, erat in culpa, niſi ad id oportunè ſe paraſſet, horas diurnas quieti tradendo, ita & miles qui tam longam vigiliam ex neceſsitate officij precauere non debebat culpæ expers penitus erat non

ſolum

ſolum enim vltra conſuetum militem in excubijs retinere Sergens non poterat, ſed & de vigilia debeat eum admonere ita enim ſeruaſſe Romanos refert Polyb. lib. 6. Non ergo ex illo text. bene arguitur ad caſum Alberici, nec minus ad noſtrum, vbi non per mediam integram noctem, ſed trium ſolum horarum ſpatio vigilandum erat.

Et his attentis Dux exercitus arbitratus eſt, nequaquam huic militi obeſſe ea, quæ aduerſus vigiles ſopitos, & exemplis,
24 legibus inducta eſſe ſupra recenſui; ea enim intelligũtur de militibus, qui ſtatutis horis obdormiunt, quos nunquam excuſarem, quamuis ſomnus ſit accidens naturale, cui reſiſti
25 non poteſt, ex Bald. in l. 3. §. cognoſcit in fin. ff. de offic. præfecti vigil.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Miles ſine gladio incedens, an ſit puniendus, & qua pœna.

SVMMARIVM.

1 *Indignum eſt milite gladio immunitum ferre latus.*
2 *Lex non ſtatuit eſſe delictum, ſi miles gladium non cingat.*
3 *Quicquid in legem non committitur, puniri non debet.*
4 *Id quod non reperitur prohibitum, cenſetur permiſſum.*
5 *Reperitur cautum in iure, vt qui arma amiſerit, vel alienauerit capite, puniendus ſit.*
6 *Conſuetum eſt Milites enſem ferre.*
7 *Ex conſuetudine ſit lex, adeò vt, & quod eſt licitum euadat illicitum.*
8 *Ferre enſem videtur potius inductum ad quandam militarem ciuilitatem, quam ad neceſſitatem.*
9 *Ex conſuetudine potius emanat conſilium, quam præceptum.*
10 *Si quis facit contra ea, quæ ſunt de Conſilio pœna aliqua puniri non debet.*
11 *Argumentum de Clerico ad Militem eſt validiſſimum.*
12 *Clericus nulla pœna eſt dignus, ſi incedit ſine habitu, & tonſura.*
13 *Gladius eſt propriè habitus, & cingulus militaris.*
14 *Calor in menſe Auguſti ſeruet Ferrariæ, vt cum alibi.*
15 *Diſciplina militaris à Ducibus exercituum minutim ſeruanda eſt.*
16 *Diſciplina militaris leui actu fœdata excuſationem non admittit, vt impunis culpa relinquatur.*
17 *Militaribus legibus cautum eſt leuiſſimos quoſque errores puniendos.*
18 *Culpa enſis non accincti, non inter leues culpas eſt numeranda.*
19 *Miles, dicitur à Militia, & Militia conſiſtit in armis.*
20 *Miles, toties à Militia abſcindit, quoties armis exutus incedit.*
21 *Olim erat prohibitum in palatio Principis arma ferre.*
22 *Refertur exemplum Teridatis.*
23 *Dedecet Militem exiguo ſpatio debitis officijs Militiam fraudare.*
24 *Arma ſunt inſignia Militum.*
25 *Qui incedit in accinctus enſe non dignoſcetur an ſit Miles; ſicque ea gloria fraudabitur, quæ propria Militum eſt ſpreuiſſe ſci icet ciuilis otij commoda ad comparandam gloriam in periculis Beſi labore.*

Imp.

26 *Imp. Galba licet ſenex gladium numquam dereliquit.*
27 *Non ſenectus, aut virium imbecillitas, ſed inermitas lateris ineptitudinem Militis indicat.*
28 *Arma Militum, membra dicta ſunt.*
29 *Arma pariunt ardorem in pugnando, ſicuti membra pariunt vires.*
30 *Refertur dictum Eumenis.*
31 *Romani prohibebant Militem armis exutum cubitum ire.*
32 *Lacedæmonij dum ſe adſcribebant Militiæ, ſolemniter iurabant ſe arma, nec die, nec nocte relicturos.*
33 *In horas ferri poteſt occaſio, quæ non concedat Militibus ſpatium, vt poſſint ſibi gladium feſtinanter accingere.*
34 *Refertur exemplum Anibalis.*
35 *Poſteriores Romani caſtigarunt ſeueriſſimè illos, qui etiamſi laborioſum aliquod pro militia gererent armis eſſent exuti.*
36 *Exemplum Corbulonis.*
37 *Lex non ſpecificat omnes culpas, ſed eas dumtaxat, quæ in dies ſolent accidere, cęteras prudentiæ Ducum arbitrandas relinquens.*
38 *Satis prohibitum videtur Milites gladio immunitos incedere, dum ſeueriſſimè a Ducibus exercituum caſtigatos innoteſcit.*
39 *Arma in Caſtris non ad decorem, ſed ad hoſtium timorem geruntur.*
40 *Exemplum C. Craſſi.*
41 *Licentia deponendi arma vix ijs concedenda eſt, qui in proprijs pagis omni ſublata hoſtium formidine degunt.*
42 *In ſola clerici voluntate poſitum eſt habitum abijcere.*
43 *Non eſt poſitum in poteſtate Militis arma deponere, qui ad Principis, & Reipublicæ patrocinium ſe adſcripſit Militiæ.*
44 *Clericus quando alimenta ab Eccleſia ſumit, & clericalibus priuilegijs frui vult, neceſſe eſt, vt tonſuram, & habitum gerat.*
45 *Mollities in Milite militiam omnino vituperat.*
46 *Male armis vtetur qui ea ferre dedignatur.*
47 *Ex mollitie arguitur animus, vel corpus immo, & vtrumque laborum impatiens.*
48 *Labores ſi procul a milite ſint militis, nomen indigne fertur.*
49 *Militiæ finis eſt victoria.*
50 *Milites victoriam adipiſci nequeunt ſine laboribus, qui ſuperantur fortitudine.*
51 *Refertur exemplum Romanorum.*
52 *Quando militia eſt in danda diſciplina, tunc in leuibus ſeueriſſimè procedendum eſt.*

CASVS

CASVS SEXTVS.

MILES quidam forma corporis ſatis diſpoſita, vultu cincinnis, & comptis capillis, ſtudio potius, quam natura formoſo, eleganti habitu, vnguentorum olentia perſpicuo, cum Ferrarienſis Matronæ captus eſſet amore, immunitus enſe, magnifico tamen ornatus baltheo, ante eius feneſtram iteratis
1 greſſibus deambulabat: & pluries monitus indignum eſſe Milite gladio immunitum ferre latus, his ſpretis admonitionibus cuſtodiæ datus, heſitabatur, an quid ob enſem non accinctum in Militarem diſciplinam cõmiſerit, vt aliqua pœna plectendus foret.

Et non eſſe locum pœnæ, ſuadebatur ex eo, quod lex non ſtatuebat eſſe delictum, cum quicquid in legem non cõmittitur pu-
2 niri non debeat late Caball. reſol. crim. cent. 3. caſ. 294. Me-
3 noch. de arb. iud. caſ. 276. Farin. q. 18. n. 6. & ſeq. Et id, quod non reperitur prohibitum cenſeatur permiſſum. Menoch. de præſ. lib. 5. q. 16. n. 2. Maſcard. de prob. lib. 3. concl. 1237. n. 2. Ceuall. com. cont. com. q. 217.

Præſertim in caſu noſtro, quemadmodum enim reperitur cautũ in iure, quod qui arma amiſerit, vel alienauerit capite ſit puniendus; l. deſertores, §. Miles, ff. de re milit. Coror de iur. Milit. lib. 3. cap. 9. Ita ne detur deficiens in iure diſpoſita eſſet punitio Militis, qui non accinctus gladio per caſtra deambulaſſet.

4 Et licet conſuetum ſit Milites aſſiduo enſem ferre, & ex conſuetudine lex fiat, l. de quibus, ff. de legib. §. ex non ſcripto, inſtitut. de iur. natur. gent. & ciuil. vt quod licitum eſt euadat illicitum, Roland. conſil. 58. num. 19. lib. 4.

D Ioſeph.

Ioſeph. Ludouic. deciſion. Peruſ. 62. num. 14 ad quan-
8 dam tamen potius militarem ciuilitatem, quàm ad neceſſi-
tatem, inductum eſſe videtur, adeo vt ex iſta conſuetudi-
9 ne potius emanet conſilium, quàm præceptum, & ſic licet,
10 quis faciat contra ea quæ ſunt de Conſilio tamen pœna a-
liqua puniri non poterit, ex doctr. Bart. in l. creditores, C.
de pignorib. num. 4.

11 Confirmantur prædicta optimo ſimili deſumpto ab argu-
mento de Clerico ad Militem, quod eſt validiſſimum, gloſ.
& Doct. in l. Miles, in princ. ff. de re iudic. & dixi caſu 23.
Si enim Clericus nulla pœna eſt dignus, ex eo quod non in-
12 cedit in habitu, & tonſura, not. in cap. fin. de cleric. con-
iug. nec cogi poteſt ferre habitum, & tonſuram, cap. Ioan-
nes, de cleric. coniug. cum alijs per Ricc. deciſ. Archiepiſ.
Neapol. 162. num. 1. par. 2. quare Miles non incedens cum
13 enſe qui eſt propriè habitus, & cingulus militaris, Claud. Co-
tor. de iur. milit. lib. 3. cap. 5. puniendus erit?

Et his rationibus accedebat ipſius Militis excuſatio; dice-
bat enim, quod cum paulo ante commediſſet, non erat ſibi im
14 putandum ſi non longe ſuo ab hoſpitio, immunitus enſe ali-
quantiſper deambularet, attento præſertim magno calore, qui
(cum menſis Auguſti verteret) cum alibi, tum Ferrariæ maxi-
mè feruet, vt hinc Hetruſcus Poeta aſſumat fabulam Fetontis

Fetonte, che nel Pò cadde, e morio.

15 Ego verò his minimè attentis aliquo modo puniendum eſ-
ſe cenſui, non enim prædicta adeò culpam excuſabant, vt in
contrarium adducenda ſubuerterent. Etenim diſciplina mi-
litaris, quam à Ducibus exercituum minutim ſeruari curan-
16 dum eſt, læui actu fœdata excuſationē non admittit, vt im-
punis culpa relinquatur, Petrin. Bell. de re milit. par. 8. tit. vni
co de delict. milit. & eorum pœn. n. 81. & ſeqq.

Quod, ſi læuiſſimos quoſque errores puniendos eſſe milita-
17 ribus legibus cautum eſt. Petrin. Bell. vbi ſupra, nu. 86. & ſeq.
18 indigne relinquebatur impunis iſte, cuius culpa non inter le-
19 ues militares numerari poterat, quippe cum Miles dicatur à
20 Militia, & ipſa conſiſtat in armis, Miles toties à Militia ſe ab-
ſcindit, quoties armis exutus incedit; bene id animaduerte-
runt

runt ij, qui verè Milites ſe profitentes, ab alijs tales haberi vo
21 lebant. Theridates Romam veniens, vt Neronem inuiſeret iuſſus enſem, quem gerebat deponere, cum in Palatio Principis arma ferre prohibitum eſſet, renuit; Miles inquiens,
22 ſum; neque enim decet Militem exiguo ſpatio debitis officijs militiam fraudare Xiphili. in Nerone, quem refert Syntag.
23 Tholoſan. par. 2. de perſonis, lib. 19. cap. 5. num. 7. Chabrias Athenienſis cum fortiſſimè pugnaret in Naue, ea in roſtro percuſſa cum cœpiſſet ſidere, maluit in ea fortiter cum armis occumbere, quam omiſſo Clypeo ad proximas Naues enatare ſaluus Emilius Probus in eius vita. Quod non modo ad ipſius Militiæ reuerentiam, verum etiam ad honorem proprium, quique deberent animaduertere; Nam
24 cum arma ſint inſignia Militum, Syntagm. lib. decimonono, par. ſecunda de perſonis cap. quinto, num. ſexto, Maſcard. de probationib. concluſione 128. num quarto, vo
25 lum. 1. qui enſe inaccinctus incedit ab omnibus paganus exiſtimabitur, ſicque erit ea gloria expers, quæ propria militum eſt, ſpreuiſſe ſcilicet Ciuilis ocij commoda, ad comparandam gloriam in periculis belli labore.
26 Imperator Galba ne ipſa fraudaretur, licet ſenex, & corpore imbecillis eſſet, gladium nunquam dereliquit, &
27 ſignificauit hoc actu, non ſenectutem, aut virium imbecillitatem, ſed inermitatem lateris ineptitudinem Militis indicare Xiphilin. ex Dione in Galba, male enim armis vtetur, qui ea ferre dedignatur. Petrin. Bell. de re milit. par.
28 ſeptima, tit. ſexto, num. 15. atque adeo arma militum mem-
29 bra dicta ſunt, nam ſicuti membra vires, ita & arma ardorem in pugnando pariunt Claud. Cotor. de iur. milit. lib. 3.
30 c. 25. Eumenes dicere ſolitus erat, quis me fortior dum enſē habeo apud latus, Franciſc. Patritius in ſuis Parallel. militar. lib. quinto, cap. 1. quamobrem Romani optimi rerum æſtimatores Militem armis exutum cubitum ire prohibebant, donec ob ſenectutem ad poſtes. Herculis illa affixiſſent Hærodian. lib. tertio, & poſt eum Claud. Cotor. de iur. milit. libro tertio, cap. 25. Et Lacedæmonij dum Militiæ ſe adſcriberent, ſolemniter iurare conſueuerant, ſe arma, nec

D 2 die

die, nec nocte relicturos, idem Herodian. ibidem, & poſt eum Cotor. vbi ſupra.

33 Quod hodieque ſeruandum eſſet, cum in horas ferri poſſit occaſio, quæ Militibus ſpatium non concedat, vt ſibi
34 poſſint gladium feſtinanter accingere; quemadmodum accidit ſub Annibale, cuius Milites Capuæ in laſciuiam delicijs diſſoluti, cum ad minorem corporis moleſtiam armis incederent immuniti, ſuperueniente hoſte, maxima ſtrage necati ſunt. Liu. lib. 2. decad. 3.

35 Hinc eſt, quod poſteriores Romani, vt ſimiles à ſe euentus arcerent ſeueriſſimè caſtigarunt illos, qui etiam ſi laborioſum aliquid pro Militia gererent, armis eſſent exu-
36 ti. Legimus enim Corbulonem duos Milites vltimo damnaſſe ſupplicio, quia vnus eorum enſe exutus, alter ſolo pugione accinctus operam aggeribus nauarent. Tacitus libro primo annal.

Pendent enim pœnæ delictorum ab Imperatoris arbitrio, quandoque in moribus pro facti qualitate, & temporis pro temeritate, pro exemplo, pro euentu, vt pro danda, vel reformanda diſciplina. Petrin. Bell. de re milit. titulo vnico de delict. num. 77. & num. 86. Franciſc. Nig. Ciriac. controu. forenſ. 65. num 1.

His igitur conſideratis pœna extraordinaria damnatus fuit, ſcilicet, quod quatuor menſium ſpatio aquam ligna, & cætera neceſſaria miniſtrando cuſtodijs inſeruiret.

Non enim obſtabat, quod ad auferendam pœnam
37 primo loco dicebatur permiſſum cenſeri, quod prohibitum non eſt, quia lex non omnes culpas ſpecificat, ſed eas dumtaxat, quæ in dies magis poſſunt accidere, cæteras prudentiæ Ducum arbitrandas relinquens, dicta l. omne delictum, in princip. ff. de re militar. Petrin. Bell. de re militar. capitulo vnico, numero octuageſimo ſeptimo,
38 Et præterea inerme ferre latus ſatis prohibitum legibus videri debet, dum ex pluribus Ducum exemplis, qui Militiæ Clariſſimi fuere in eos ſeueriſſimè animaduerſum ex hiſtorijs innoteſcit, iſtorum namq. exempla, vt ſequamur iura

diſpo-

diſponunt Ferret. de re milit.

Nec etiam obſtat quod arma deferre potius ad militarem
39 ciuilitatem,quam neceſſitatem referendum ſit, quia id omni-
no falſum eſſe ex prædictis apparet, nam in caſtris arma non
40 ad decorem, ſed ad hoſtium timorem geruntur. C. Craſ-
ſus militem uidens ſine gladio currentem, heus,inquit com-
milito pugno bene uteris? Feſtiuiter taxans inermens mi-
41 litem: & uix iſtam licentiam ijs concederem militibus, qui
in proprijs pagis degunt, omni ſublata hoſtium formidi-
ne.

Nec obſtabat ſimile deſumptum à Clerico in mino-
ribus conſtituto, quia vltra quod in ſola Clerici voluntate
42 poſitum eſt habitum abijcere, ut quia de ipſius dumta-
xat utilitate agitur, quod non contingit in milite, qui ad
Principis, & Reipublicæ patrocinium militiæ ſe adſcripſit,
43 reſpondebatur, quod etiam Clericus quando alimenta ab
44 eccleſia ſumit, & priuilegio Clericalibus frui uult, neceſſe
habet, ut tonſuram & habitum gerat, Menoch. conſ. 912.
nu. 34. Gratian. diſcept. for. cap. 440. num. 7. ita ergo, &
Miles, qui à Principe ſtipendia ſumit arma deferere non po-
terit.

45 Et tandem quę Miles ad ſui excuſationem ſubdidit, culpã
potius onerabant, quàm exonerarent quippe ſuam indicabant
mollitudinem, quæ militiam omninò vituperat; Miles enim
dictus eſt à mollitia per antefraſim, eo quod minime debeat
eſſe mollis, l. p. §. milites autem, ff. de re milit. teſtam. atque
ideo decet militem hiemem, & æſtatem iuxtam pati, humi re-
quieſcere, eodem tempore inopiam & laborem tollerare, vt
46 monuit Saluſt. in Bello Iugurt. Aliter enim arguitur, vel
47 animus, vel corpus, immò,& vtrumque laborum impatiens,
48 qui ſi procul à milite ſint militis nomen indigne fertur: Ete-
nim cum militiæ finis ſit victoria, hanc milites adipiſci non
49 poſſunt ſine laboribus,qui fortitudine ſuperantur: hincq. ruſti-
cam plebem aptiorem armis, & quæ in laboribus enutritur,
dixit Veget. libro primo,de re milit. cap. 3. & qui ſaltuo-
ſos locos incolentes duritiæ patientiæque magis inſueuere,

Tacit. lib. 6 Annal. Romani Duces, ut ſuos fortitudini aſ-
50 ſuefacerent, ſtatuerant, ut quisque Miles ſolitis armis in-
ſtructus neceſſarias ſibi ſuppellectiles in humeris ferret, &
quod ſeuerisſime caſtigaretur ille, qui ad euitandum onus,
alijs illas ferendas daret; Imo in Tirocinio, armis pondera a-
dijciebantur ſexaginta librarũ, atq. iter facere gradu Militari
cogebantur, quo gradu bis mille paſſuũ vna die facere con-
51 ſueuerant idem ſeruatũ apud priſcos germanos refert Tacit.
de morib. German Veget. de re milit lib. 5. cap. 9. & 20.
52 optima ſanè ratione nam ſcutum, galeam, gladium noſtri
Milites in onere plus non numerant, quam humeros, lacer
tos, manus, Cicer. in Tuſcul. & ex his patet, quod Miles iſte
qui exigui oneris moleſtiam lateri ſufferre noluit, pœnam lō-
gè maiorem aſſignata mereretur præſertim conſiderato ſtatu
noſtræ Militiæ, quæ quando hic culpam commiſit erat in dā-
da diſciplina, & tunc in leuibus ſeueriſſime procedendum
erit, Lypſ. in ſua polit. lib. 5. cap. 13.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

An Miles prouocatus in cuſtodiis, enſem denudans, pari pœna cum prouocatore enſem prius denudante ſit afficiendus, & num lænitate, & beneuolentia, vel potius ſeueritate ſit regendum exercitus.

SVMMARIVM.

1 *Vbi lex merum, & nudum factum punit, merum, & nudum factum ſpectandum eſt.*
2 *Vbi quis committit in legem, pœna legis eſt puniendus.*
3 *In Bello, qui rem prohibitam facit etiam ſi bene ceſſerit, morte dignus eſt.*
4 *Exempla Manlij Torquati Cyri, & l. Domitij recenſentur.*
5 *Diſciplina militaris diuerſimodè eſt obſeruanda, vbi in pacis potius, quam belli ſtatu moratur exercitus.*
6 *Exemplum Cæſaris.*
7 *Tyrones, qua diſciplina ſint regendi, vbi propriè bellum non eſt.*
8 *Milites humano ſub Imperio militarem artem facilius ediſcunt.*
9 *Laudabiliores ſunt Duces, quorum humanitas potius, quam ſeueritas milites ad rectam diſciplinam adduxit.*
10 *Exempla Ducum, qui humanitate rexere.*
11 *Damna quæ ex nimia Ducis aſperitate eueniunt, referuntur.*
12 *Seueritas Duci auctoritatem comparat.*
13 *Dux ita gerere ſe debet, vt ſui milites ipſum plus timeant, quam hoſtes.*
14 *Timor magis quam amor obſequium parit.*
15 *Referuntur Duces, qui ſeuere ſe geſſerunt.*
16 *Milites Anibal pro qualibet leui culpa puniuit.*
17 *Diſciplina maiorum Rempublicam tenet.*
18 *Hodierni exercitus, quo hominum genere ſint compoſiti.*
19 *Milites noſtri temporis ſunt expurgamenta vrbium quibus, nec decus, nec flagitium.*
20 *Ex qua cauſa Milites noſtri temporis ſeuerè magis, quam læniter ſint regendi.*
21 *Obedientia eſt Militiæ neruus.*

Status

22 *Status rerum humanarum conſeruari non poteſt, niſi inferiores ſuperioribus obediant.*
23 *In Milite maius malum conſiderari non poteſt, quam inobedientia.*
24 *Vnicuique licet euitare notam infamiæ.*
25 *Honoris amiſſio, ſoluit Militem à Militia.*
26 *Melius eſt mori, quàm ignominioſe viuere.*
27 *Honori proprio præponderat Reipublicæ ſalus.*
28 *Qui ſuperiori obtemperat, non infert notam honori.*
29 *Seueritas commiſcenda, eſt lenitati.*
30 *Duci cauendum eſt ne nimia lenitas contemptum, & ne nimia ſæuitia odium excitet.*
31 *Coæqualis pœna irroganda non eſt Militi, qui prouocatus in cuſtodijs, enſem denudauit.*
32 *Leges non tam in verborum forma, quam in ratione conſiſtunt.*
33 *Delictum eſt ex propoſito metiendum.*
34 *Lex ita eſt interpretanda, vt illius mens non ſit punire eum, qui dolo non deliquit.*
36 *Pœna non eſt irroganda coæqualis illi, qui coæquale alteri delictum non admiſit.*
36 *Pœna eſt minoranda cum prouocato multorum exemplis comprobatur.*

CASVS

Digitized by Google

CASVS SEPTIMVS.

CAVTVM erat edicto, ne quis in cuſtodijs enſem contra quempiam denudaret, pœna capitis inobedientibus comminata. ex duobus ergo Militibus, qui ſpreta edicti ſeueritate, euaginatis enſibus in cuſtodijs rixantes deprehenſi fuerant, illum, quem prouocatorem cognoui, edicti pœnas luere ſine hæſitatione ſum arbitratus, neque vt cum altero mitius gererem, impellebar ex eo, quod prouocatus, & ex templo, & calore iracundiæ id admiſerit, & propterea cum dolus abeſſet, & pœna ceſſare videretur, l. ſi adulterium, §. Imperator, ff. de adulter. cum alijs per Bero. conſ.
1 173. num. 24. & ſequentib. lib. 3. quia lex verbis delictum exprimentibus non vtebatur, ſed merum, nudum factum puniebat, vnde illud tantum inquirendum robur an factum
2 eſſet, non quomodo, l. cum ſeruus, ff. de verbor. obligat. & hæc eſt lex, cui qui non obedierit morte dignus eſt, 1. Reg. 13. cap. 2. de maior. & obed. Tullius Criſpoltus Gentilis meus in Acta Apoſtolorum cap. 5. verſic. Non punitur, vbi quod Ionathas mortis reus erat, quia comederat contra præceptum Regis, l. 3. §. in bello, ff. de re militar. Et in fortioribus Herennius Modeſtinus, eum qui in bello rem à Duce prohibitam fecit, aut mandata non ſeruauit,
3 capite puniri voluit, etiam ſi res benè ceſſerit, & idcirco lau-
4 datur Manlius Torquatus, qui cum eſſet Conſul filium ab eo ſpeculatum hoſtes miſſum, ea lege ne pugnaret, ſecuri percuſſit, quod hoſtem, à quo tamen prouocatus fuerat, occidiſſet.

Laudauit

Google

Laudauit, item Cyrus magnopere militem, qui cum in acie ſtrictum iam enſem in hoſtem eſſet infixurus, audito interim claſſico receptu ictum cohibuit, intactum hoſtem dimittens; Annuebat etiam rigori præclarum Lutij Domitij exemplum, qui cum Prætor Siciliam regeret, & ad exturbanda latrocinia, quibus Prouincia vaſtabatur, edixiſſet, ne quis telum haberet paſtor venabulo aprum eximiæ magitudinis confodit aperque ad Prætorem allatus eſt, qui ſtatim adduci ad ſe Paſtorem iuſsit, cuius manu occiſus erat, eundemque veritate cognita crucifixit, non propter confoſſum, & interemptum aprum, ſed quia mandatis minime obediens fuiſſet, cum telum haberet. Rurſus, & tandem illud Charondæ Tiriorum Principis, ille enim lege cauit, ne quis cum ferro in concionem prodiret, & tranſgreſſor legis capitis pœna damnaretur, quam legem cum ipſe tranſgreſſus eſſet, protinus ferro, quod præ manibus habebat, diſtricto incubuit, atque ex humanis diſceſsit, Valer. max lib. 6 par. 5. Celius Rodigin. antiq. lection. lib. 10. cap 19. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 5. cent. 4. caſ. 394. num. 39.

Verum dum ſententiam meam ita Duci exercitus expla-
5 nabam, nonnulli, vt in aduerſam opinionem Ducem traducerent, reducebant, in mentem eius naturam temporis; quæ ita ſeuerum agendi modum expoſcere non videbatur, cum in pacis potius quodammodo, quam belli ſtatu moraretur exercitus. Vbi enim propriè bellum non eſt militaris ſeueritas, nec eſſe debet cum aliter in medio ardore belli aliter in pace arbitrandum, & agendum ſit, Ayal. de
6 Iur. & off. Bell. cap. 14. num 6. Exemplo Cæſaris, qui veterano exercitu debellata Gallia, cum certum amplius prælium non aſpiceret militarem ſeueritatem in amicam humanitatem commutauit, adeò vt dicere ſolitus eſſet milites ſuos etiam vnguentatos bene pugnare poſſe Sueton. Iul. cap. 68.

Et quamquam, aiebant, bellum, in quo noſtri milites ver-
7 ſantur peculiare fieri poſsit, & idcirco ſit opus eos Regi perindè, ac ſi bellum eſſet peculiare, nihilo tamen minus

guber-

gubernandi modus humanitate potius,quam ſeueritate agen-
8 dus eſt , cum multò facilius humano ſub imperio , quam
ſeuero Milites Militarem artem ediſcant, & ſi quando ex
ipſa deſciuerint humanitate potius , quàm aſperitate redu-
cuntur in girum, ex Ferd. Dual, apud Iouium in eius vita.
Idque confirmabant dicto illo Vegetij de re milit. lib. ſe-
9 cundo. O quam laudabiliores hi Duces exiſtunt , quorum
exercitus ad modeſtiam humanitas, & labor inſtituit, quam
illi quorum Milites ad obedientiam ſuppliciorum formido
compellit.

Animaduertendum etiam proponebant,quàm benè actum
10 fuerit illis Ducibus , & quam proſperè eorum ſuſceptæ Pro-
uinciæ contigerint, qui ſeueritatis loco, quæ amorem com-
minuit, Tacit. in vita Agniol. amabili comitate tuto ad vi-
ctorias, & triumphos viatico Nicephor Gregor. lib. 6. hiſt.
ſuum gubernarunt exercitum, vti legimus de Valerio Cor-
uino Imperatore prudentiſſimo, qui pari manſuetudine, ac
comitate ſuas copias regens, adeo Militum animos ſibi capta-
uit, vt eos ad libitum in medios hoſtes deduceret Liuius 11
Decad. libro ſeptimo, & hinc tot eius excelſæ ex tot gen-
tibus victoriæ promanarunt, Cotor. lib. 3 de re militar. in
prologo.

11 Damna quoque ex nimia Ducis aſperitate eueniſſe Appij,
Claudij exemplo relato, qui hanc ob rem Romanum exer-
citum in maximum diſcrimen adduxit ex Liuio primæ De-
cad. libro ſecundo, memoria reuoluebant,& in hoc aliquan-
diu etiam ipſe mente conſtiti à Plutarcho in vita Luculli,
commonefactus, ob nimiam ſeueritatem Ducem à Militi-
bus deſeri, & aliquando occidi, vt accidiſſe Quintilio Va-
ro traditum eſt à Dione in Auguſto.

Et dum ita in contrariũ rationes gerebant, addebant etiam
tantam aſperitatem Duci, ipſiuſque miniſtris crudelitatis
potius notam impacturam, quàm quid boni effecturam, ſed
ego alterius contrarij partibus reaſſumptis, ſequentibus ſen-
tentiam meam comprobatam exiſtimabam.

12 Et primo plurium auctoritate, Tacitus in Octone, ait,
Ducis

Ducis auctoritatem ad comparandas victorias maximi pon-
deris, ſeueritate mirum in modum conciliari Veget. de re
milit. lib. tertio, cap. decimo dicit, Dux auctoritatem ma-
ximam ſeueritate ſumat, omnes culpas Militares legibus
vendicet, nulli errantium credatur ignoſcere, Ferdinand.
Dual. apud Iouium in eius vita admonet, vt Dux ad au-
ctoritatem ſibi comparandam coerceat milites, vt plus ip-
ſe ab eiſdem timeatur, quàm hoſtis, & re vera facilior non
adeſt ad ipſam aditus, nam cum duobus potiſſimum affecti-
14 bus moueantur homines, amore, & timore, ſæpe fieri vi-
demus, vt ei quem timemus, quam quem amamus ſimus ob
ſequentiores.

Amor enim quoddam habetur obligationis ligamen,
quod facili negotio frangi poſſit, ab ijs præſertim homi-
nibus, qui pluris proprium progreſſum, quàm honorem fa-
ciunt, quales eſſe hodierni temporis Milites, ait, Dominus
de Lance in ſua diſciplina Militar. Timor autem efficacior
exiſtimatur, ne in pœnam incurratur errori cuilibet ordina-
tam, & ipſe Cæſar exaduerſo adductus, indulgentia, & lar-
gitio, inquit, ſpecioſum reddunt præſentem exercitus amo-
rem, paulatim tamen, & occultè militarem diſciplinam,
ſeueritatemque minuunt, vt in libro tertio Ciuilis belli.

15 Secundò, innumera ſtrenuiſſimorum Ducum exempla,
qui tanti Seueritatem fecerunt, vt prócul ipſa exercitum
16 néquaquam regi poſſe cenſuerint. Annibal. cum ſtoici
cuiuſdam argumenta audiuiſſet, quibus probabat ſolum vi-
rum ſapientem Imperatorem eſſe, riſit exiſtimans fieri non
poſſe, vt Militaris diſciplina paretur, ſine aſperitate Ducis,
& exercitatione Militis, quam aſperitatem adeò ipſe ſuos
in Milites adhibuit, vt eos nec minimo quidem errore, ac
negligentia impunes reliquerit. Auguſtus ſeueriſſimè ſem-
per antiquam diſciplinam rexit. Tiberius eam ex prima an-
tiquitate reuocauit, Adrianus, & ſecum, & cum Militibus
eam ſeruauit. Alexander Seuerus ſæpè legiones integras ex
17 auctorauit, ea ſemper verba proferens, diſciplina maiorum
rem publicam tenet, quæ ſi dilabatur, & nomen Roma-
num

num, & Imperium amittemus.

Præſcennij Nigri ſeueritatem ſatis oſtendit damnatio illa capitis integræ Decuriæ, quæ gallum gallinaceum cuidam ruſtico abſtulerat, & ſane damnatio habuiſſet executionem niſi Præſcennius ab hoſpite exoratus eis veniam tribuiſſet, dummodo ruſtico de pretio decem gallorum ſatisfaceret. Et tandem ne in notis nimis prolixus ſim, Seuerorum agmen recentioris exemplo magni ſcilicet Tamberlani claudam.

Ille enim Militem ab inope muliere eo, quia lac ſibi abſtuliſſet, accuſatum, illico ad aliorum terrorem capi, & ex ipſius inteſtinis lac, quod biberat exhauriri præcepit, atque ideo Milites in talem adduxit diſciplinam, vt pomiferam arborem, quam in pede Caſtrorum fuerat complexa metatio, poſtero die abeunte exercitu intactis fructibus reliquiſſent, Scaur. hiſtor. lib. 3.

Quæ ſane exempla eo magis ſectanda videbantur attenta gentium qualitate, quibus hodierni conſtant exercitus.

18 Vniuerſi enim quadruplici hominum genere clauduntur, exulum ſcilicet, vagantium, opificum, & famulo-
19 rum, quos merito appellat Curtius lib. 9. expurgamenta vrbium, quibus nec Decus, nec flagitium; cui enim non innotuit, exulum, & vagantium mentem ad ſcelera tantum ſpectare? de famulis autem, & opificibus, cum artem, & ſeruitutem deſerant, aliud coargui non poteſt, niſi quod ad fa-
20 mulorum, & opificum ſpumam pertineant, cum tales ſocientur armis, quales Domini habere faſtidiant, Veget. de re milit. libro primo, cap. 7. vt igitur iſtis Princeps in bello vti valeat, ſub militarium legum ſeueritate detineantur neceſſe eſt; ita enim vis in morem, mos in naturam facile commutabitur; paucos enim viros fortes natura procreat, bona inſtitutione plures reddit induſtria, Veget. lib. 3. c. 26. de re milit. & accidiſſe ſub Anibale refert Dominus de Lance; ille enim cum numeroſum duceret exercitum varijs gentibus, variç diſciplinæ formatũ, ſeueritate ita adduxit, & retinuit, vt inter ipſius Milites tumultus vnquam non ſucceſſerit.

E Eſt

Digitized by Google

21 Eſt enim in effectu Militiæ neruus obedientia, Ayal. de iur. & offic. bell. & diſciplin. militar. lib. 3. cap. 2. de offic. leg. Tribun. & aliorum, & cap. 10. de contum. & Ducum edict. non parent. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 15. n. 145. & cap. 12. num. 2. Gig. tract. de re milit. Rubr. qualiter, & in quibus læſę Maieſt. crim. incur. q. 31. n. 6. & ſeqq. Cabal. reſolut. crimin. caſ. 294. num. 165.

22 Et in omnibus, vt inquit D. Thomas 2. 2. q. 104. art. 6. niſi inferiores ſuperioribus obediant, non poteſt rerum huma-
23 narum ſtatus conſeruari, ſed hoc præſertim in Milite in quo conſiderari non poteſt maius malum, quam inobedientia, vt ex eodem dicit Caſtill. loco mox allegando.

24 Et quamuis multum faceret prouocatio prænarrata, cum vnicuique liceat euitare notam infamiæ, l. iſti quidem, ff. de
25 eo, quod met. cauſa. & honoris amiſſio Militem ſoluat à Militia, l. prætor, §. ignominiæ, ff. de eo quod metus cauſ.
26 Meliuſque ſit mori, quàm ignominioſè viuere, Ariſtot. ethic. cap. 3. Eccleſ. cap. 2. Bouad. in ſua politic. lib. 2. cap. 14. num. 43.

27 Tamen vitæ, & honori proprio præponderat Reipublicę ſalus, cuius reſpectu alias de ſui natura licita non permittuntur, vt per Alexan. in l. qui bona, §. ſi quis iuſta, ff. de damn. infect. eſt enim Reipublicæ nimis damnoſum, ſi inobedientia in exercitu, & in facie Principis tumultus introducantur, vt conſiderant in noſtris terminis Scribent. in l. Prætor, §. edixit, & §. fin. cum legib. ſeqq ff. de pœn. Bald. conſil. 412. lib. 4. Boſſ. de iniur. num. 5. Farin. quæſt. 105. num. 188. Regnicolæ in pragmat. tit. de pœn. extrah.

28 Nec dicitur honori proprio notam inferre, qui ſuperioris edicto obtemperat, l. iniuriam, §. ſi quis decreto, & §. quæ iure, ff. de iniur. Io. de Plat. in l. omnes Iudices, C. de Decurion. lib. 10. Bouad. in politic lib. 3. cap. vndecimo, num. 30.

Et his auditis peritiſſimus Dux, temperandam rem eſſe
29 cenſuit, & ſeueritatem miſcendam comitati; Illud enim
30 magno iudicio cauendum eſt, ne nimia lænitas pariat con-

Digitized by Google

contemptum, neque nimia ſæuitia odium excitet, Sanctus Gregorius lib. 20. Moral. ſuper illud Iob 29. cum ſederem quaſi Rex rigori igitur parcendum cenſuit in Milite, qui prouocatus extitit, ne ſcilicet vltimo afficeretur ſupplicio, ſed
31 mitiori pœna; neque enim leges tam in verborum forma, quàm in ratione conſiſtunt, l. ſcire leges, ff. de legib. Et ideo
32 licet Miles iſte enſem euaginando in legem commiſerit, tamen erat aliqua dignus excuſatione, quia prouocatus id fe-
33 cit, cum delictum ex animo, & propoſito ſit metiendum,
34 l. verum, ff. de furt. Et lex ita veniat interpretanda, vt eius mens non ſit punire eum, qui dolo non deliquit, l. cum au-
35 tem, §. capitalium, ff. de edilic. edict. nec iſti qui coequale cum altero delictum non admiſit, coequalis erat irroganda pœna, vt poſt alios Farinac. q. 105. num. 307. & in indiuiduo extrahentis arma in loco Militiæ, domo Principis, ſeu cuſtodijs, ſtationibus, & ſimilibus, relatis edictis Proregum de Alua, & de Caſtro, ac inſtructionibus militaribus Flan-
36 driæ Sereniſſimi Ducis Parmæ, eandem ſententiam pro minotanda pœna vitæ ad fauorem prouocati ſectatus eſt, Caſtill. deciſ. Regni Siciliæ 171. nu. 15. vſque ad finem.

ARGVMENTVM.

Centurio Militum ſtipendia fraudans, qua pœna plectendus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Stipendia à Duce victoriam appetente Militibus minutim ſunt miniſtrāda.*
2 *Romani à principio militabant ſuis expenſis.*
3 *Obedientia eſt præcipuus cardo, quo voluitur machina Militiæ.*
4 *Milites difficile ſeruabunt obedientiam, ſi conſpiciant laborare nulla ſpe præmij.*
5 *Eſt iniquum, Militem punire, qui ex neceſſitate transgreditur limites ſui debiti.*
6 *Refertur exemplum Periclis Græcorum Ducis.*
7 *Refertur caſus.*
8 *Ducum auaritia Milites ipſos auaros, ac latrones reddit, & bella ciuilia appetentes.*
9 *Mendicitas ad omnem deſperationem vocat armatum.*
10 *Edictum Alexandri Seueri Imperatoris.*
11 *Dantur Militibus Centuriones ad apprehendendam diſciplinam.*
12 *Ex Centurione fure, Milites illius aliud non poſſunt ediſcere, quam diſciplinam furandi.*
13 *Duces ſi intendunt alios recte regere ebent ſibi primitus imperare.*
14 *Tales ſunt Milites, quales ſunt Belli Duces.*
15 *Natura humana dum videt maiorem ceſſare rationem, transfertur in dominatum damnabilis appetitus.*
16 *Exemplum Preſcennij Nigri.*
17 *Exempla magnorum Ducum ſunt ſumenda loco legum.*
18 *Arbitrium Ducum ſumitur ex cœleſti motu.*
19 *Duces, vel Centuriones fraudantes ſtipendia Militum, damnantur ad reſtitutionem quadrupli, & dignitate priuantur.*
20 *Duces, & Centuriones debent ſperare remunerationem à Principe.*
21 *Duces, & Centuriones non debent de comeatu Militum lucrum ſibi acquirere.*

CASVS

CASVS OCTAVVS.

AD comparandas Victorias cauit Imperato-
rum prudentia, æqua militibus ſtipendia
conſtituere, quibus ſe alere valentes, a-
liorum rei latrocinijs victum ſibi non hæ-
ſitarent, Petrinus Bellus de re militari,
titulo de delictis militarib. & de pœnis
deſertorum num. 26. & 30. & latè Petrus
1 Gregor. Tholoſ. de Repub. lib. 11. cap. 4. num. 3. ibi ex-
tra neceſſaria. Et ea quidem omnibus Militibus à Duce vi-
ctoriam appetente minutim miniſtrari curandum eſſet, ne in-
de latrones facti Militarem diſciplinam diſſoluant, Claud.
Gotor. de iur. milit. lib. 1. cap. 35.
2 Etenim cum præcipuus cardo, quo militiæ machina vol-
3 uitur obedientia ſit, hanc difficile ſeruabunt Milites, ſi nul-
la ſpe præmij laborare conſpiciant. Ayal. de iur. & off. bell.
& militari diſciplina lib. 3. cap. 2. de offic. legat. Petrin.
Bell. de iur. bell. dicto tit. de delict. militar. num. 26. &
4 30. & Petr. Gregor. Toloſ. d. cap. 4. num. 3. ideo Romani cum
à principio ſuis militarent expenſis, & de ſuo quiſque mili-
tari munere fungeretur Senatus ſtatuit, vt ſtipendia de publi-
co Miles acciperet, Liu. lib. 4. 1. Decad. cap. fin. Neque pœ-
5 narum timore illos in obedientiam reuocare, Dux quilibet ar-
bitretur, cum iniquum penè videatur Militèm latronem pu-
nire, qui non habens, vnde viuat ſui debiti limites tranſgre-
di cogitur, vt inquit Petr. Bell. dicto tit. de delict. militar.
numero 26. & 30. & Petrus Gregor. Tholoſan. dicto cap.
6 10. num. 3. Hinc eſt, quod Pericles ſtrenuus Græcorum
Dux, tandiù ſeueritatem in ſuos retardauit, quandiu ad id

coactus pecuniæ carentia fuit, Ginut. vbi ſupra. Cum igitur Centurio quidam Militum ſtipendia fraudaret, dubitabatur, quomodo eſſet arbitrandum de illo.
7

Et ſeueritate tractandum, triplici ex capite colligebam.

Primò, quia ex eius fraude Milites ſuæ centuriæ commiſſi de furto quotidie redarguebantur; regulare enim eſt
8 Ducum, & Centurionum auaritiam, Milites ipſos auaros fureſque reddere, itemque inopes, & bella ciuilia appetentes,
9 vt inquit Guicciardin libro primo hiſtor. Vnde Alexander Seuerus ſentiens mendicitatem ad omnem deſperationem vocare armatum vigilanter prouidit, ne Tribuni Du-
10 ceſque quicquam de ſtipendijs Militum minuerent, Ginut. vbi ſupra libro tertio, cap. 3. in med.

Secundò, ex peſſimo exemplo, quod præbebat ſuis acri-
11 ter deteſtabili. Cum enim Militibus dentur Centuriones ad
12 hoc, vt diſciplinam ab eis ediſcant; ex illius furtis qualem poterant diſciplinam ediſcere, quam furandi? Ideò gloriæ
13 cupidi Duces, ſi intendunt alios rectè regere, debent ſemper habere præ oculis, vt ſibi, ſuiſque affectibus primitus
14 imperent, quia Milites cũ ipſorum moribus conformantur. Quint. Curt. hiſtor. lib. ſecundo, Brancac. in tract. de car. Milit. capi. 3. Cum enim naturali malo proni ad praua ſimus, dum maioris exemplo inuitamur, facile damnabilis appetitus in dominatum transferri ſinimus, vt pluribus exemplis comprobat, Ferret. de re milit. tit. de non ponen. exercit. in diſcri. fortu. num. vndecimo.

16 Tertiò ex Magnorum Ducum arbitrio in hoc caſu ad mortem extenſo; Præſcennius enim Niger cum Galliam regeret imperante Septimio, Tribunum quemdam lapidibus obrui iuſſit, quia is Militum ſtipendia decimaret, ex Iul. Fron-
17 tin. aſtut. militar. lib. ſecundo. Quod exemplum Centurionis pœnam valde onerat, cum loco legis ſumendum ſit, §. 1 inſtit. de codicill. l. an apud, ff. de manum. vindict.
18 cap. in cauſa, de ſent. & re iudic. Etenim in Militarium pœnarum materia, nulla certior poteſt dari doctrina, quam quod pœnæ omnes in Principe ſunt arbitrariæ; quia ex cæleſti mo-

tu

tu ſumitur eius arbitrium, Petrin. Bell. de re milit. par. 8. num. 87. Caball. caſ. 294. centur. 3.

Sed ego dum hæc mente reuoluerem Dux exercitus re-
19 ſpondit vna cum Imperatore in l. 2. §. limitaneis, verſic.
Nam ſi vſurpauerit, C. de off. Præfect. Prætor. Afric. Non
ſolum in quadruplum iubemus publico rependere, ſed etiam
dignitate eum priuari; magis enim debent Duces deputata
20 emolumenta ſecundum labores ſuos de largitate Vrbani
Octaui remunerationem ſperare, quam de commeatibus
21 Militum, aut eorum ſtipendijs lucrum ſibi acquirere, Al-
beric. ibi latè ſub num. 2. & in l. fin. §. pro limitaneis, C.
eodem tit. Petrin. Bell. de re militar par. 8. tit. vnico, num.
12. & 90. Rouit. in commentar. ſuper pragmat. rubric. de
milit. num. 3.

Fuit ergo Centurio iſte refuſo quadruplo dignitate priuatus.

Caue tamen, ne pœnæ huius modicitate, pronior in ſimili facinore euadas; ſolet enim ex arbitrio, & facti circumſtantijs attentis, & iure poteſt ad capitis amputationem procedi, ex Ferret. tit. de milit. iuſtit. & de pœnis deſertor. num. 106 & 108.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Late diſſeritur, an Miles, qui abſque commeatu diſceſſerat animo curandi parentes ægrotos, ſit habendus pro fugitiuo, cum declaratione multorum iurium in materia deſertionis.

SVMMARIVM.

1 *Miles ſine licentia Ducis ab exercitu diſcedens, vt ægrotantem conſanguineum viſitet, excuſationem meretur.*
2 *Filius vt parentibus ſubueniat, poteſt e Religione exire. Quod declara num. ſeq.*
3 *Miles ex cauſa prædicta, poteſt à Caſtris diſcedere.*
4 *Miles ligatur præcepto ſecundæ tabulæ.*
5 *Monachus adſtringitur præcepto primæ tabulæ.*
6 *Edictum de fugitiuis, non includit Milites, qui diſcedunt a Caſtris animo redeundi.*
7 *Miles non intendit fugere, qui aliquo momento vult facere ſe abſentem.*
8 *Fugitiuus ab effectu animi intelligendus eſt.*
9 *Miles qua mente diſceſſerit a Caſtris, ſtatur eius aſſertioni cum iuramento, & ſecundum alios ſine iuramento.*
10 *Filius tenetur ſubuenire parentibus de iure naturæ.*
11 *Edicto non poſſunt iura naturalia tolli.*
12 *Statutum prohibens bannitis alimenta præſtari, intelligitur de illis, qui naturali iure obſtricti non ſunt.*
13 *Miles adſtringitur iuramento Militari, vt à ſignis abeſſe ſine periurij periculo non poſſit.*
14 *Iuramentum continet certam conditionem ſaluo iuris naturalis vinculo.*
15 *Miles ex ſola fuga, & deſertione Militiæ, reus mortis efficitur.*
16 *Recenſetur pœna à Romanis inflicta deſertoribus Militiæ, & admittentibus minimam negligentiam.*
17 *Delictum deſertionis probatur per Militis fugam.*
18 *Miles eſt puniendus probata illius fuga.*
19 *Emanſor quis ſit.*
20 *Emanſor æquiparatur erroni.*
21 *Fuggitiuus differt ab Emanſore, & Errone.*
22 *Emanſoris leuius eſt delictum.*
23 *Deſertoris grauius eſt delictum.*

Fuggi-

24 *Fuggitiuus dicitur ille, qui ea mente diſcedit ne ad Caſtra ſit rediturus.*
25 *Reprobatur Felin. & Roman. in l. Si vero, §. de viro, ff. ſolut. matrim. & in cap. cum quidam extra de iureiur.*
26 *Vtilitas publica, & honor Principis eſt amori parentum anteferenda, & numer. ſeqq.*
27 *Honor vitæ comparatur.*
28 *Maior charitas requiritur verſus Rempublicam, quam erga parentes.*
29 *Pro Republica eſt contra proprios parentes pugnandum.*
30 *Cuſtodia arcis non eſt deſerenda etiam in neceſſitate famis.*
31 *Mens praua in illicitis præſumitur.*
32 *Delictum fugæ non tollitur pœnitentia.*
33 *Fuga inducitur ex motione vnius pedis ad fugiendum.*
34 *Ex fugâ læditur quartum præceptum decalogi.*
35 *Item læditur diſciplina militaris.*
36 *Diſciplina militaris Romanis antiquior fuit quam charitas coniunctorum.*
37 *Diſceſſus Militis à Caſtris præſumitur doloſus, non autem ex cauſa. Quod amplia num. ſeqq.*
38 *Fuga præſumitur in Milite vili, & ſuſpectæ conditionis.*
39 *Dolus augetur ex Mendacio.*
40 *Militis perſona in Caſtris eſt neceſſaria.*
41 *A ſignis abeſſe etiam momento temporis, eſt turpiſſimum.*
42 *Miles diſtans à Caſtris per auditum tubæ, referebatur à Romanis in numerum hoſtium.*
43 *Periurus habet præſumptionem Iuris contra ſe.*
44 *Iuramentum non eſt referendum ei, qui ſemel fuit periurus.*
45 *Periurus habet ſemper ſecum periurij ſuſpicionem.*
46 *Princeps dicitur Pater Patriæ, & in eum omnia Iura Reipublicæ ſunt translata.*
47 *Charitatis ordo eſt, primo erga Deum, ſecundo erga Principem, tertio erga Parentes.*
48 *Filius ad ſubueniendum parentibus permittitur exire à Religione duobus concurrentibus vt ibi.*

CASVS

CASVS NONVS.

1 MILES vinculis Peruſiæ mancipatus, quia abſque debito commeatu Ferraria diſceſſerat, liberationem efflagitans, id non animo deſerendi Militiam, ſed parentum valetudini proſpiciendi commiſiſſe ſe excuſabat, iuxta textum in l. qui cum eo, §. fin. ff. de re milit. ibi, & datur venia valetudini & affectioni parentum, & affinium: Miles enim ſine
2 licentia Ducis ab exercitu diſcedens, vt ægrotantem conſanguineum viſitet excuſationem meretur, Felin. in cap. cum quidam, ext. de iureiuran. Roman. in l. ſi vero, §. de viſo, ff. ſolut. matrimon. Nam ſi filio, vt parentibus ſubueniat è Religione in qua ſolemnibus votis perſiſtere Deo promiſit, egredi fas eſt, Rainer. de Foroliuio in l. qui cum eo, §. final. ff. de re milit. & eſt communis, vt per Surd. de alimen. tit. 8. priuileg. 67. num. 2. cum alijs cumulat. per Intrigliol. ſingul. 125.

3 Multo magis militi ratione prædicta à Caſtris diſcedere
4 licebit; hic enim adſtringitur præcepto ſecundæ tabulæ; illæ
5 autem primæ, Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 2. cap. 3. verſ. Quinto quæritur.

6 Nec edictum contra fugientes arctabat, quia non includit Milites, qui diſceſſerunt animo redeundi, vt in ſimili tenet Bart. in l. ſi eos, ff. de cuſtod. reorum Io. de Anania conſil.
7 1. num. 6. Marſil. conſil. 122. in princip. Cum non intendat fugere, qui aliquo momento vult facere ſe abſentem, l. ſi quis ita legauerit, ff. de conditionib. & demonſtrationib. & optime

optimè declarat Bart. in l. aut facta, §. tempus, ff. de pœ-
8 nis,& quia fugitiuus ferè ab effectu animi intelligendus eſt, non vtique a fuga, l. quis ſit fugitiuus, ff. de ædilic. edict.

9 Quod autem Miles ea mente diſceſſerit, ſtatur eius aſſertioni cum iuramentò, ſecundum aliquos Doctores in l. admonendi, ff. de iureiuran. & ſecundum alios ſine iuramento, Marſil. ſingul. 115. & idem teſtatur Boer. deciſ. 215. num. 9 & ſeq. Grammat. conſil. crimin. 42. num. 18. Pariſ. conſil. 163. num. 10. lib. 4.

10 Præterea filius tenetur ſubuenire parentibus de iure naturæ, Not. in l. final. §. ipſum autem, C. de bonis quæ liber. cap. cæterum 86. diſtinct. Doctor. in §. 1. inſtit. de iur. na-
11 tur. gent. & ciuil. Vnde edictum iura naturalia auferre non poteſt §. naturalia inſtit. eodem tit. Ita videmus in ſtatuto pro
12 hibente exulibus alimenta præſtari; nam procedit in illis, qui naturali iure obligati non ſunt, Socin. iun. conſil. 54. per tot. volum. 3. Et eadem ratione auferetur ſacramentum
13 Militare, quo Miles adſtringitur, vt a ſignis abeſſe ſine pe-
14 riculo periurij non poſſit; nam huiuſmodi iuramentum ſemper continet tacitam cōditionem, ſaluo iuris naturalis vinculo, vt benè confirmat exemplis, Azor. inſtit. moral. loco ſupra citato.

Contra Militem vrgebat non ſolum ius commune, quo
15 diſponitur ex ſola fuga, & deſertione Militiæ, reum mortis effici, l. 3. §. non omnes, l. omne crimen, § qui in acie, ff. de re milit. l. defunctorum, C. eodem tit. lib. 12. c. infames, 6. quæſt. 1. gloſſ. verbo Deferatur, in cap. ius naturale 1. diſtinct. Claud. Cotor. de iur. milit. lib. 3. cap. 3. & 4. Paris de Puteo de re Milit. lib. 8. tit. quando prouocatur, Tholoſ. ſintagm. 2. par. lib. 19. cap. 10. num. 16. & ſeqq. Capic. deciſ. 130. num. 8. Farinac. de crim. læſ. Maieſt. quæſt. 113. num. ſeptimo, & in fragmen. crimin. in verbo Miles num. 205. Sed etiam dictum edictum, quo ſancitum erat Milites Ferraria diſcedentes, habendos eſſe pro fugitiuis, & vltimo afficien-
16 dos ſupplicio; huiuſmodi enim fuiſſe pœnam a Romanis inflictam, non deſertoribus ſolum, ſed admittentibus minimas

negli-

negligentias tradit Ioſeph. de bello Iudaico lib.3.quem re-
fert,& ſequitur Claud.Cotor.de iur.milit. lib.3.cap.3.& edi
cta quantumuis excedentia terminos iuris, non debent reddi
eluſoria, ſed, magis populi incolumitas procuranda, quam
infelicis alicuius calamitas illacrimanda, prout in ſimili ban-
nimento monuit Gramm. deciſ. 35. in princip. cum numeris
17 ſequentibus. Cumque delictum eſſet probatum per Militis
fugam, Duen. reg. 389. num. 5. nihil ſupererat agendum, niſi
18 punire delinquentem, Giurb. conſ. 43.n.12

19 Nec obſtabat dictus §. fin. nam loquitur de Emanſore,qui
diu vagatus ad Caſtra regreditur,l.deſertor. §. emanſor, ff.de
re militar.& loco erronis eſt, l.qui cum vno, §.fin.ff.eodem,
& ſic procedunt tradita a Montel. Caſſad. Decian. & alijs re-
latis per Farinac.dicta quæſtione 113. num. 8. & ſeqq. Secus
eſt in fugitiuo, vbi adeſt diuerſa ratio, dicto §. fin. ibi, le-
20 uius itaque delictum emanſoris habetur, vt erronis in ſeruis;
21 deſertionis grauius, vt in fugitiuis, & in propoſito, Miles e-
22 rat fugitiuus,cum etiam pro tali haberetur ex edicto; vt me-
23 rito dici poſſet, quod ea mente diſceſſerit, ne ad Caſtra eſſet
24 rediturus gloſ.in dicto §. fin.verbo fugitiuus,ff.eodem.

25 Nec obſtabant Felin. & Roman. Nam amori parentum
26 eſt anteponenda vtilitas publica,& honor Principis,quia tra
27 ctatur de Imperio,& honor vitæ comparatur, & inobedien-
tia,ratione periurij, vt per has rationes iure quidem optimò
reprobentur à Ferretto de re militari,tit. de obed.& pac.in e-
xercitu ſeruan.num.52.

28 Quis enim ignorat Reipublicæ ſalutem parentibus eſſe
anteferendam? gloſſ. in l. 1. §. generaliter, ff. de ventr. in
poſſeſſ.mitt.& in l.1.§. quamuis, ff. de ventr. inſpic. Simanc.
de Catholic. inſtit. tit. 29. num.45. vnde merito dixerit Ci-
cero in primo offic. Chari ſunt amici,chari ſunt parentes, ſed
omnium charitatem vna Reſpublica amplexa eſt, vt pro ea
29 ſit contra proprios parentes pugnandum, l. minime, ff. de
relig.& ſumpt. funer. Hippol.Riminal. in cap.quæ in Eccle-
ſiarum num. 217. de conſtit. Carrer. in pract. criminal. in 3.
tract. tit. de homicid. §. 9. num. 27. Decian. tractat. crimin.
lib.

lib. 9. cap. 15. num. 8. Menochius de arbitr. lib. 2. conſil. 356. num. 45. in additionib. & conferunt cumulati per Farinaccium quæſt. 103. num. 276. & ſequentib. & in neceſ-
30 ſitate famis filius commedendus potius, quam caſtra deſerenda, Caball. reſolutio. crimin. centur. 3. caſ. 294. num. 193.

Nec excuſationis quicquam conſequebatur dum mente
31 deferendi militiam, ſe non diſceſſiſſe dicebat: in ijs enim
32 quæ prohibita, & illicita ſunt mens praua præſumitur, ca-
33 pitulo primo, extra de præſumptionib. Fuga enim militis eſt delictum l. milites agrum §. deſertores ff. de re milit. cum alijs per Duen. dicta reg. 289. num. 5. Vt nec pœnitentia ſua nocens eſſe deſinat. l. quis ſit fugitiuus ff. de edilic. edict. adeò vt ſufficiat, quod mouerit vnum pedem ad fugiendum, & ſic ſit in principio fugæ dicta l. quis ſit fugitiuus, §. 1. vbi gloſ. Socin. Senior conſ. 99. lib. 4. Boerius deciſ. 215. num. 2. & 12. Et ex ea non modo lædatur
34 quartum præceptum decalogi ex not. per Baium Inſtit. relig. Chriſt. lib. 3. cap. 65. verſic. peccant inſuper, verum
35 etiam diſciplina militaris quæ Romanis antiquior fuit, quam
36 charitas coniunctorum l. poſt liminium, §. felicis quoque ff. de capt. & poſt lim. reuerſ. Valer. Maxim. de Diſciplina militar. Euerard. in loco ab ordine num. 12. centur. loc. argument. Ayal. de officio Belli. lib. 3. cap. 10. num. 6. Caball. dicto caſu 294. reſolut. crimin. centur. 3. vnde eius
37 à Caſtris digreſſionem doloſam fuiſſe dicendum eſt, non autem ex ea cauſa prouentam, Aretin. conſil. 80. volum. 1. facit Ruinus conſil. 33. verſic. nec dici poteſt in 4. & conſil. 193. num. 2. Crauetta conſil. 6. num. 63. Menochius de præſumption. præſumptione 3. num. 81. lib. 5. Maſcardus de probationibus concluſione 431. num. 56. & ſequentibus.

Idque magis ſuadebatur ex diuturna eius abſentia trium menſium ſpatio l. deſertorem, §. Emanſor vbi gloſ. ff. de re
38 milit. Grammat. conſ. crimin. 57. num. 3. ex ipſius vili, & ſuſpecta conditione l. non omnes, §. à barbaris ff. eod. Et ex

eo quod non verificabatur valetudo parentum, & ſic cauſa
39 diſceſſus, vt argueretur ex mendacio dolus, l.ſi quis affirma
uerit, §.1.& l. eleganter, §. idem Pomponius, ff. de dolo.

Et remouebatur quoque obiectum de edicto non includen
te Milites, qui diſceſſerunt animo reuertendi; nam præterquã
conſtat de contrario animo ex deductis dicitur, quod in caſu
noſtro adeſt diuerſa ratio, vt Bart. & alij allegati non obſtent;
Nam per carcerem Reſpublica ſolum incumbit perſonæ, cui
per reuerſionem ſatis conſultum eſt ex conſiderat. per Gram.
vot. 37. per tot. cum alijs per ſintag. com. opin. lib. 9. de quæſt.
tit. 28. n. 76. verſ. & nota; at per diſceſſum Militis à caſtris illi
40 non eſt conſultum, quia ſaltim medio tempore a diſceſſu ad
reuerſionem poterit, quid noui euenire, vt in caſtris neceſſa-
41 ria ſit Militis perſona, & inde emanauit illud, quod a ſignis
42 abeſſe etiam momento temporis eſſet turpiſſimum; & ideo
apud Romanos lex Militem ab auditu tubæ diſtantem in ho-
ſtium numerum referebat, Appian. in lib. hiſt. quem refert, &
ſequitur Claud. Cotor. de iur. milit. lib. 3. c 3. Decian. tract.
crimin. lib. 7. de var. milit crim. cap. 15. n. 80.

Nec eſt attendendum nouum iuramentum, tum quia ex
43 ſupra allatis habet præſumptionem iuris contra ſe. Adden. ad
Farin. conſ. 30. Littera C. vbi de magis comm. tum quia nõ
44 eſt referendum aliud iuramentum ei, qui ſemel fuit periurus
propter diſceſſum, Farin. conſ. 30. n. 21. vbi de com. opin. Per
45 iurus enim habet ſemper ſecum periurij ſuſpicionem, quod
iterum ſit periuraturus, Bardell. conſ. 27. n. 39.

Non obſtat, quod iuramentum contineat tacitam condi-
tionem ſaluo vinculo iuris naturalis, nam ex ſupra deductis
46 apparet eodem vinculo adſtringi erga Principem, qui dicitur
Pater Patriæ, & in eum omnia iura Reipublicæ ſunt transla-
ta, Surd. de alim. tit. 7. q. 3. n. 11. ita ut Charitatis ordo ſit
47 primo erga Deum, ſecundo erga Principem, tertio erga Pa-
rentes, Luc. de Penna, in l. in filijs in princ. C. de decurion. lib.
10. Euerard. loc. argum. legal. in loco ab ordine nu. 12. & ex
his etiam remouetur obiectum de edicto non auferente ius na-
turale.

Non

48 Non obſtat illud de Religioſo; nam ſi ſequi velimus illam opinionem, quod ſit permiſſum exire de Religione procedit duobus concurrentibus. Primò, quando parentes ſunt in extrema neceſſitate. Secundò, quando eſſet obtenta licentia exeundi à Superiore, vel à Summo Pontifice, iuxta notata per Valenzel. conſil. 12. num. 23. cum plurib. ſeqq. aliàs non caret dolo, qui non vtitur remedijs opportunis ad actum quem gerit, Bald. conſil. 395. num. 4. libro ſecundo, Maſcard. concluſ. 521. num. 42. quæ etiam occultè fiunt improbitatis probatione pleniſſima ſunt, vt inquit Luc. de Penn. in l. quemadmodum, num. 6. C. de agric. & cenſit. lib. 11.

Propterea poterat Miles commeatum à Duce impetrare qui ſuapte natura charitate inſignitus conceſſiſſet, & euaſiſſet pœnam Triremium, qua fuit damnatus, illa vltimi ſupplicij ex clementia condonata.

ARGVMENTVM.

Agitur de Decurione quodam, qui præ timore ſui Centurionis aliquandiu a ſignis abſuerat, & re non ſine ſtudio excuſſa reſoluitur non eſſe fugitiuum, immo nec eſse officio Decurionis priuandum.

SVMMARIVM.

1 *Miles celans ſe in aliquo loco, vbi nactus occaſionem fugæ, vt Militiam deſerat, fugitiuus eſt iudicandus.*
2 *Fugitiuus pœnis deſertoris eſt mulctandus.*
3 *Fugitiuus reuerſus pœnitentia ſua nocens eſſe non deſinit.*
4 *Fugitiuus ab affectu animi intelligendus eſt, non a fuga.*
5 *Animus non fugiendi probatur coniecturis, vbi recenſentur plures.*
6 *Minæ viri timendi incutiunt metum.*
7 *Recenſentur verba Philippi Macedonis ex quibus fuit incuſſa ſuſpicio ne dum Theſſalis, ſed Romanis.*
8 *Cum inimico cautius eſt agendum.*
9 *Miles qui aliquo munere functus eſt in priuatorum numerum non eſt redigendus.*

CASVS

CASVS DECIMVS.

DECVRIO, qui Militum copijs luſtrandis conſueto timpani ſonitu, vocatus ad nomina non reſponderat datus à ſuo Centurione fugitiuus fuit in ipſo luſtrationis actu proclamatus.

De qua proclamatione monitus ab vno ex ſuis Commilitonibus, illico coram me adfuit, & cuſtodiæ ſponte commiſſus reſpondit, quod ipſe Ferraria non diſceſſerat etiam animo; quod ideo ſe Domi Cardinalis Beuilacquæ receperat, & per decem dies, ac noctes ibi permanſerat, quia accuſauit ſuum Centurionem coram Duce exercitus de non integra erogatione panis numero ſuæ curæ commiſſo, & propterea timens ab eodem verberibus, vel atrociori iniuria affici, ibi tanto tempore latuit.

Ex aduerſo dicebatur, quod Decurio abijciens obedien-
1 tiæ iugum ſe ſubtraxerat à ſuo Centurione, & à ſtationibus receſſerat, vt ſe celaret Domi ipſius Cardinalis, & inde fugę nactus occaſionem, Militiam deſereret, ita ut fugitiuus eſſet iudicandus, & iure proclamatus per tex. in l. quis ſit fugitiuus, ff. de edilic. edict. vbi Proculus interrogatus de eo, qui Domi latuiſſet, in hoc ſcilicet, vt fugæ nactus occaſionem ſe ſubtraheret. Reſpondit, licet fugitiuus non videatur qui Domi manſit, tamen fugitiuus eſt, & propterea
2 pœnis deſertorum eſt mulctandus, cum eadem pœna ſit in fugitiuo, quæ in deſertore l. qui cum vno, l. fin. ff. de re militar.

Nec ex eo, quod mutato conſilio ſponte reuerſus cuſtodię

3 ſe commiſiſſet, ceſſabat ſuſpicio fugæ; nam tali pacto pœnitentia ſua nocens eſſe non deſinit, vt Cælius ait in dicta l. quis ſit fugitiuus.

4 Contrarium nihilominus videbatur reſoluendum, quia fugitiuus ferè ab affectu animi intelligendus eſt, non vtique à fuga, vt Viuianus dicit in dicta l. quis ſit fugitiuus, quod autem animus fugiendi abſfuerit colligitur ex pluribus.

Primò, ex accuſatione ex qua emanauit inimicitia, l. qui cum maior, ff. de bon. libert. Vndè cum Miles Centurio-
5 nem inimicum fugerit, quamuis fugiſſe verum ſit; non tamen fugitiuum eſſe, ait Viuianus in dicta l. quis ſit fugitiuus, & facit illud Eccleſiaſtici cap. 4. & ab inimicis ſepara te.

Secundo ex minis; Dixerat enim Centurio commilitoni Decurionis, conquerens de accuſatione prædicta:
6 Non paſſerà tre volte vintiquattr'hore, che ſe ne pentirà, quæ minæ relatæ cùm illi eſſent illatæ à viro timendo, metum incuſſerunt, l. metu cum ibi notat. per omnes, C. quod metus cauſ. Ruin. conſil. 177. num. 5. volum. primo. Et de ſimilibus verbis prolatis à Superiore, vel Domino, etiam quod non probentur ſoliti exequendi minas, Hyppol. Riminal. in cap. primo, num. 25. & ſeqq. de offic. delegat. Alciat. in l. non contingat, num. primo, ext. de iureiuran. Boer. deciſ. 100. num. 13. & de communi Ruin. conſil. 121. num. 6 lib. 4. talem incuſſerunt in ipſum metum, vt ſe abſconderit, quo caſu fugitiuum non eſſe Proculus dixit in dicta l. quis ſit fugitiuus.

Tertiò, ex eo quod Decurio poſtmodum Domi Cardinalis receptus, rogauit Commilitonem, vt ſe interponeret ad placandum iratum animum Centurionis, & ſic apparet, quod tantum latere volebat, donec deferueſceret iracundia Centurioni, ex quo fugitiuus iudicandus non eſt Procul. in dicta l. quis ſit fugitiuus, & facit deciſio Viuiani in ſimili caſu in eadem l. vbi ſi a Magiſtro puer receſſit, & rurſus ad matrem peruenit, cum quereretur num fugitiuus eſſet, ſi

celandi

celandi cauſa, quo ne ad Dominum reuertatur, fugiſſet, fugitiuum eſſe, ſi verò vt per matrem faciliorem deprecationem haberet delicti alicuius, non eſſe fugitiuum.

Quartò, colligebatur ex ipſius Militis anteacta vita qui optime ſe geſſerat, quam animaduertendum cautum eſt in L. non omnes, §. à barbaris, ff. de re milit. Latè Becc. conſil. 44. num. 5. & ſeq. lib. 1.

Non obſtabat igitur declaratio facta à Centurione ſuper minis importantibus vindictam iuris, non autem facti, quia talis declaratio forſan non redarguiſſet de indicio Centurionem, quatenus minæ fuiſſent executioni demandatæ, non
7 autem propterea retrahebant à Milite metum ex eiſdem incuſſum, per ſupradicta iura. Nam ſimiles minæ ſi incuſſerunt Romanis ſuſpicionem; multo magis metum Tirunculo Militi. Philippus enim multa quæſtus apud Romanorum Legatos de moribus, & calumnijs Theſſalorum tandem elatus ira, hanc vocem adiecit. Nondum omnium dierum ſolem occidiſſe; hic ſermo non Theſſalis, verum & Romanis ſuſpectus vtriuſque gentis fremitum excitauit, Liu. 4. Decad. lib. 9.

Nec obſtabat, quod Centurio probauerit ſua ex parte poſt accuſationem, & verba minatoria beneuolam alloquutionem cum Milite interceſſiſſe, quia nihilominus cum eo
8 cautius erat agendum, iuxta illud Eccleſiaſtici 12. Etſi inimicus humanitatis gratia vadat curuus adijce animum tuum, & cuſtodi te ab illo, non ſtatuas illum penes te, nec ſedeat ad dexteram tuam.

Non obſtabat, quod mutato conſilio, per ſponte reditum, pœnitentia ſua nocens eſſe non deſinerit, quia ex prædictis optime apparet, quod non dici poterat fugitiuus, cum benè applicentur declarationes iureconſultorum ſuperius adductæ, Fab. Mont. in pract. arbitr. par. quarta, num. 346. & ſeqq. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 15. nu. 13. & ſeqq. Farinac. quæſt. 113. num. 9. verſ. limita huius ſecundi Caſus concluſionem.

Dux exercitus immerito fugitiuum proclamatum fuiſſe re-

9 reſcripſit, & ideò actam proclamationem iniuſtam declarandam, illumque in priſtinum Decurionis officium reſtituendum mandauit, Et licet quo ad officij reſtitutionem in aduerſa pleriq. verſarentur ſententia, eò quia militares leges ſpreuiſſe viſus eſſet, cũ tam longo temporis interuallo, ſuis abfuiſſet à ſignis, id tamen cum metus cauſa egiſſet, ob ſui Centurionis minas, tàm graue non fuiſſe crimen Dux iterauit, vt ex Decurione Miles fieret, ſed aliqua potius leui ad aliorum exemplum pœna mulctandus eſſet; Graui enim ignominiæ, grauique crimini tribuitur, ſi Milites qui aliquo munere functi fuerint in priuatorum numerum reditum faciant; Quamobrem Liuius Voleronem quendam de plebe hominem, qui ſuperioribus expeditionibus ordines duxerat, inter gregarios adſcriptum Militiam recuſaſſe tradit.

ARGVMENTVM.

An Miles inquiſitus de delicto, ſi fugiat etiam à carcere, puniri poſſit etiam vt fugitiuus.

S V M M A R I V M.

1 *Pœnæ indictæ Militibus fugitiuis augentur ſi fugæ aliud crimē adiunctū ſit.*
2 *Bis deſerere dicitur qui delinquendo deſerit. Crimen furti fugæ adiunctū vltimum minatur ſupplicium.*
3 *Sola fuga non eſt attendenda in Milite, ſed cauſa fugæ.*
4 *Fugitiuus non a fuga, ſed ab affectu animi intelligendus eſt.*
5 *Carcer mala vocatur manſio.*
6 *Eo ipſo, quo quis decernit delictum committere, decernit etiam fugere.*
7 *Quiſque cupit euadere pœnam, licet ea ſit iuſta.*
8 *Delinquere, & cogitare de fuga, ſunt quodammodo inſeparabilia.*
9 *Animus fugiendi præſumendus eſt in eo, qui deliquit.*
10 *Percutiens aliquem in capite, & cum armis, animo occidendi, percuſſiſſe præſumitur.*
11 *Miles fugæ reus non eſt, ſi non fugit animo deſerendi militiam, ſed aliam, ob cauſam.*
12 *Animus vtpote ſenſui non ſubiectus, ſed in corde latens non Teſtibus, ſed præſumptionibus probatur.*
13 *Præſumptio iuris eſt, quod ſi miles a carceribus aufugerit, non vt militiam deſerat, ſed vt carceres euadat aufugiſſe dicatur.*
14 *Miles a carceribus fugiēs nō militiæ deſertor, ſed cuſtodiæ refuga dicēdus eſt.*
15 *Vbi duplex alicuius actus poteſt recenſeri cauſa, ad proximam, & immediatam ille erit referendus.*
16 *Intellectus ad textum in l. non omnes.*
17 *Aſſertio quod fuga ſit perpetua comes delicti, continet euidentem fallaciam.*
18 *Delinquentes quandoq. ſe in carceres detrudi ſinunt, & poſtea mutato conſilio carceres frangunt.*
19 *Iuris præſumptio eſt vt ſi quis poſt commiſſum delictum, ante tamen initam inquiſitionem aufugerit, conſcientia proprij ſceleris aufugiſſe dicatur.*
20 *Siquis fugiat poſt accuſationem, vel inquiſitionem tranſmiſſam, timori moleſtiarum, fuga tribuenda eſt.*
21 *Moleſtias etiam innocentes ſubire recuſant.*
22 *Non conſtat verè quē deliquiſſe, niſi ſit de delicto, vel conuictus, vel cōfeſſus.*
23 *Deſertio vna cum delicto, tunc demum punienda eſt, cum immediate ſequitur delictum.*
24 *Fugiens poſt tranſmiſſam inquiſitionem, dici non poteſt, quod conſcientia ſceleris aufugerit.*
25 *Sine dolo nulla prorſus debet irrogari pœna.*

Fugæ

CASVS VNDECIMVS.

FVGAE grauiſſimæ indictæ pœnæ auge ntur, ſi aliud Miles illi crimen adiunxerit, l. non omnes, ff. de re milit. bis enim deſere dicitur, qui delinquendo deſerit, glo. in dicta l. non omnes, in verbo Veluti, præſertim ſi crimen ſit furti, quia ei, vtpote, in Militibus redolenti fugæ adiuncto, vltimum imminet ſupplicium, dicta l. non omnes, §. qui in pace, Tholoſ. in ſintagm. lib. 19. cap. 10. num. 16. cum ſeqq. Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 12. num. 22.

1

2

Hac igitur pœna, videbatur plectendus Miles, qui cum inquireretur de crimine furti tormenti manuarij, & quod illud vendiderit, & quæſitam inde pecuniam ludo amiſerit, è carceribus aufugit, & poſtea in Curiæ manus reincidit; Et quamuis ſuaderetur, vt mitiori pœna pro ſolo, ſcilicet cri-
3 mine furti plectendus eſſet, eo quia non ſola fuga, ſed cauſa fugæ ſit attendenda, Viuian. in l. ſi quis ſit fugitiuus, ff. de edilic. edict. vbi quod fugitiuus non à fuga, ſed ab affectu
4 animi intelligendus eſt, & hic conſtrua poſſet deſumi ratio, quæ fugæ cauſam dederit, carcer ſcilicet, qui mala vocatur
5 manſio, iuncto præſertim metu pœnæ, ideoque carceri, & deſiderio euadendi pœnam potiùs, quam animo deſerendi Militiam retribuenda ſit fuga, iuxta notat. in l. ſed & ſi plura, §. in arrogato, ff. de vulgar. & pupill. l. ligni in fin. ff. de legat. 3. cum alijs per Tiraquell. de retract. lignag. §. 36. gl. 3. num. 19.

6 Videbatur tamen poſſe reſponderi, quod eo ipſo, qu o decreuit delictum committere; decreuit etiam Militiam deſe-

rere

rere, nam cum delicta punienda ſint,& pœnam vnuſquiſque quamuis condignam cupiat euadere; ſunt conſequenter quo-
8 dammodo inſeparabilia delinquere, & cogitare de fuga, ita vt merito in eo, qui deliquit animus fugiendi præſumendus ſit,
9 vt experimur in ſimili in eo, qui ſi aliquem in capite & cum
10 armis percuſſerit, animo occidendi percuſſiſſe præſumitur cap. ſignificaſti il 2. in final. verbis de homicid. l. 1. §. Diuus Adrianus in princip. ff. ad l. cornel de Sicar. & vtrobique Doctor. Caball. de omni genere homicid. num. 292. cum ſeqq.

Cœterum, his non obſtantibus, cenſui vt pro fuga puniendus non eſſet, regula enim eſt in iure certa, quod ſi miles non
11 animo deſerendi militiam, ſed aliam ob cauſam aufugerit, fugæ reus non eſt, d. l. quis ſit fugitiuus, ff. de edilic. edict. & ibi DD. Cotor. de Iur. milit. lib. 3. cap. 9. num. 10. Toloſ. in Syntagm. lib. 19. cap. 10. num. 17. Decian. lib. 2. tract. crim. cap. 23. animus autem, vt pote, ſenſui non
12 ſubiectus, ſed in corde latens non teſtibus, ſed præſumptionibus probatur Innoc. in cap. ſuper hoc de renunciat. Bald. in l. ſi quis filio, §. eius qui, ff. de iniuſt. rupt. & irrit. fact. teſtam. Canoniſt. in cap. afferte gladium de præſumpt.
13 In propoſito autem præſumptio iuris eſt, vt Miles à Carceribus aufugerit, non vt deſerat militiam, ſed potius vt car-
14 ceres, & delicti pœnas euadat, & ideo non militiæ deſertor, ſed cuſtodiæ refuga reputatur, l. Milites agrum, §. eius fugam, ff. de re milit. quæ iuris præſumptio ea ratione funda-
15 tur, quia vbi duplex poteſt alicuius actus recenſeri cauſa, quarum altera ſit proxima, & immediata, & magis veriſimilis in dubio ad illam eſt referendus latè Tiraq. de retract. lignag. §. 36. gloſ 3. num. 19. Seſſ. deciſ. Aragon. 187. num. 68. At, in caſu noſtro, cauſa immediata, & veriſimilior fugę fuit ſine dubio carcer, & metus pœnæ, & moleſtiarum, tum quia, verè eſt dicere, quod immediatè aufugit à carcere ex Bart. in dicta l. quis ſit fugitiuus, §. 1. ff. de edilic. edict. Ripa in l. admonendi num. 168. ff. de iureiuran. Padill. in l. tranſigere nu. 3. ff. de tranſact. tum etiam quia ſi militiam voluiſ-
ſet

ſet deſerere, vtique ſtatim poſt commiſſum furtum aufugiſſet.

16 Non obſtant contraria, quia diſpoſitio textus in l. non omnes ex prædictis apparet procedere, vel vbi immediatè poſt delictum ſequuta eſt fuga, vel vbi, niſi immediatè, ſed ex interuallo alteri cauſæ referre non valet, ideo non eſt verum
17 ſemper quod fuga ſit perpetua comes delicti, quia hęc aſſertio continet euidentem fallaciam, tunc ſanè aliquid probabilitatis haberet, quando omnis delinquens fugeret, vel nullus, niſi delinquens fugeret. Veruntamen contrarium quotidiè experimur in illis, qui poſt commiſſum delictum, nec fugiunt, nec de fuga cogitant, & in illis, qui etiam innocentes
18 vexationes, & moleſtiam militiæ, vel aliam ob cauſam fugiunt, immò delinquentes, & ſe in carceres detrudi ſinunt, vel quia putent delictum occultum, vel quia expectent de eo gratiam, & poſtea mutato conſilio carceres frangunt, vel aliter
19 à pœna ſe ſubtrahunt. Hinc iuris præſumptio eſt, vt ſi quis poſt commiſſum delictum, ante tamen initam accuſationem, vel tranſmiſſam inquiſitionem aufugerit, conſcientia proprij ſceleris aufugiſſe dicatur, ſi verò poſt accuſationem, vel
20 emiſſam inquiſitionem, timori moleſtiarum, quas etiam in-
21 nocentes ſubire recuſant, fuga tribuenda eſt, Menochius quæſt. 89. num. 39. de præſumpt. lib. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 819. num. 13. Farinac. quæſt. 48. num. 27. & 35. Peguer. deciſ. 17. num. 31. & 32. Intrigl. lib. 2. ſingul. 176. num. 54. Thomas Metzeger. de tortura reorum concluſ. 111.

Nec obſtat, quod in caſu noſtro, vere conſtaret, Militem
22 deliquiſſe, atque ideo dici poſſet, vt vere ex delicto prouenerit deſertio, ac proinde bene procederet diſpoſitio dictæ legis, non omnes, quia vltra, quod hoc in facto non verificabatur, cum quem deliquiſſe, verè non conſtet, niſi ſit de delicto, vel confeſſus, vel conuictus, quando etiam verum eſſet, nihil referret, quia tunc demum deſertio vna cum delicto punitur, quando immediatè ſequitur delictum, vel quando non immediatè, ante tamen formatam inquiſitionem,

nem, itaut miles nullam aliam poſſit afferre cauſam fugæ, niſi conſcientiam patrati ſceleris, alias ſi poſt inquiſitionem aufugiat, dici non poteſt quod cõſcientia ſceleris aufugerit, quia ſtatim aufugiſſet, ſed potius ex timore inquiſitionis, & carceris, quæ non facit militem fugitiuum dicta l. milites, §. eius fugam, ff. de re milit. quod comprobatur optimo ſimili, in eo
24 qui vxorem illius, cum quo pacem inierat adulterauit; licet enim maritum offenderit, pacem attamen fregiſſe non dicitur, niſi probetur, quod potius vt offenderet, quam vt libidinem expleret adulterauit ea ratione quia offenſa conſequutiua, & præter intentionem offendentis, licet offenſa de ſe ſit talis tamen ad effectum incurrendi pœnam non reputatur vt plenè per Berou. conſ. 194. num. 9. lib. 3. Maſcard. de probat. concluſ. 1162. num. 132. Petrin. Bell. de re milit. par. 10. tit. 2. num. 37. Sic in propoſito licet fugiens à carcere deſerat conſequenter militiam, non erit tamen deſertio punibilis,
25 cum in deſerente deſit animus deſerendi, & conſequenter dolus, ſine quo nulla prorſus irroganda eſt pœna, Lotta in memor. verb. periuium, Menoch. de arbitr. caſ. 194. num. 58. & caſu 309. & conſ. 28. num. 13. Maſcard. de probat. concluſ. 739. num. 11. Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. xi. num. 14. & requiritur verus, nec ſufficit præſumptiuus, l. nec exemplum, C. de falſ. Hieron. Gabr. conſ. 169. num. 16 & ſeq. & in puncto Petrin. Bell. de re milit. par. 8. tit. vnico num. 72

G ARGV-

ARGVMENTVM.

De verbis Mendacium dicis, & quando ex illis dicatur illata iniuria præcipuè inter Milites.

SVMMARIVM.

1 *Verba Mendacium dicis, ac verbum Mentiris idem prorſus ſignificant.*

2 *Ex verbo Mentiris adeo iniuria infertur, vt non liceat dicere, Tu mentiris ſaluo honore tuo.*

3 *Idem eſt ex verbis Mendacium dicis.*

4 *In Militia modica honoris iactura magni æſtimatur.*

5 *Verba etiam dubia ſi conuicium ſubolere poſſunt, quaſi iniurioſa puniantur.*

6 *Refertur differentia inter mendacium dicere, & verbum Mentiris.*

7 *Qui mentitur ipſe non fallitur, ſed alterum fallere conatur.*

8 *Qui mendacium dicit ipſe fallitur.*

9 *Vir bonus præſtare debet ne mentiatur, prudens ne mendacium dicat.*

10 *Refertur exemplum Hieremiæ Prophetæ.*

11 *Etiam veritatis ignoras, falſo aſſeueras, falſo tibi perſuaſum eſt, ſunt verba quæ ciuiliter vſurpantur.*

12 *Iniuria, an inferatur ex verbis mendacium dicis, diſtinguitur iuxta facti coniecturas.*

13 *Referuntur aliquæ qualitates, & coniecturæ, ex quibus probatur, quod verba Mendacium dicis conuicium non ſonant; & referuntur alia ex quibus dicta verba conuicium ſonant.*

14 *Ambigui ſermonis natura, illa eſt, vt aliud dici videri non debeat, quam quod ſe dicere ſentit, & declarat is, qui verba protulit; eius enim interpretationi, & declarationi ſtatur.*

CASVS

CASVS DVODECIMVS.

CENTVRIO quidam redarguerat Erogatorem Annonæ, quod integram annonam militibus ſuis non erogaſſet, & quia Erogator reſpondidit Signor Capitano V. S. dice la bugia, perche io ho distribuite l'intiere rappe à tutti i ſuoi ſoldati, & come V. S. vol dir queſto, ſe non ſi è trouato preſente alla diſtributione, è forza che lo dica à relation d'altri. Centurio quaſi iniuria affectus ob impactam ſibi mendacij notam ſubdidit. Fora di quà ti farò rintuzzare queſte parole giù per la gola, io ſon homo da dir bugie? Altercatione illico mihi delata erogatorem cuſtodiæ dedi, Centurioni vero, vt ad palatiū Ducis ſe conferret, precipi, ne quid interim ex hoc ſcandali eueniret, & quia Centurio coram Duce exclamabat ſe illis verbis contumelia affectum dubitaui an uere eſſet illata iniuria.

Et pro affirmatiua conſiderabam idem prorſus ſignificare
1 verbū mendacium dicis, ac verbum mentiris, Bard. conſ. 52. n. 12. & ſeqq. nihil enim aliud eſt dicere alicui, mentiris, quā illi mendaciū irrogare, quaſi falſum aſſeruerit, vnde ſicut ex ver-
2 bo Mentiris, iniuria infertur, adeo vt nec liceat dicere tu mentiris ſaluo honore tuo, Bart. in l. ſi quis extraneus, & ibi Iaſon. 7. ff. de acq. hæred. Alex. in l. vlt. ff. quod quiſq; iur. & in l. turpia vbi etiā Iaſ. n. 7. ff. de leg. 1. Idem Iaſ. in l. vt vim indis. ff. de iuſt. & iur. Alciat. in l. deſertatio, § 1. de verb. ſign. Didac. Couar. lib. 1. var. reſol. c. xi. n. 1. Rip. in c. M. Ferrarien. n. 88. de conſt. Dec. cōſ. 487. n. 4. & cōſ. 686. n. xi. Socin. Iun. cōſ. 153. n. 20. lib. 2. Pariſ. conſ. 30. n. 2. lib. 1. Menoch. conſ. 4. n. 9. lib. 1. Toloſ. in

ſintagm. lib. 38. cap. 5. num. 5. Ceuall. com contra comm.
3 cap. 333. num. 1. Guid. Pap. deciſ. 405. & 455. ita, & inferri aſſerendum eſt ex verbis mendacium dicis prout adnotarunt Bertazzol. conſ. crim. 152. num. 12. & ſeq. lib. 1. & in puncto militis, Socin. Iun. conſ. 103. num. 10. lib. 3. quem
4 refert Farinac. quæſt. 105. num. 329. In militia enim, vbi modica honoris iactura magni æſtimatur verba etiam dubia
5 ſi conuicium ſubolere poſſunt quaſi iniurioſa puniuntur.

6 Pro contraria ſententia vrgebant verba Publij Nigidij, de quo meminit Aulus Gellius lib. 11. Noctium Acticarũ c. 11. ille enim differre putat, Mentiri, & mendacium dicere, dũ in-
7 quit inter mendaciũ dicere, & mẽtiri diſtat. Qui mentitur ipſe
8 nõ fallitur, ſed alterũ fallere conatur, qui mendaciũ dicit ipſe
9 fallitur. Et rurſus vir bonus, inquit, præſtare debet ne mentia-
10 tur, prudens ne mendaciũ dicat, quæ comprobantur illo Hieremiæ 37. dum ad Caldeos transfug: reſpondit, falſum eſt; quis enim dixerit Hieremiam voluiſſe conuiciari? necnon quia in iure noſtro, veluti ciuilia hæc verba vſurpantur,
11 viam veritatis ignoras, falſo aſſeueras, falſo tibi perſuaſum eſt, falſum eſt, vt aduertit Tholoſan. in his terminis in ſin-
12 tagm. lib. 38. cap. 7. num. 18. Et ideo quod nulla inferatur iniuria ex verbis mendacium dicis, ſenſerunt Luc. de Pen. in l. 3. col. 2. verſ. hæc faciunt, C. de caſtr. pecul. milit. lib. 12. Coroſ. in l. ſi tam anguſti n. 5. ff. de ſeruitut. Padilla in l. quæſtionem nu. 14. C. de fideicommiſſ. Plaz. de delict. lib. 1. cap. 1. nu. 11. Viu. com. opin. lib. 9. tit. de iniur. n. 117. Ceuall. comm. contra comm. c. 128. n. 5. & 6. Grat. diſcept. 71. nu. 2. Farinac. quæſt. 105. nu. 327. Pariſ. conſ. 30. n. 3. lib. 1. Menoch. conſ. 41. nu. 10. Farin. d. q. 105. nu. 327. cum ſeqq.

Mihi autem in hac opinionum varietate conſiderandũ vi-
13 debatur, quod verba mendacium dicis apta ſunt iniuriam comprehendere, & illam etiam excludere iuxta facti qualitatem, & mentem proferentis, vt docet Bartolus in l. quis ſit falſum, ff. ad l. cornel. de falſ. Poteſt enim quis redargui de mendacio, quaſi ſcienter mendacium dicat, & quaſi illud

igno-

ignoranter admittat, hoc eſt neſciendo an mendacium ſit. Sunt ergo verba indifferentia, quæ ſolo proferentis affectu iniuriam ſumunt, quia ſi ex coniecturis, & modo proferendi malum fuiſſe coarguatur, vti iniurioſa puniri debent, ſi vero non nullam merentur pœnam, ita poſt Salic. in l. de tutel. in princ. C. de in integr. reſt. diſtinxit, Baiard. qui totum arbitrio iudicis commiſit in addit. ad Clar. §. iniuria num. 20. quem ſequitur Farinac dicta q. 105. n. 327. & 329.

Prædicta ergo in caſu noſtro adhibita diſtinctione dicebam ſatis clarum verba illa non fuiſſe prolata animo iniuriandi, & omiſſo quod ita in dubio eſt interpretandum vt docuere, Bart. in conſ. 108. & poſt eum Ruin. conſ. 145. num. 13. 15. & 23. vol. 4. Cranet. conſ. 9. per tot. Perpendebam vrbanum illum loquendi modum Signor Capitano V.S. &c. neque enim iniuria niſi irato animo, & inurbanis verbis inferri ſolet vt ex Viuio refert Farinac. dicta quæſt. 105. nu. 327. Rurſus, & illa verba V. S. non ce ſi è trouato, biſogna che lo dica à relation d'altri, quibus verbis voluit innuere Centurionem non ea mente loquutum, vt ſcienter falſum aſſereret, quo caſu verè iniuriam intuliſſet, ſed potius aliena ſuggeſtione deceptum crimen ſibi obieciſſe, his addebam declarationem Erogatoris, qui medio iuramento aſſerebat verba illa ad ſui tantum exonerationem non iniuriam alterius pro-
14 tuliſſe. Ambigui enim ſermonis natura illa eſt, vt vult Diodorus Cronus, de quo meminit Gell. cap. 12. lib. 12. noct. atticar. vt aliud dici videri non debeat, quam quod ſe dicere ſentit is, qui dicit, & ſimilem declarationem attendit Bertaz. conſ. crim. 88. in fin. num. 7. Et tandem valde apud me vrgebat criminatio Centurionis in Erogatorem, quem publicè de fraude redarguerat; nam ſicut nec illi licitum erat, ita & excuſationem alteri præbuit, vt latè diſcuſſit, & examinauit in ſequenti ſuo voto Peritiſſimus Iurium Doctor conciuis meus Dominus Franciſcus Corona. Et prædictis auditis Dux exercitus, vt pacem inirent, præcepit prout factum eſt.

VOTVM

Domini Franciſci Coronæ Iuris Conſulti Reatini ſuper eadem materia de verbis Mendacium dicis.

ARGVMENTVM.

Ceſſat actio de iniuriis, quæ ex verbali offenſione deducitur, vbi duo copulatiuè non concurrunt, ſcilicet quod verba ſint iniurioſa, & quod prolata fuerint animo iniuriandi.

SVMMARIVM.

1 *Verba quamuis iniurioſa de ſui natura, pœnam non exigunt quando ceſſat animus iniuriandi.*

2 *Animus offendendi non poteſt ineſſe ſine dolo itaut non ſufficiat lata culpa, quæ alias dolo æquiparatur.*

3 *Mentiris, & mendacium dicis idem non ſunt.*

4 *Mentiris denotat perfidiam, mendacium dicis ſimplicem imprudentiam iniuriæ non illatiuam.*

5 *Verba non dicis verum, ſeu mendacium dicis apud perſonas nobiles, quæ honoris ſeruant candorem, iniuria reputatur.*

6 *Verba mendacium dicis habent in ſe maiorem modeſtiam, & humanitatem, quam verba mentiris.*

7 *Ex præcedentibus, & ſubſequentibus, alteratur ſonus verborum, & mitigatur illorum rigor.*

8 *Sufficit pro excluſione iniuriæ, verba reddi ambigua, æquiuoca, vel indifferentia.*

9 *Fraus in erogando annonam iure militari grauiſſimum delictum reputatur.*

10 *Ex fraude erogationis annonæ furta militum ſegnities, morbi, & peſtilentiæ in exercitu ſolent generari.*

11 *Imputatus de fraude, ſi reſpondeat imputanti mentiris per gulam, nulla pœ-*

na

na puniri debet.

12 *Ignoſcendum eſt ei, qui voluit ſe vlciſci prouocatus.*

13 *Animus offendendi regulariter cenſetur ineſſe verbo iniurioſo, quamuis addatur proteſtatio contraria.*

14 *Animus offendendi ceſſare dicitur, vbi apparet de cauſa diuerſa, ſcilicet de neceſſaria defenſione proprij honoris.*

15 *Iniuria prouocatus reſpondens per verbum mentiris dicitur inferre nouam iniuriam, & pœnam mereri ſecundum aliquos DD.*

16 *In foro conſcientiæ prouocatus dans mentitam nullum committit peccatum.*

17 *Prouocatus dans mentitam tunc non excuſatur, quando eam dat ex interuallo poſt acceptam iniuriam.*

18 *Amplia etiam quando crimen impactum eſſet verum, & ſciri expediret.*

19 *Quando fraus obiecta non apparet probata ſtat præſumptio pro fidelitate miniſtri.*

Digitized by Google

VOTVM.

PROPOSITAE dubitationi an Erogator Annonæ, qui Centurioni improperanti, quod in diſtributione ſuos milites fraudaſſet, reſpondit V. S. dice la bugia, &c. ſit plectendus aliqua pœna? Negatiue reſpondendum arbitror.

1 Ceſſat namque iniuriarum actio, quæ ex verbali offenſione deducitur, vbi duo copulatiuè non concurrunt. Primum ſcilicet quod verba ſint iniurioſa, alterum verò, quod prolata fuerint animo iniuriandi, l. illud, §. 1. ff. de iniur. l. Si non conuicij, C. eodem, Bald. conſ. 230. in fin. lib. 3. & conſ. 277. & 443. lib. 5. Grauett. conſ. 9. num. 29. Rolan. conſ. 11. num. 53. lib. 3. in fi. Cepol. conſ. 70. in fin. Menoch. conſ. 107. num. 8. lib. 2. & plenius conſ. 1197. num 1. & ſeqq. lib. 12. Ioſeph Ludouic. dec. Luc. 4. num. 24. Maceraten. variar. reſolut. lib. 3. cap. 1. n. 57. 64. & ſeqq.

Adeo vt vnum ſine altero non ſufficiat, & quantumcumque verba ſint iniurioſa de ſui natura pœnam non exigunt, quando ceſſat animus iniuriandi, Oldr. conſ. 53. num. 3. verſ. imo quandoque, Roman. conſ. 96. num. 4. verſ. imo plus eſt, Bolognett. in addit. ad Ioannem de Anan. conſ. 44. in fin. Natt. conſ. 595. num. 2. lib. 2. Honded. conſ. 96. num. 6. lib. 1. Menoch. conſ. 230. num. 24. Grammat. dec. 37. num. 1. Surd. deciſ. 89. num. 23. & ſeqq.

2 Nec poſſit ineſſe animus offendendi ſine dolo, itaut non ſufficiat lata culpa, quæ alias dolo æquiparatur, Bald. Cepol. & Surd. loc. ſupracitatis, Honded. dicto conſ. 96. num. 10.

&

& conſ. 112. num. 23. & ſeqq. lib. 1. Barz deciſ. 134. num. 6. Bernard. Biſcia inter conſ. Farinac. 30. num. 46. & ſeqq. & alij Magon. deciſ. Lucen. 29. nu. 11. & ſeqq. Ioſeph Ludouic. d. deciſ. 4. num. 41. Oſaſch. deciſ. 77. num. 28.

In propoſito autem vix firmari poteſt, quod dicta verba
3 prolata ab Erogatore ſint iniurioſa de ſui natura; non enim ſunt idem Mentiri, & dicere mendacium, quemadmodum
4 nonnulli opinantur; primum enim denotat perfidiam, poſterius verò ſimplicem imprudentiam iniuriæ non illatiuam, quemadmodum auctoritate Sancti Thomæ 2.2 quæſt. 110. ar. 1. & text. in cap. animaduertendum 22. quæſt. 2. Alijs pluribus ad id relatis declarant Ceuall. comm. contra comm. quæſt. 128 num. 6. Ioan. Iaſ. lib. 1. de iniur. ſing. certam.c. de mentita, Farinac. quæſt. 105. num. 327. & nouiſſimè Ciriac. Nig. controu. iur. cap. 126. num. 7 Greu. ad Gaill. lib. 2. concl. 100. & concl. 102. num. 29. vbi allegat etiam Baiard. & alios.

Et quamuis non deſint exiſtimantes verba Non dicis ve
5 rum, ſeu dicis mendacium reputari iniurioſa apud perſonas graues, & nobiles, quæ ſeruant honoris candorem, prout dici poſſet in Milite, præſertim in gradu, & dignitate conſtituto, qua ratione ſic intelligi apud Gallos, refert Farinac. dicta quæſt. 105. num. 239 & apud Germanos Greueus dicta concluſ. 100. num. 30. alios referentes, & benè conferunt, quæ ponit Nig. d. cap. 126. nu. 28. vbi videtur inclinare pro aliqua pœna extraordinaria.

Tamen negari non poteſt in quouis caſu, quod iſta verba
6 non ſint adeo rigoroſa, quemadmodum verba mentitæ; ſed habeant in ſe maiorem modeſtiam, & humanitatem, prout aduertunt Salicet. in l. de tutela, C. de in integr. reſtit. Alexan. in addit. ad Bart. in l. apud Labeonem, §. ſed quod adijcitur, ff. de iniur. Iaſ. in l. turpia in fin. ff. de leg. 1. & l. etſi parcent in 3. notab. ff. de lib. & poſth. & alij relati per Farin d. q. 105. n. 327. & 328.

Cumque in propoſito fuerint præmiſſa verba honoris, & qualificatiua videlicet, Signor Capitaneo V.S. &c. & immediate

diatè ſubnexa ratio, perche io hò diſtribuito l'intiero,& V.S. non ſi è trouato preſente, è forza che lo dica à relation d'altri, &c. ſatis clarè demonſtratur quod Erogator magis voluerit Centurionem inſtructum reddere de veritate facti, à ſe ignorata, quam illum redarguere de falſo re ipſa,& ex conſilio, ac certa ſciëtia commiſſo,quemadmodum requiritur ad conſiſtentiam mentitæ, & iniuriæ inductionem, ſicuti poſt alios conciliando opiniones, ex mente Alex. Iaſ. & aliorum declarant Bertaz. conſ. 88.num. 8. lib. 1. in crim. Laderch. conſ. 182. num. 10. & in indiuiduo caſus noſtri; Coſt. in tract. aut ſciebat, aut ignorabat cent. 2. diſt. 17. num. 1. & ſeqq. & conferunt reſponſa inter conſ. Farin. conſ. 30.n.130. & 183. & ſeqq.

7 Ex præcedentibus enim, & ſequentibus alteratur ſonus verborum, & mitigatur illorum rigor, quemadmodum ad materiam tradiderunt, Crauet. conſ. 5. nu. 27. & conſ. 419. num. 4. Natt. conſ. 567. num. 21. lib. 3. Curt. ſun. conſ. 169. num. 1. Cephal. conſ. 77. num. 2. & conſ. 96. num. 27. lib. 1. Rol. conſ. 62. num. 9. lib. 1. & conſ. 11. num. 78 & ſeqq. lib. 3. Menoch. dicto conſ. 1197. num. 17. & Farin. ſeu conſulentes dicto conſ. 30. num. 103. Maceraten. d. lib. 3. c. 1. n. 59.

8 Et ſufficit pro iniuriæ expulſione ex qualibet interpretatione, ſeu admixtione verba reddi ambigua æquiuoca, vel indifferentia; Crauett. conſ. 9. num. 20. & ſeqq. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucen. 4. num. 32. Cappell. Tholoſ. dec. 397. Gabr. conſ. 166. num. 6. lib. 2. Maceraten. var. dicto cap. 1. num. 64. & alij cumulati per addent. ad Farin. dicto conſ. 30. litt. L.

Sed dato millies, quòd verba prædicta: eſſent iniurioſa idemq; prorſus importarent, quòd verbum Mentiris, nullumq; additum eſſet temperamentum.

Adhuc deficit ſecundum requiſitum doli ſcilicet, & animi deliberati ad offendendum, cum enim Erogator eſſet grauiter iniuriatus vt pote de fraude in diſtributione Annonæ,

9 & ſic de delicto in officio commiſſo, quod iure militari grauiſſimum

10 niſſimum reputatur, cum exinde furta militis ſegnities, ſedi-
tiones, morbi, & peſtilentiæ in exercitu ſoleāt generari, vt poſt
Claud. Cotor. tract. de iur. milit. lib. 1. c. 22. nouiſſ. perpendit
Merend. contr. iur lib. 6. c. 39. n. 13. 18. & ſeqq. & propterea
infertur eſſe ſpecialiſſimū in hoc crimine, quod auferātur bo-
na filiorum, & vxoris l. ſatis notum, C. in quibus cauſ. pig.
tac. contrah. l. 4. C. de Princip. lib. 12. quod nullo alio officiali
practicari ſolere, quantumuis agatur de intereſſe fiſci teſtan-
tur Franc. à Pont. tract. de poteſt. Proreg. tit. 4. §. 8. n. 11. Ma-
ſtrill. de Magiſtr. lib. 5. c. 8. n. 91 Fontanell. de pact. nuptial.
clauſ. 7. gloſ. 2. p. 3. n. 8. & 14. Rot. Rom. deciſ. 812. in fin.
par. 1. diuerſ.

11 Vtique licuit eidem Erogatori illatam iniuriam per expli-
citam mentitam propulſare, vt in terminis de eo, qui fuerat
12 imputatus de fraude ab officiali Gabellæ, & imputanti reſ-
ponſum dederat, quod mentiebatur per gulam, quod ſcilicet
nulla pœna puniri deberet, reſpondit Bal. conſ. 45. per tot.
lib. 4. Cuius auctoritas tam reſpectu grauitatis Doctoris,
quam reſpectu punctualitatis, dum loquitur etiam in fortio-
ribus terminis, poſſet ſufficere pro determinatione præſentis
caſus.

Sed generaliter eamdem determinationem de licita propul-
ſatione iniuriæ per verba Mentiris, probat text. in l. quæ om-
nia, §. ibi (dicat Dominum mentiri) & inferius ibi (ferendus
pudorem ſuum purgans) ff. de procur & l. qui cum, § idem
puto, ibi, (ſi ab eo petitus retorſit ignoſcendum eſt ei ſi vo-
luit ſe vlciſci prouocatus) ff. de bon liber.

Et confirmant plurimæ rationes, quia vim vi repellere licet
l. vt vim, vbi Bologn. num. 95. declarat procedere tam in vi
reali, quàm verbali, ff de iuſt. & iur. quia delicta mutua
compenſatione tolluntur, l. viro, ff. ſolut. matrim. l. ſi am-
bo, C. de compenſ. & in ſpecie, Herman. quæſt. iur. tit. de
injur. lib. 1. cap. 26. Menoch. conſ. 403. num. 11. & maior
videtur eſſe culpa illius, qui prouocauit, l. ſi ex plagis, §. ta-
bernarius, ff. ad l. aquil. l. 1. §. cum, ff. ſi quad. paup. fec.
13 dic. & quia animus offendendi (qui regulariter cenſetur in-

eſſe

eſſe verbo iniurioſo,quamuis addatur proteſtatio contraria,vt per Oldrad. conſ. 96. nu. 4. & conſ. 113. in fin. Pariſ. conſ. 78. num. 16. & conſ. 149. num. 19. lib. 4. Bertazzol. conſ. crim. 44. nu. 6. & alij cumulati per Farinac. dicto conſ. 30. num. 9. & ſeqq. & Add. ibidem litt. q. & magis in ſpecie conſ. 6. num. 6. Iacob.Gall. conſ. 82. num. 5. Menoch. conſ. 41. num. 32. Guid. Pap. deciſ. 446. Gratian. deciſ Mar-
14 chiæ 581. Ceſſare dicitur,vbi apparet de cauſa diuerſa, ſcilicet de neceſſaria defenſione proprij honoris ex præcedenti iniuria læſi, vt benè declarant Grauett. conſ. 8. num. 7. Ruin. conſ. 143. num. 10. lib. 3. Gaill obſeru. cam. Imper. obſer. 100. lib. 2. Berou. conſ. 173. num. 12. 19. & ſeqq. lib. 3. Honded. conſ. 12. num. 26. & conſ. 96. num. 11. & ſeq.lib. 1. Farinacc. conſ. 6. num. 25. & ibi add. litt. E. alij in conſ. 30. num. 140. cum ſeqq. & conferunt Put. deciſ. 52. par. 3. Magon. deciſ. Flor. 25. num. 10. Maceraten var. reſol. lib 3. cap. 1. num. 68.

Et quamuis nonnulli contrariam opinionem tenuerint,
15 ſcilicet quod iniuria prouocatus reſpondens per verbum Mentiris dicatur inferre nouam iniuriam, & mereatur aliquā pœnam ſignanter viri clariſſimi, Boer. conſ. 4. Clar. in §. iniuria verſ. quero etiam.

Tamen vltra quod ipſemet Clarus teſtatur in facti contingentia à Senatu pro abſolutione prouocati fuiſſe iudicatum, contra eos quoque ſtat communis Schola Criminaliſtarum, & magis vera, & recepta opinio, quam ex profeſſo articulo ad partes diſcuſſo, non obſtantibus prædictis auctoritatibus, quas in iudicio reprobant,poſt innumeros authores ab eis relatos firmarunt, Facchin. contr. iur. lib. xj. cap. xij. per tot. Farinac. quæſt. 105. num. 315. & conſ. 35. num. 26. vbi ampla additio cum Serie Doctorum per integram columnam, & conſ. 141. num. 9. lib. 2. Card. Tuſc. in ſuis concluſ. litt. M. concl. 204. Mentiri aliquem dicens quando poſſit de iniuria puniri num. 8. verſ. Limita niſi quis daret, Rauden. de Analog. cap. 31. num. 92. Marc. Frez. tract. de exiſtimat. par. 2. cap. 8. num. x. & ſeqq. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 50. nu.

50.

30 Schraderius de feudis parte 9. capitulo 4. num. 127. Niger dicta controuerſia 126. num. 36. Maceraten variarum lib. 3. capitulo primo num. 64. & in fine Petrus Caballus reſolution. criminal. libro ſecundo caſu 154. Hartamanus dicto titulo de iniuria capitulo 4. & ita ſeruari in ſupremis tribunalibus patet ex Gaillo obſeruationum cameræ imper. obſeru. 100. per totam, ſignanter num. 2. lib. 2. Miſinger. in ijſdem obſeruat. cent 5. obſeru. 27. vbi de communi, & quod ita crebrius fuit reſolutum, Greu. ad Gaill. dicta concluſione 100. num. primo cum pluribus ſequentibus Caualcan. deciſ. 16. nu. 32. par. 5. Mut deciſ. Sicil. 36. num. 21. & ſeq.

16 Eamdemque opinionem procedere in foro conſcientiæ, quod prouocatus dans mentitam nullum committat peccatum poſt Sotum de Iuſtitia & iure Baiardus & addent. ad Farinaccium loco citato, Greueus dicta concluſione 100. num. 16.

Contraria vero poſſunt procedere, vel vbi mentita daretur ex interuallo, vt per Miſingerium columna ſeptima, num. ſexto, Baiardus ad Clarum, §. Iniuria num. 64. & alij relati per Farinacium dicto conſilio 141. num 9. libro ſecundo, Add. ad eundem conſ. 35. litt. L. verſ. nec tamen contra Greu. eod. loc. n. 25.

Vel vbi non præceſſiſſet iniuria, ſed verba iuridica quantumuis tangentia intereſſe mentientis, Farinacius quæſtione 105. num. 310, vel vbi eſſent relata verba, quæ tangerent factum tertij, vt per Iacobum Gallum dicto conſilio 82. Menochius conſilio 41. num. 8. Niger dicta controuer. 126. num. 32.

17 Vel vbi crimen obiectum eſſet verum, & ſciri expediret, vt in eodem caſu Iacobus Gallus dicto conſilio 82. Niger vbi proxime num. 33. Farinacius dicta quæſtione 105. num. 321. & addent. ad dictum conſ. 30. litt. L. verſ. ſecundo vt pariter.

Licet autem hec vltima limitatio in caſu noſtro applica-

15 retur, tamen ex quo fraus obiecta non apparet probata ſtat

præſumptio pro fidelitate miniſtri, & conſequenter ei dicitur illata iniuria propulſabilis, vt in ſpecie per Baldum dicto conſilio 45. libro primo, & conferunt Farinac. locis proximè citatis ſcilicet dicta quæſtione num. 324. & addent. ad dictum conſilium 30. littera L. verſiculo in dubio tamen.

Neque vrget dignitas Centurionis ex Nigro dicta controuerſia 126. num. 38. quia iniuriatus non erat plebeius, ſed ipſe quoque in officio, & ſufficit, quod eſſet perſona honeſta vt impunè poſſet illatam iniuriam repellere etiam aduerſus ſuperiorem, & exercentem magiſtratum, Baiardus ad Clarum, §. iniuria num. 26. Farinacius dicta quæſt. 105. num. 132.

Et ita ſentio Sal. Semper, &c. Conſulo tamen, vt procuretur pax inter prædictos, quę penitus facit ceſſare pęnam iniuriæ verbalis, vt per Capic. dec. 78. Clar. d. §. iniuria verſ. quęro etiam.

CASVS

ARGVMENTVM.

Milites luxurioſè viuentes, ignominioſè mittendos eſſe, & exemplis, & auctoritatibus comprobatur.

SVMMARIVM.

1 *Scorta à Caſtris ſunt expellenda.*
2 *Refertur exemplum Scipionis Africani.*
3 *Miles inducens ſcortum in Caſtra virilibus veſtimentis indutum, qua pœna puniatur.*
4 *Exemplum Cæſaris.*
5 *Maior caſtitas requiritur in Militibus, quam in paganis.*
6 *Accenſus amore alicuius, quomodo ſit excuſandus.*
7 *Dux exercitus, non pœna ſemper, ſed ſæpius pœnitentia Militis, contentus eſſe debet.*
8 *Crimen lenocinij in militibus ſummopere deteſtatur.*
9 *Miles equeſtris bis in die ſaltim videre debet equum.*
10 *Miles debet defricare equum.*
11 *Fortia agere non poſſunt, qui voluptatibus immerguntur.*
12 *Milites praui ſunt a Caſtris eijciendi, ne alios exemplo corrumpant.*
13 *Miſſio ignominioſa, quomodo ſit facienda.*
14 *Refertur exemplum equi Nicomachidis.*

CASVS XIII.

1 AD ſeruandos ineffeminatos Milites ædicto ſancitum fuit ne dum luxurioſas fœminas eſſe à Caſtris expellendas, verum arbitrio puniendos illos, qui eas, vel in eiſdem retinerent, vel ducerent. Exem-
2 plo Scipionis Africani, qui corruptum exercitum in generoſam militiæ formam vt reuocaret duo millia Scortorum è Caſtris eiecit, Flor. de geſt. Rom. Alex. ab Alex. dierum genial. lib. 10. cap. 10. Franc. Patrit. in ſuis Paralell. milit. p. 2. lib. 17. della legge, & leggi militari. 6. Toloſ. in ſintagm. iur. vniuer. p. 2. de perſonis lib. 19. cap. 12. n. 8.

3 Itaque cum quidem Equeſtris Miles Scortum virilibus veſtibus indutum in Caſtra duxiſſe fuiſſet denunciatus, Dubitabatur quomodo arbitrandum eſſet circa pœnam, & quidem
4 carcere afficiendū affirmabatur, imitando Ceſare, qui vinculis mancipauit Oſinium ducentem in Caſtra fœminam, militari veſte indutam, nec illum liberauit, niſi poſt obitum mulieris; exemplo enim tanti viri orbis domitoris eſſe iudicandum iura permittunt, §. primo Inſtitut. de Codicil. l. an apud, ff. de manumiſſ. vindict. cap. 1. in cauſis de ſent. & re iudicat. præſertim quia ad ſeruandum exercitum ineffeminatum, fortiſſimi quique Duces inuigilarunt vt de Scipione, Alexandro, & Catone Ferret. de re militar. titulo de mi-
5 litar. iuſtitia num. 50. Maior enim caſtitas requiritur in Militibus, quam in paganis, vt ſint audaciores, & fortiores, l. 2. C. de donat. inter virum, & vxorem cum alijs per Peguer. dec. 212. n. 13.

Verum

6 Verum pro prima vice Dux exercitus ignoſcendum cenſuit, tum quia Miles erat accenſus illius amore, & idcircò excuſandus, Laderch. conſilio 197. numero tertio, Marius Giurb. conſilio 47. num. decimoſexto, cum pluribus ſequentibus, tum quia de Militis correctione non erat deſperandum, capitulo tollerandi, vigeſimatertia quæſtione quarta, Ferret. loco citato, num. 18. Sequutus exemplum
7 Agricolæ, qui non pœna ſemper, ſed ſæpius pœnitentia contentus erat, Tacit. in vita Agricolæ.

Non multis verò elapſis diebus Vice Præfectus illius equeſtris centuriæ redarguit Militem adeo inebriatum ludi, & luxuriæ vitio, vt etiam lænocinium exercendo, quod
8 nihil deteſtabilius in Milite, ff. ad l. Iul. de adulter. Caball. reſolutionum criminal. caſu 171. num. tertio., centuria ſecunda, Theſaur. quæſt. forenſ. 57. num. decimoſeptimo, libro quart. proprium honorem dereliquerit, denarios perdiderit, & equo ne dum ad victum neceſſaria non miniſtrauerit, verum per plures dies illum non viderit, cum ta-
9 men bis ſaltim in die proprijs oculis ad eum viſendum deberet accedere, Ferret. de re militar. tit. de equis mart. nu.
10 17. & illum defricare, vt ex reſcripto Aureliani Cæſaris, refert Flauius Vopiſcus in eius vita, ſequitur ſintagmat. Tholoſan. parte ſecunda, de perſonis lib. decimonono capitulo decimo, numero octauo.

Et cum ex his intra rationis militaris girum illum reuocare factu difficillimum videretur, Dux exercitus ſumpta de præmiſſis inquiſitione, & illos mirum in modum odio habens, qui ſcorta, & ludos armis, & militaribus equis anteponebant, quod & legimus de Cyro apud Xenophontem,
11 & apud Saluſtium in coniurat. Catilin. Non enim meditari, aut fortia agere poſſunt, qui voluptatibus immergun tur, & Militiam in laſciuiam vertunt, Aelianus libro quar to hiſtoriarum; Illarum enim aſſuetudine ab omni prorſus virtute degenerant, Tacitus libro ſecundo Annalium, Vegetius libro primo, capitulo ſeptimo de re militar. Verens etiam ne malo deprauarentur boni Vicent Caſtellan. de of-

H 3 fic.

ſic. Regis capitulo quadrageſimonono, libro 2. Et ne alio-rum mores aſſidua conuerſatione ſimiles fierent, Bell. in repetitione capituli nullus nouus, decimatertia quæſtione ſecunda, numero quadrageſimoſexto, tom. ſ ri n. Et vt cœteri illius exemplo diſcerent, l. omne delictum, S. contumacia, ff. de re militari; Congregata Centuria, & cauſa tubæ ſonitu proclamata mitti mandauit; cuius miſſionis normæ auctorem fuiſſe Cæſarem, & hodiernis temporibus imitandam tradit Claudius Cotor. de iur. militar. libro tertio, cap. 14. littera C.

Ex equo igitur deſcendens in cuius nutricatu incuriosſe nimis ſe geſſerat ante omnium conſpectum calcibus ab ipſo percuſſus meritas ſuæ negligentię pœnas exegit; Non enim tam benè meritarum animantium curam ſuo ex animo debebat expellere, quæ pro Dominis mor-
12 tuis in Bello lachrymarunt, vt de Equo Nicomachidis, Ferret. de iur. milit. tit. de equ. martial. num. 11. & 12.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Miles, an ex depoſitione plurium ſatellitum, iunctis adminiculis dicatur conuictus itaut damnari poſſit vltimo ſupplicio.

S V M M A R I V M.

1 *Refertur caſus.*
2 *Ad conuincendum requiruntur duo teſtes omni exceptione maiores.*
3 *Vel notorietas delicti.*
4 *Ex inditijs indubitatis non poteſt quis condemnari in pœnam ordinariam ſed contra num. ſeqq.*
5 *Satellites non ſunt idonei teſtes declara num. 20. cum ſeqq.*
6 *Amplia etiam ſi delictum ſit graue, & difficilis probationis.*
7 *Teſtes infimæ conditionis non admittuntur contra militem.*
8 *Ad probandum crimen læſæ maieſtatis admittuntur teſtes viles, & crimino ſi.*
9 *Diſpoſitio capituli in fidei fauorem de Hæret. in 6. procedit etiam in crimine læſæ maieſtatis.*
10 *Teſtes viles ſi plus duo ſint, & adminiculis coadiuuentur ſufficiunt ad condemnandum in pœnam ordinariam in crimine læſæ maieſtatis.*
11 *Plura enumerantur quæ reddunt delictum difficilis probationis.*
12 *Teſtes inhabiles probant delictum difficilis probationis.*
13 *Auditor exercitus habet manum regiam, & procedere poteſt nullo iuris ordine ſeruato.*
24 *Poteſt credere teſtibus omnino reprobatis.*
15 *Attendere probationes extraiudicialiter, & alia prout ibi.*
19 *Satellitibus augetur fides, ſi excedunt numerum duorum.*
17 *Magnum veritatis inditium ſumitur ex verificatione circumſtantiarum depoſitarum.*
18 *Recognitio Rei facienda eſt inter plures; in examine ſatellitum, qui notam perſonam delinquentis non habent.*
19 *Satellites efficiuntur integri teſtes ſi adminiculis coadiuuentur.*
20 *Referuntur indicia.*
21 *Mendacium circa ſubſtantialia, de quo quis per euidentiam conuincitur, dolum arguit, & indicium facit.*
22 *Axioma quod ad conuincendum requirantur teſtes omni exceptione maiores tripliciter limitatur, & numeris ſeqq.*
23 *Dux exercitus poteſt ad fidem reſtituere teſtes infames, & inhabiles.*
24 *Confeſſio extraiudicialis ſemiplenam facit probationem.*
25 *Fuga à loco delicti enſe ſanguinolento, quem gradum probationis faciat.*
26 *Fama quid operetur.*
27 *Plura de indicijs indubitatis.*

CASVS

CASVS XIV.

1 Edarguebantur nonnulli Milites quod carnificem occidiſſent, dum latronem quemdam furcæ ſuſpicio à Prætore Ferrarienſi damnatum ſuſpendebat; & compilato proceſſu illud in dubium fuit reuocatum, num vnus ex eis ita eſſet conuictus, vt abſque eo quod delictum proprio ore fateretur poſſet ordinaria pœna mulctari.

Et ſanè pro illo animaduertebam neminem vti conuictum
2 damnari poſſe, niſi contra eum, vel duo teſtes nulla macula labefacti, & vt circunfertur maiores omni exceptione conteſtes de loco, & tempore teſtimonium perhibeant, l. ſciant cuncti quæ eſt final. C. de probat. ibique Bald. Salicet. & alij Baiard. ad Clar. quæſt. 66. num. 3. Caball. reſol. crim. caſ. 288. n. 4. Ludou. dec. Lucenſ. 13. n. 60.
3 Vel notorium ſit delictum, Boſſ. tit. de conuict. num. 3. Cartar. de execut ſent. capt. bannit. cap. 1. num. 79. Bardellon. conſ. 74. num. 1. Nec aliter capitis Reus pœna mor
4 tis affici poterit, etiam ſi vrgeant inditia quæ Doctores vocant indubitata, vt voluerunt Angel. de maleſ. in verb quod fama publica num. 8. ad fin. Alber. in l. abſentem num. 2. ff. de pœnis, Dec. conſ. 175. num. 8. Cæphal. conſ. 204. num. 23. lib. 2. Bertazz. conſ. 41. nu. 21. Maſcard. de probat. concluſ. 54. Giurb. conſ. 53. num. 13. Farin. quæſt. 8. n. 55. cum ſeqq.

Hic autem notorietas delicti ceſſabat, & licet quinque recepti eſſent teſtes conteſtes de loco, & tempore, & concludentes perneceſſe delictum, tamen validiſſima exceptione re-
5 ijciebantur, quia ſcilicet erant ſatellites quos idoneos non eſſe,

ſe, ſed imò omnino repellendas, vbi de crimine, quæſtio ſit commui ſcribentium conſenſu recipitur, Bald. in l. fin. num. 47. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. & in l. etiam num. 5. ibique Salicet. C. de teſtib. Ang. in l. ſciendum, ff. de vſur. Farinac. quæſt. 56. num. 370. cum ſeqq. Giurb. conſ. 98. n.
6 11. vbi ampliat etiam ſi alia concurrerent adminicula ex Maſcard. & alijs quos allegat.

7 Quæ præſertim videbantur amplectenda fauore militum, qui non ſubeunt accuſationes hominum ſortis infimæ, qui in falſitatis vitium facilius dilabantur, Cotor. de iur. milit. lib. 2. cap. 2.

Sed dicebam è contra nos verſari in crimine læſæ maieſta-
8 tis vero non ficto ex Bulla Sixti V. de qua in Bullar. tom. 2. ad cuius probationem recipi teſtes non ſolum viles, ſed & infames, & criminoſos adnotarunt, Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 45. per tot. Bardell. conſ. 109. num. 17. vol. 2. militat
9 enim in eo diſpoſitio capituli in fidei fauorem de Hæreticis
10 in 6. quo diſponitur, vt teſtes etiam inhabiles ſi numerum duorum excedant ſufficiant ad condemnandum etiam in pœnam ordinariam, præſertim ſi adminiculis coadiuuentur (de quibus inferius dicam) Maſcard. de probat. concluſ. 857. num. 29. Farinac. quæſt. 62. num. 81. cum ſeqq. & quæſt. 118. §. 4. num. 37.

11 Rurſus & verſaris in crimine difficilis probationis, & difficultas emanabat, ne dum quia patratum fuerat ſcelus, ſpectantibus quatuor millibus militum, & vniuerſo ferè Ferrarienſi Populo, & ſic in multitudine hominum ad tradita per Gaill. pract. obſeruat. cap. 109. num. 1. & Alex. conſ. 21. n. 2. vol. 6. Farin. de pœn. temperan. quæſt. 95. num. 70. Sed per Militem de recenti Ferrariæ exiſtentem, cujus ideo facilis non erat cognitio, & in loco iuxta furcas, vbi aliud genus hominum, quam ſatellitum regulariter non reperitur. Et demum ex iuſto metu orto, & quia contra armatos milites erat deponendum, & etiam ex qualitate facinoris, nempe trucidationis carnificis in actu executionis Iuſtitiæ tot ſatellitibus & tot alijs adſtantibus, ex quibus retrahi conſtantem vi-

rum

18 Concurrebant prӕterea recognitio illius inter plures milites, iuxta notata in iiſdem terminis per Caball. caſ. 270. n. 5. centur. 3.

Ratificatio omnium ad faciem rei in tortura ſicuti docent Clar. & alij per Farinac quæſt. 56. num. 399.

19 Et demum plura alia indicia, quæ ſi ſatellitum dicta coadiuuent effici eos integros teſtes, & reſtitui ad plenam fidem firmant Grat. conſ. 43. num. 22. Granut. Theoremat. 19. num. 13. Clar. in §. fin. quæſt. 7. verſ. habes igitur in fin. Farinacius quæſt. 56. num. 398. Caball. caſ. 126. per totum.

20 Indicia autem deſumebantur, primo ex enſe, apud illum 21 inuento recenti cruore madefacto, quo armorum genere fuerat patratum ſcelus, & quia nullam afferebat cauſam, ex qua recens ille cruor emerſerit.

22 Secundum quia dum ad proclama Excellentiſſimi Ducis ſinguli Milites fuerunt in ordine poſiti, vt à ſatellitibus delinquentes indicarentur, iſte non ſolum non comparuit, ſed immo ingenti ſtudio curauit ſe abſcondere, ex qua contumacia, & latitatione non leue oriebatur admiſſi ſceleris indicium, Crauet. conſ. 6. num. 37. Caball. reſol. crim. caſ. 228. num. 43. conſ. Giurb. conſ. 43. num. 25.

Tertium quia inter alias demonſtrationes ſatellites in deſcriptione recenſebant in pileo Chriſtam Rubei coloris, & verens miles ne ex ea detegeretur non ſolum illam abſcondit, 23 ſed et perfricta fronte denegabat, ſe talem chriſtam vnquam habuiſſe, eo tamen perquiſito, inter femoralia penes ipſum reperta eſt, ſicque augebatur ex mendacio dolus, & vehemens culpæ coniectura, l. ſi quis affirmauerit, ff. de dolo; Crauet. conſ. 178. num. 4. Socin. conſ. 40. num. 5. vol. 3. Eugenius conſ. 57. num. 17. & 57. lib. 1.

Non obſtabant ideo contraria, quia regulare illud axioma 24 ad conuincendum requiri teſtes omni exceptione maiores tripliciter limitatur, & primo in criminibus quorum difficilis eſt probatio, vbi teſtes minus idoneos admitti, probant relati, & proinde duos pueros ad vxoricidæ condemnationem

nem ſatis fuiſſe inquit, Marſil. in l. Infans num. 37. ff. de ſicar. & poſt eum Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 14. num. 7. ſequitur Giurb. conſ. 43. n. 28. & conſequenter poterant, & ſatellites in teſtes recipi, iuxta in ſpecie ſuperius notata non aduerſantibus DD. qui eos repellendos exiſtimarunt, ſi quidem vt dictum eſt loquuntur regulariter :. Et quamuis Giurb. in conſ. 98. num. 11. dixerit etiam in grauibus delictis, & ijs, quæ difficilis probationis ſunt ſatellitibus creden- non eſſe. Etiamſi alia adderentur adminicula præcauebam Doctores per eum congeſtos id non dicere, præſertim Maſcard. concluſ. 189. num. 13. & Farinac. quæſt. 62. num. 319 & ſuperius in ſpecie contrarium probari ex Grato Granut. Claro, & Farinac. & Caball. qui alios cumulant.

Vel ſaltem ſententia Giurbæ eſſet vſurpanda, quando vltra notam vilitatis ſatellitibus impactam alia adderentur, vt puta ſi deponerent in facto, vbi aliquod poſſet conſiderari in eis proprium intereſſe, puta vel lucri, vel gratiæ, vel iactantiæ, vel inimicitiæ, exempli gratia, ſi deponerent ſuper captura alicuius cũ armis, vel contra aliquem in flagranti crimine ab ipſis deprehensũ, tunc enim quia ſunt vlterius teſtes vltronei, & relatores, valde eſt diminuta eorum fides, & in his terminis loquuntur Doctores, qui ſatellites repellunt.

Quod ſi nulla præfatorum, & corruptelæ ſubſit ſuſpicio, ſed ſolum ſimplex illa macula legalis, quod officium illud vile exercuerint eis obijcitur, & ſimus in delicto vix probabili per aptiores teſtes, & numerum duorum excedant alijſque coadminiculentur ſimplices teſtes ſunt reputandi, Gratus dicto conſ. 43. num. 12. lib. 2. quem refert, & ſequitur Caballus dicto caſu 126. num. 7. & 8. vel ſaltem id totum iudicis arbitrio relictum erit, qui perpenſo nogocio præſtabit, vel non præſtabit fidem ex Caballo vbi proximè num. 11.

Limitatur ſecundò axioma illud in crimine læſæ maieſtatis, iux. not. ſup. n. 8.

Limitatur & tertiò ſi Iudex habeat brachium Regium, ſeu manum Regiam, quæ idem ſunt, & poſſit procedere nullo

iuris

iuris ordine ſeruato, & ſola facti veritate inſpecta, iuxta notat. numer. 13. quibus, ſi nitatur Auditor exercitus paruifacere habet aſſertionem illam Cotorei, vt fauore Militis non niſi teſtes integræ fidei ſint aſſumendi, nam præterquam quod nullo iure à Cotoreo roboratur, & contrarium deſumitur ex text. in l. non omnes, §. à Barbaris, ff. de re militar. poſſet fortaſſe aliquando vſurpari in delictis non exceptis, & quorum facilis eſt notitia, & etiam in Militibus, qui gerunt habitus vt Equitibus Hieroſolymitanis, & ſimilibus: Si tamen ſit ſtrictè intelligenda, itaut Auditor exercitus ſolos idoneos teſtes recipere cogatur in quocumque militum genere falſa eſt ex præallegatis dicto numero 13. & per Farinacium quæſtione 41. num. 33. alios cumulat Caſtanea in tractatu de beneficio deduct. ne egeat quæſtione octaua, numer. 85. cum ſequenti.

Et licet ex prædictis intrepidè crederem potuiſſe Militem vltimo damnari ſupplicio; Nihilominus quia ad tollendam quamcumque hæſitationem, alia quærebam, quæ expeditionem diù protraxiſſent; cauſa relata Excellentiſſimus Dux, vt in delicto peſſimi exempli celeri pœnæ irrogatione cæteris metum incuteret, prout monent, Tiraquel. de pœn. cauſ. 46. num. ſecundo in fine, Clarus in §. finali quęſtione octaua, verſiculo Sed numquid, & præcipuè in Caſtris, vbi ſolum vtilitati, & diſcipli-
25 næ parendum eſt: Cicero in oratio. pro l. Manil. teſtibus etiam non integris fidem adhibendam eſſe reſcripſit, iuxta notata per Surdum deciſione 312. numer. 4. & per Farinacium de teſtib. quæſtione 56. num. 79. addendo vt niſi prædicta ſufficerent, alia aſſumerem more militari pro informatione conſcientiæ meæ.

Habita ideo depoſitione duorum militum, qui de con-
26 feſſione extraiudiciali delinquentis conteſtes erant, ex qua ſemiplena oritur delicti probatio, Gabriel, titulo de confeſſ. concluſione prima numer. 46. Felic. allegatione decima, & ibi Addent. Peguer. deciſione 17. numer.

I ter-

tertio, & in fine necnon aliorum duorum, qui à loco patrati ſceleris enſe denudato, & recenti ſanguine cruento aufu-
27 gientem inſpexerunt, ex qua ſola atteſtatione oriri inditium indubitatum ad condemnationem ſufficiens aſſerunt, Bartolus in l. fur eſt manifeſtus num. primo, ff. de furt. & Abbas in capitulo tertio loco num. 3. de probationibus, illoſque communi voto, & praxi receptos, ſi de inordinaria condemnatione intelligantur, teſtatur Farinacius quæſtione 52. num. 51. & infr. iuncta tandem fama, quæ rei veritatem indicat, Aldouinus conſilio 26. num. tertio, nec alia requirit adminicula, ſed ſolam ſatis eſſe ad torturam, ex Azeued. conſilio 28. num. 65. Menochius de præſumptionibus libro primo, quæſtione 85. num. 32. firmat Giurb. conſilio 87. nu. 21. Dixi nullam amplius ſubeſſe hæſitan-
28 di rationem, prædicta namque indicia, & alia ſuperius congeſta ſine dubio debent cenſeri ſufficientia ad integrandam ſatellitum fidem in crimine læſæ Maieſtatis, & coram Iudice habente bracchium Regium, quod ſatis eſſe ſupra animaduerti. Cum quandoque ad irrogandam pœnam ordinariam exuberare in quocumque delicto, & coram quocumque Iudice, cui ſtricto iure iudicandi neceſſitas inſit, putauerint grauiſſimi Doctores, ij nempè, qui nixi auctoritate l. finalis, C. de probation. dixerunt ex indicijs indubitatis poſſe Reum pœna mortis affici inter quos ſunt Bartolus, & Baldus, & alij relati per Farinacium de Reo confeſſo, & conuicto, quæſtione 86. num. 55. Caballus caſu 288. num. decimo, quorum ſententiam vti veriorem amplexi ſunt ex recentioribus, & lat.ſſimè comprobant eruditiſſimus Petrus Barboſa in prima parte l. ſecundæ in principio num. 86. cum pluribus ſequentibus, ff. ſoluto matrimonio, Merenda controuerſ. iur. capitulo vigeſimoquinto libro ſecundo.

Nec verear aſſerere talia eſſe inditia ſuperius enumerata quippe ex Baldo in l. ea quidem numero octauo,

C.

C. de præſumpt. indubitatum dicitur inditium violenta præſumptio adeo arctans mentem Iudicis, vt ei contrarium perſuaderi non poſſit, nec eius intellectus verti in contrariam ſententiam ſubſcribunt plures congeſti à Barboſ. vbi proxime num. 37. & Baldi traditione retenta auſim dicere condemnandam eſſe aliquorum opinionem, qui dixerunt inditia non eſſe indubitata, ſi ex eis non conſtet quod poſſibile non ſit rem aliter ſe habere ex Giurb. d. conſ. Nam vt notabiliter tradit Caiet. 2.2. quæſt 60.ar.3. in rebus humanis probandis non requiritur certitudo euidentiæ, quia & ſi adſit probatio teſtium, vel propria hominis confeſſio, non proptera euidens fit intellectui illud delictum per accuſatum fuiſſe perpetratū; nam potuerunt, & teſtes, & confeſſus mentiri; ſufficere ergo debet certitudo fidei deſumpta extrinſecus, vel ex teſtibus, vel ex confeſſione, vel ex indicijs nihil enim aliud eſt perfecta probatio, quam inductio animi Iudicis ad perfectè credendum rem ita eſſe, l. quingenta, ff. de probat. Bart. in l. admonendi num. 15. ff. de iureiur. Barboſ. in 5. par. l. 2. in princip. n. 79. cum ſeqq. ff. ſolut. matrim. & Merenda controu. Iur. c. 25. lib. 2.

ARGVMENTVM

Decurio, ſeu Decumanus, vulgo Caporale, non ſedans, nec permittens ab aliis ſedari rixam, qua pœna ſit puniendus.

SVMMARIVM.

1 *Decurio malè ſe gerens in officio remouendus eſt.*
2 *Decurio tenetur obuiare ne Milites delinquant.*
3 *Decurio tenetur obuiare ſcandalis.*
4 *Decurio tenetur rixantes diuidere.*
5 *Rixas ſedare eſt commodum publicæ quietis.*
6 *Stimulus naturæ, inuitat ad rixas ſedandas.*
7 *Non ſedare rixas eſt contra præceptum Dei.*
8 *Charitas debet in Milite præponderare.*
9 *Honor eſt obiectum Militum.*
10 *Honor non ſolum conſiſtit in non inferendo iniuriam, ſed in non permittēdo, quod alter alteri inferat.*
11 *Expellere iniurias ab altero eſt actus virtutis.*
11 *Actus virtutis eſt maximè Militi neceſſarius.*
12 *Miles ob virtutis actum, non eſt terrendus à quibuſuis periculis ſubeundis.*
13 *Quis non tenetur ſe exponere periculo voluntario.*
14 *Nec ſalutem alterius præſerre ſaluti ſuæ.*
15 *Miles pro recto regimine Reſpublicæ non debet periculum euitare.*
16 *Miles non debet deſiſtere ab his actionibus, quæ ſibi militaris gloriæ aditum aperire valent.*
17 *Miles ni pericula ſubeat non poteſt glorioſam ſubire fortunam.*
18 *In bello vnius pauor pluribus valet timorem incutere.*

CASVS

Digitized by Google

CASVS XV.

DECVRIO qui duos ex ſuis Commilitonibus inter ſe certantes aſpexerat, & ad ipſorum rixam ſedandam, non modo ſe non interpoſuerat, ſed nec ab alijs ſedari permiſerat, an eſſet aliqua pœna mulctandus, eo enim factum fuit, vt vnus ex certãtibus
1 vulneratus remãſerit, Et fuit deuentum in ſententiam, non ſolum eſſe remouendum ab officio, eo quia ſe nõ interpoſuerat per Boer. dec. 83. Fachin. conſ. 38. n. 54. lib. 1. Farin. q. 51. n. 30. ſed etiam aliqua pœna dignum, dum nõ permiſerat, vt rixa ſedaretur; Tenebatur enim ex debito ſui offi-
2 cij tanquam ſuperior obuiare, ne milites ſuæ curæ commiſſi delinquerent, Abbas in capitulo quantæ de ſenten. excommunic. Facchin. conſil. 38. num. 54. libro primo. Et obuia-
3 re ſcandalis, Bald. in l. 1. §. quies, ff. de offic. Præfect. Vrb.
4 Marant. conſ. 122. nu. 3. & rixantes diuidere, Farin. de homicid. q. 125. num. 314. & in puncto, Plach. in Epith. delict.
5 cap. 28. ſequitur Farin. de indit. & tort. q. 51. n. 48. Et eſt triplex ratio prima, quia rixas ſedare eſt commodum publicę quietis, Coſt. in c ſi Clericos de ſent. excom. n. 3. in fin. Cui ſummoperè debet ſtudere Miles, præſertim Decurio, Ayal. de iur. & offic. Gell. lib. 2. c. 1. n. 3.
6 Secunda, ex naturæ ſtimulo, quæ nos ad rixas ſedandas impellit, Coſt. in c. primum de offic. deleg. num. 95. in fin.
7 vbi num. 97. quod aliter facere, eſt contra præceptum Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum, & contra charitatem, & contra legem naturæ quæ eſt iuuare parem, Ferret. de re militar. tit. de ferijs, & inducijs militar. num. 182.

8 in fin. quæ tamen in milite debet præponderare, vt dicit Caſ-
ſan. in Cathalog. glor. mundi in 9. par. conſiderat. 43.
Tertiò, cauſa honoris, qui tanquam obiectum militum,
9 etiam vitæ eſt præferendus, l. iſti quidem, ff. quod met. cauſ.
l. reprehendenda, C. de inſtit. & ſubſtit. l. quiſquis, C. de
poſtulan. cap. Nolo 11. quæſt. 1. Menoch. de arbitr. caſ.
277. num. 19. Surdus conſ. 426. num. 57. Nec ſolum conſi-
10 ſtit in non inferendo iniuriam alteri, ſed etiam, non permit-
tendo, quod iniuria minime alter alteri inferat; boni milites
aiebat Scipio, vt aliorum vitam ſaluam reddant, propriam aſ-
pernari non curant; Nam primo caſu honorari debet, ſecun-
do vero duplici honore eſt dignus, vt ait Plato lib. 5. de le-
11 gib. Expellere enim iniurias ab altero eſt actus virtutis, Coit.
12 in cap. primi de offic. deleg. num. 96. qui militi maximè eſt
neceſſarius, Ayal. vbi ſupra. Et ad eamdem virtutem perti-
13 net, ne in his ſubeundis Miles quibuſuis periculis terreatur,
D. Tho. 2. 2. q. 123. art. 3. in corpore; & ideo non obſtat quod
14 quis non tenetur ſe exponere periculo voluntario, & ſalutem
15 alterius præferre ſaluti ſuæ, Farinac. de homicid. quæſt. 125.
num. 327. vbi in ſpecie de eo, qui rixæ ſe interponendo ex-
ponit ſe periculo; quia præterquam quod hic honeſtè abſque
periculo poterat ſe intromittere, maximè cum ſecum haberet
alios commilitones, qui vltra ſe obtulerunt ad rixam ſedan-
dam, reſpondetur, quod quicquid poſſet dici in alijs non
procedit in Milite, qui pro recto regimine Reipublicæ non
16 debet euitare periculum, Claud. Seyſell. in repet. l. vt vim,
ff. de iuſt. & iur. num. 130. Neque enim tanti illi faciendus
eſt breuis hic vitæ curſus, vt ipſius cauſa ab ijs actionibus de-
17 ſiſtat, quæ ſibi militaris gloriæ aditum aperire valent. Miles
quippe ni pericula ſubeat, glorioſam non poteſt ſubire fortu-
nam, Veget. de re milit. cap. 9. Ideo Ligurgus Spartarum
Rex Lacedemonibus legem tulit, vt qui in ijs ſubeundis ali-
quod timoris præbuiſſet inditium, Reipublicæ muneribus fun-
gi, vxorem ducere, & ad vſum aliorum Ciuium veſtibus in-
dui interdiceretur, & vlterius, vt omnibus in huiuſmodi ho-
mines iniurias inferre liceret.

Quare

Quare perſpecta, ac inueſtigata cauſa, cur rixam ab alijs ſedari non permiſerat, vel ipſe ad eam ſedandam, ſe non interpoſuerat, tandem à ſuiſmet verbis alterum malignitate, alterum animi humilitate eueniſſe collectum fuit. Itaque malignitatis nota fuit tribus funis ictibus mulctata; animi vero humilitatis in pœnam è numero Militum deletus fuit, prout lege diuina cautum habemus, quod Milites huiuſmodi remittantur ad domum ſuam Deuteronom. cap. 20. & Iudith. cap. 7. & Socrat. qui Militem puſilli animi militia priuandum eſſe exiſtimabat, vt refert Plato 7. de Republica. Hinc enim argumentari poterat, quod dum ſe ſe cum hoſtibus pugnandi præbuiſſet occaſio, ſi perſtitiſſet in militia non exiguam perniciem vniuerſo exercitui erat alla-
18 turus; Belli enim res ita ſe habent, vt vnius pauor pluribus valeat timorem incutere.

ARGV.

ARGVMENTVM.

Centurio qui Militi ignominioſè miſſo fidem honeſtæ miſſionis facit arbitraria pœna puniendus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Commeatum Militibus dare, nemini permittitur, præterquam Duci exercitus.*
2 *Pœna capitalis eſt irroganda, tam danti, quam accipienti commeatum abſque Duce.*
3 *Faciens fidem falſam commeatum continentem committit crimen læſe maieſtatis.*
4 *Crimen in quo immiſcetur læſio maieſtatis, ſemper capitali pœna punitur.*
5 *Concedentes Commeatum non habentes poteſtatem capite puniuntur.*
6 *Duci exercitus quandoque vetitum eſt, Milites à numeris transferre.*
7 *Miles miſſus à Duce non dicitur commeatum habere ab eo, à quo habet fidem miſſionis.*
8 *Militem mittere, & de honeſta miſſione fidem facere diuerſa ſunt.*
9 *Qui mittit exercet actum mandantis, qui fidem facit, teſtem tantum ſe exhibet.*
10 *Fides Centurionum apud diſcretos non obtinent vicem publici commeatus.*
11 *Sine dolo nemo punitur.*
12 *Ignominia alterius ſine ignominia propria difficile tegi poteſt.*
13 *Vbi lex aut edictum non cauet Iudicis arbitrium intrat.*
14 *Delictum falſitatis connumeratur inter enormia delicta.*
15 *Delictum falſitatis augetur, ſi concurrat qualitas recepta pecunia.*

CASVS

CASVS XVI.

Dubitatũ fuit,qua pœna eſſet plectẽdus Centurio,qui Militi ignominioſè miſſo fidem honeſtæ miſſionis fecerat, & quidem cum duplicis culpæ Reus eſſet renunciatus iuriſdictionis ſcilicet ſummi Ducis ſibi adſcriptæ,& falſitatis,vtroque ex capite morti tradendum, reſpondendum cenſebam;
1 Quia,nec Centurioni,nec cuilibet eminentiori officiali com-
2 meatum militibus dare permiſſum eſt, pœna capitali, & dantibus, & accipientibus imminente, l. 1. & ibi Bart. C. de Commeat. libro 12. videbatur autem hcic Centurio commeatum dediſſe, quia cum Miles illum à Duce non haberet, poterat ſolam illam fidem vice commeatus Ducis, & in Patria, & vbique exhibere, ſicque ex indirecto contra legem facere.

Deinde & ſecundo, quia cum fides prædicta vicem com-
3 meatus obtineret, & falſa eſſet, crimen læſæ maieſtatis continere videbatur, iux. l. ſecundam,ff. ad l.Iul maieſtat. & no-
4 tata per Cotor. de Iure Militum lib. 3. cap. 10. Atque ideo capitali pœna vindicandum erat, l. quiſquis C. ad legem Iul. maieſt.

At capitali pœnæ locum non eſſe, ſed aliæ miriori Iudicis arbitrio, verius viſum eſt. Et in primis non inficiabatur,
5 commeatum concedentem capite puniri, extat, enim, in hoc
6 lex clara ſupra relata, quæ quandoque ipſimet Duci Milites à numeris transferre vetuit, vt habetur in l. contra pu-
7 blicam 14. C. de re militar. lib. 12. Sed dicebam Centurionem commeatum non conceſſiſſe; quia Miles verè miſ-

ſus

8 ſus erat, & diuerſa ſane ſunt Militem mittere, & de honeſta
9 miſſione fidem facere, quia qui mittit, actum mandantis exercet, qui fidem facit teſtem dumtaxat ſe exhibet.

Non obſtant, ideo, contraria, quia præterquamquod fides
10 Centurionis, nunquam apud diſcretos, vicem publici commeatus obtinet, quando etiam hoc eſſet verum eueniret ſine dolo, & intentione agentis fidem, qui in eo ſolo peccauit, vt teſtatus fuerit, rem diuerſo modo, quo verè ſe habebat; ſine
11 dolo autem nemo punitur, l. prima, C. de ſicar l. qui iniuriæ, ff. de furt. l. quod Reipublicæ, ff. de iniur. Farin. de pœn. temper. q. 87. inſpect. 1. n. 1.

Mitiori igitur pœna, ignominioſa ſcilicet miſſione affi-
12 ciendum dixi, vt ſic cæteris exemplo eſſet, ignominiam alterius haud facile ſine ignominia propria tegi poſſe; arbitrari
13 enim ſic libuit dum lege, aut edicto quicquam in hoc cautum non habebatur, ex Cotor. de iur. milit. lib. 3. d. c. 10. circa
14 med. Nec cum eo nimis ſeuere agi dici poterat, quia vltra quod delictum falſitatis inter enormia connumeratur, con-
15 currebat hic qualitas receptæ pecuniæ, quæ ſicut delictum ita & pœnam auget, ad l. Cicero, ff. de pœn. & in ſpecie lege cauetur ne quis ob Militem cogendum, vel mittendum æs accipiat, l. eadem lege, §. lege, ff. ad l. Iul. repet.

ARGV-

ARGVMENTVM

Diſcutitur an, & in quibus caſibus, poſſit Miles procuratoris munus exercere.

S V M M A R I V M.

1 *Militi interdicitur Procuratoris officium.*
2 *Milites armatæ militiæ Procuratores fieri non poſſunt.*
3 *Milites, nec tutores, nec Curatores eſſe queunt.*
4 *Miles rectè agit ſuam, & ſui ordinis cauſam.*
5 *Cauſa Parentum reputatur cauſa propria.*
6 *Miles nullo iure adſtringitur numero, & ordini ſuo.*
7 *Parentibus iure naturæ debetur obſequium, & opera.*
8 *Militibus etiam pro Parentibus, & Vxore procuratio inhibetur, quod declara, n. 9. & 13.*
9 *Militi litigare permittitur, nedum pro Parentibus, ſed & pro neceſſarijs perſonis, vbi de ſtatu quæſtio eſt.*
10 *Cauſa ſtatus tunc dicitur agi cum de liberate controuertitur.*
11 *Militaris diſciplina non patitur, Militem aliquantula negotiatione vacare.*
12 *Milites, ſi propriam, vel ſui numeri cauſam agant, aut de Parentum libertate litigent rectè agunt.*
13 *Militi vacare non licet, quando Militaris diſciplina offenditur etiam ſi vacet in proprio negotio.*
14 *Procuratoris officium vilè reputatur.*
15 *Procuratoris officium ideo vetitum eſt Militi, quia ex eo Militaris dignitas denigratur.*
16 *Magiſtri Militum etiam in proprio negotio Procuratores eſſe non poſſunt.*
17 *Miles in iudicio reputatur durus, & terribilis aduerſarius.*
18 *Ceſſio in potentiorem fieri non poteſt.*
19 *Miles procurator eſſe non poteſt, etiam aduerſario conſentiente.*
20 *Miles dum Militiæ ſe adſcribit iureiurãdo ſe obligat, vt nonniſi in proprijs negotijs ſe immiſceat. Et de ratione n. 12.*
21 *Miles poteſt ſui numeri, & ordinis, necnon ſtatus propinquorũ cauſam agere.*
22 *Cauſę Parentum reputantur cauſa filiorum quodammodo per fictionem.*
23 *Iuramentum intelligitur ſtrictè, & propriè.*
24 *Miles poteſt pro libertate Matris Procurator eſſe.*
25 *Miles ſacramento Soluitur, vt valetudini parentum incumbat.*
26 *Principi, & Reipublicæ magis adſtringimur, quam parentibus.*

ARGV-

CASVS XVII.

MILITI Ferrarienſi,qui cauſam de ſtatu Matris in Iudicio procuratorio nomine tuebatur, num tale munus eſſet interdicendum, fuit in dubium reuocatum, vtque
1 eſſet interdicendum ſuadebatur.

Ex aperta deciſione, textus in l. neque fœmina, C. de procurat. & in l. Milites,
2 C. locati vbi Milites armatæ militiæ Procuratores fieri non
3 poſſunt, ſicut nec tutores, nec curatores, l. 4. C. qui dari tutor. poſſ. l. ab adminiſtratione, & l. 7. C. de legat. idemque ſeruatur in Clerico cap. denique 14. quæſt. 1. cap. prolatum 88. diſtinct. cap. 1. & fin. de poſtul. & cap. 1. ne Clerici, vel Monac. gloſ. in d. §. Veteranis in verbo prætermiſſum in fine.

At in contrarium ponderabatur tex in l. qui ſtipendia, C. de Procurat. & in l. filius familias, § veterani, ff. eod. vbi
4 Miles, & ſuam, & ſui ordinis cauſam rectè agit, parentum
5 autem cauſa propria reputatur, l. ſi procuratorio, §. ſi is qui
6 ff. quando appellandũ ſit, & ſi pro numero, & ordine ſuo, cui nullo iure Miles tenetur cauſam agere poteſt, quanto fortius, poterit pro parentibus, quibus iure naturæ obſequium, & opera debetur Doctor. in l. fin. §. ipſum autem, C. de bonis quæ liber. Verum, vt in prima opinione perſiſterem, impellebat tex. in terminis, in l. Militem, C. de procurat. vbi
8 Militibus etiam pro Parentibus, & Vxore procuratio inhibetur, & quamuis huius textus deciſio locum non habeat,
9 vbi Miles de parentum ſtatu cauſam agit, cum vbi de ſtatu quæſtio eſt, nedum pro parentibus ſed & pro neceſſarijs perſonis

ſonis militi litigare permittatur l. amplius, §. militi ; ff. de liber. cauſ. In caſu noſtro talis limitatio non videbatur poſſe
10 applicari; non enim de ſtatu cauſa agebatur, de quo tunc dicitur agi cum de libertate controuertitur.

Re tamen mature perpenſa, cenſui militẽ recte in præſenti Caſu Procuratoris officiũ pro Matre ſuſcepiſſe, & à præmiſſa varia iuriũ deciſione, vt veritatẽ emerẽ, notandũ cenſui, plures reddi à DD. rationes, ob quas Procuratoris munus, militi vetitũ dicitur. gloſ. enim in d. l. militem, C. de procurat. & ibi etiã Bart. & poſt eũ Petr. Bell. de re milit. p. 7. tit. 7. n. 22. Ferret. eod. tract.
11 tit. de pœn deſert. n. 74. eã eſſe putarũt, vt ſcilicet militaris diſciplina non patiatur, milites aliquantula negotiatione vacare vt ſic ſemper prompti ad iniuriam propulſandam hoſtibus, & ad victoriam comparandã exiſtant, ex tex. in c. 1. 23. q. 1.

At hęc ratio, licet de ſe vera ſit, nihilominus congrua nõ videtur, quãdoquidẽ ſi miles propriã, vel ſui numeri cauſã agat, aut de parentũ libertate litiget, rectè agit, & tamẽ hiſce etiã negocijs ſicut, & alijs diſtrahi miles poterit, vt non ſit, ita promptus ad propulſandã iniuriã hoſtibus, & victoriã cõparandã, ideoq; militem, nec in proprio negotio vacare poſſe, ſi diſciplina militaris offendatur, probat tex. in l. qui ſtipendia, ibi inoffenſa diſciplina, C. de procurat. Et quamuis gloſ. in d. l. qui ſtipendia, in verbo inoffenſa, expoſuerit, vt in proprio negotio diſciplina non offendatur, tamen quod male loquuta fuerit; inde licet aduertere, quod eamdem, immo, & maiorem in rebus proprijs, quam alienis adhibemus induſtriam.

Alia igitur fuit ratio Pet. Bell. vbi ſup. tit. 6. n. 22. Procuratoris
14 ſcilicet officiũ vile reputari, l. ſi quis procurationẽ, C. de Decu
15 rion. lib. 10. Ideoq; ne ex eo militaris dignitas denigretur, militi prohibitũ eſſe; cuius dictũ confirmari poteſt ex l. quicumq;
16 C. de Procurat. vbi ijs, qui magiſtri militum ſunt ob prędictam rationem, etiam in proprio negocio Procuratores eſſe valens, & Theodoſius vetuerunt.

Sed hæc ratio & ipſa falſa eſt, nam conuinceret, ſi vera eſſet, vt nullo in negocio miles procurator eſſe poſſet, & tamẽ ſuam, & ſui numeri, & ſibi coniunctorum, in quibuſdam caſibus cauſam rectè agit, vt ex Iuribus ſupracitatis apparet.

K Alia

. Alia igitur vltra primam fuit ratio gloſæ in d. l. Militē, in
17 verbo reſcripto, C. de procur. ne ſcilicet miles, qui ratione mu neris durus aduerſarius, & terribilis reputatur, collitigantē ter
18 reat, ſicut eod. pacto dicimus, ceſſionē in potētiorē fieri nō poſſe vt in rubr. ff. de alienat. iud. mut. cauſ. fact. & p tot. tit. C. ne liceat potētior. Et neq; hæc ratio mihi arridet, etenim tex. in d.
19 l. filius familias, §. veterani, ff. de procurat. vult, vt neq; aduerſario cōſentiēte miles in alieno negocio procurator eſſe poſſit, ſicq; vti non generalis, cum etiam in caſu, vbi terror abeſt eadem vigeat legis diſpoſitio non eſt finalis, & vnica ratio, ideoque alia venit excogitanda.

Ad veram igitur rationem habendam, ſciendum eſt, militē iureiurando dum militiæ ſe aſcribit obligari, vt nonniſi proprijs negocijs ſe immiſceat, tex. eſt in l. ab adminiſtratione, C. de legat. & notat ibi gloſ. in verbo religio, & in l. penult. ff. ex quibus cauſ. maior. inde ergo crediderim deſumendam congruam rationem, vt ſcilicet diceret, aliena negocia ſuſcipere non poſſit.

21 Poterit autem ſui numeri, & ordinis cauſam agere, & cauſā
22 ſtatus propinquorum, quia iſtæ reputantur cauſæ propriæ, vt de prima eſt gloſa in §. veterani, in verbo proſequitur, & de ſecunda in l. ſi procuratorio, § ſi is qui, ff. quand. appellan. ſit. Et non obſtat, quod etiam aliæ cauſæ parentum reputentur propriæ filiorum, quia hoc non eſt ſimpliciter verum, ſed ſolum per quamdam fictionem, ex eo, quod ſicut filius regulariter parentibus ſuccedit, ita & in eius viribus, iuramen-
23 tum autem, vti ſtrictiſſimè, & propriè intelligendum non admittit fictionem.

Non etiam obſtat, quod ſi poteſt ſui numeri, poſſit multo magis parentum cauſam agere, quia præterquā quod, vt ſupra admonui, cauſa propria eſt, reſpondetur vlterius, defenſionem numeri, reſpicere conſeruationem militiæ, ſicque intereſſe
24 Principis, & Reipublicæ, cui magis quam parentibus adſtringimur, l. 1. § & generaliter infra, ff. de ventr. in poſſeſſ. mitten. l. poſt liminium, §. filium, ff. de capt. & poſt lim. reuerſ. & dixi latius d. caſ. 9.

In

In caſu igitur noſtro, cum de matris libertate ageretur, quæ de delicto falſitatis erat inquiſita, merito inoffenſa diſciplina, hoc eſt, nullo militari munere derelicto, non erat
26 interdicenda defenſio, quandoquidem videmus, quod vt miles parentum valetudini incumbat, ſolet à Duce à Sacramento militari eximi, vt late dixi caſ. 9.

ARGVMENTVM

Milites alienantes arma, qua pœna plectendi ſint, & de intellectu multorum iurium in hac materia.

S V M M A R I V M.

1 *Miles in bello arma amittens, vel alienans, capite puniendus eſt.*
2 *Arma alienare tam graue crimen eſt, vt exequetur deſertioni.*
3 *Diſtinctio pœnarum, plurium caſuum, circa alienationem armorum ex Paulo Iuriſconſulto.*
4 *Tormenta manuaria noſtris temporibus ſunt inter principaliora arma, & gladio magis vtilia.*
5 *Pecunia redacta a milite ex armorum alienatione, ſi in cauſam Ludi conſumpta ſit pœnam auget.*
6 *Delicta militum vſu ſalubre ſemper apparuit nulla venia proſequi.*
7 *In armorum alienatione eſt agendum mitius cum Milite Tyrone.*
8 *Pœna alienationis armorum Iudici eſt arbitraria.*
9 *Intellectus ad l. qui commeatus, §. arma, ff. de re militar. & n. 13. & 14.*
10 *Pœna capitalis, vt procedat, requiritur alienatio omnium armorum.*
11 *Miles alienans tibial, vel humerale verberibus ceditur.*
12 *Correctio legum, & contrarietas ſemper eſt euitanda.*
13 *Militi, fortis, & robuſti corporis, facilius eſt partendum.*
14 *Miles corpore, & animo imbecillis militia priuandus eſt.*
15 *Ludus cum menſura militi eſt permittendus.*
16 *Illud eſt illicitum, quod eſt punibile.*
17 *Pœna non augetur pro actu mortaliter illicito, & non punibili.*
18 *Dux exercitus laude dignior eſt, ſi illum humanitate potius quam aſperitate moderetur.*

CASVS XVIII.

TRES ex Militibus Bicenturiæ Strenui Militis Leonar-
di del Sale Rauennatenſis tormenta manuaria, vulgo
moſchetta vendiderant. Cumq; de venditione, con.
1 uicti eſſent capite videbantur plectendi, per tex. Clar.in l. de-
ſertorẽ, §. Miles, ff. de re milit. vbi Modeſtinus I C. Miles in-
2 quit, qui in bello arma amiſit, vel alienauit capite punitur, cõ-
cordat tex. in l. qui cõmeat. 14. §. arma, ff. de re mil. vbi, Paulus
I.C. magis diſtinctè ſe habens, plures ponit caſus, primo arma
3 alienaſſe, inquit, graue crimen eſt, & ea culpa deſertioni exe-
quatur, vtiq; ſi tota alienauerit; Sicq; ex hac prima legis parte,
ob alienationẽ omniũ armorũ ſine dubio pœna capitalis im-
minet. Deinde ſi partẽ, ſubdit, eorũ niſi in eo ꝙ intereſt, nã ſi
tibiale, vel humerale alienauit caſtigari verberibus debet, & in
hac ſecunda parte, ponit alienationẽ armorũ, quæ minus prin-
cipalia ſunt, tertio proſequitur, ſi vero loricã, ſcutũ, galeã, gla
diũ, deſertioni ſimilis eſt, & hic ſęuerã capitis pœnã alienatio-
4 ni alicuius ex armis, quæ principaliora ſunt imponit. Cũq; no
ſtris tẽporibus tormẽta manuaria principaliora ſint, & gladio
magis vtilia, Patrit. in paralel. milit. c. 90. & experientia docet;
vtiq; ambigendũ non videbatur, quin eadẽ pœna procederet,
ac ſi gladius alienatus eſſet, & eo magis pœna prędicta infligẽ
5 da videbatur, quia pecuniam inde coemptã ludo illico, conſũ
pſerũt, gloſ. in d. l. deſertorẽ, & verbo amittit, §. miles vbi cõſi-
derat, ſi cauſę illicitę pecunia erogata ſit, & qa delicta militũ
6 nulla venia proſequi vſu ſalubre, & miſericordia melius ſem-
per apparuit, Tacit. lib. 13. annal.
In humaniorẽ tamẽ ſententiã, vt inclinarẽ, eadẽ iura ſuaſerunt,
nam tex. in d. l. 2. §. Milites, ff. de re milit. Licet alienantibus
capitalẽ pœnã imponat, tamen confeſtim ſubdit humanè ta-
7 men militiã mutat, tex. verò in l. qui commeatus §. arma Tyro
nes excipit, ibi Tyroni in hoc crimine facilius parcitur atque
8 ideo rẽ arbitrio Iudicis relictam dixerunt Cot. de iur. mil. lib.
3. c. 9. Petrin. Bell. de re milit. lib. 3. p. 8. cap. vnic. nu. 52.

Ego

Ego verò conſiderabam vlterius, quod quamuis prima
9 fronte videbatur, vt pro alienationẽ vnius ex armis principalioribus, vt puta ſcuti, vel gladij pœna capitalis à lege in dicto §. arma, imponatur, in qua ſententia reſidet Petrin. Bell. vbi proximè. Contrarium tamen verè ex illa lege probatur, vt nempe, vel omnia arma ſint alienata, vel maior pars ex principalioribus, quod hac ratione mihi oſtendo, text. enim, in prima parte ad pœnam capitalem requirit alienationem omnium armorum, in alienatione tibialis, vel humeralis verberibus cedi vult, in alienatione verò loricæ galeæ, gladij, &c. loquendo cõſequutiuè, non quidẽ cũ dictione diſiunctiua, aut alternatiua, vel, eamdẽ mortis pœnã imponit. Quod igitur textus intelligi debeat, de alienatione, & loricæ, & ſcuti, & galeæ, &c. coniunctim, non autem in alienatione vnius ex
10 eis, demonſtratur tam ex quo loquutus non eſt, cum dictione alternatiua, quæ operaretur, vt in vnoquoque locum haberet eadem legis diſpoſitio, l. 1. ff. de rebus dubijs cum ibi plenè notat. per Soccin. & alios, Grat. conſ. 43. num. 17. lib primo, quam ex eo quia legislator videretur quodãmodo
11 ſibi contrarius, cum ab initio omnium armorum alienationem requirat, & poſtea vnius dumtaxat alienatione contentaretur, & in hanc ſententiam, vt ſit inclinandum probat etiam textus in d. §. miles vbi loquitur de alienatione armorum in numero plurali, ſicque eſſet interpretanda dicta
12 l. qui cõmeatus, quia etiã eſſet huic contraria, & correctiua, quæ correctio, & contrarietas ſemper eſt euitanda, l. ſi quando C. de inoff. teſt. l. 1. C. de inoff. dot. cap. 1. de nou. oper. nunc. Surd. decil 21. num. 19. quæ ſanè correctio, & contrarietas euitatur, ſi de maiori, & principaliori armorum parte, dicta lex interpretetur, maior enim, & principalior pars toti æquiparatur, l. in eo, ff. de reg. iur. l. Marcell. ff. de donat. cauſ. mort.

Cum igitur omnes eſſent Tyrones, duobus ex ijs in pœnam excubiarũ munus qualibet nocte p binos mẽſes fuit iniunctũ, erãt enim duri, & robuſti corporis, & aſpectus bonos euaſuros Milites indicabat, alter verò ſono tympani militia eiectus exilio dãnatus fuit, cum talis eſſet corporis, & animi, vt nihil

13 ſtudij bellici, aut virtutis polliceretur, hos enim militia priuandos dixit, Plat. lib. 7. de Republica.

Contraria non obſtabant, quia, quod pecuniam in rem illicitam conſumpſerint, non erat verum, quia ludus certa
14 forma permittebatur, & quando eſſet etiam illicitus, nihil referebat, quia verbum gloſæ illicitum, exponendum eſt pu-
15 nibile, nam pro actu moraliter illicito, & non punibili pœna non augetur, l. 3. §. diuus, ff. de ſepulcr. violat. Caball. reſol. crimin. cent. 1. caſ. 1. n. 5.

Taciti verò admonitio non ſemper militat, quia laudabi-
16 liores hi Duces exiſtunt, quorum exercitum ad modeſtiam
17 humanitas, & labor inſtituit, quam illi, quorum milites ad obedientiam ſuppliciorum formido compellit, Veget. de re milit. lib. 2.

ARGVMENTVM.

Miles in ebrietate vulnerans Commilitonem qua pœna plectendus ſit.

S V M M A R I V M.

1 *Refertur caſus.*
2 *Item exemplum Kanuti Danorum Regis.*
3 *Mutua concordia inter Milites eſt præcipua clauis victoriæ.*
4 *Lapſis per vinum, & laſciuiam capitalis pœna remittenda eſt.*
5 *Ebrietas ad hoc vt excuſet debet probari magna.*
6 *Ebrietas triplex.*
7 *Ebriorum definitio ab Anacharſe.*
8 *Verba demonſtrant voluntatem animi, & ſunt teſtimonia mentis noſtræ.*
9 *Affectata ignorantia grauius, aut ſaltem æquè quam ſcientia punienda eſt.*
10 *Animus, & propoſitum diſtinguunt maleficia.*
11 *Ebrius delinquens ſeuerius, quam ſanus mente in militia puniendus eſt.*
12 *Lex Pitacci Mitilenei, in vinolentos, & Caroli Quinti imperatoris.*
13 *Militia, & ebrietas res omnino incompatibiles ſunt.*
14 *Ebrietas deſtruit militarem diſciplinam.*

15 *Ebrie-*

15 *Ebrietas duo militiæ peſſima generat.*
16 *Soporis pernicies in exercitibus.*
17 *Referuntur exempla circa ſomni perniciem.*
18 *Mens à vino occupata facilè trahitur ad rixas.*
19 *Rixæ numquam iniurijs, raro vulneribus, ſæpè cedibus finiuntur.*
20 *Milites vinolenti nō minus à vino vincuntur, quā ab hoſtibus vincerentur.*
21 *Duces qui non permiſerunt vinum à ſuis militibus bibi.*
22 *Delinquens in ebrietate ad hoc vt tanquam ebrius excuſetur debet probare ebrietatem.*
23 *Ebrietas vt excuſet debet probari talis vt mentis alienationem induxerit.*
24 *Ebrietas cum ſit difficilis probationis, ſignis, & coniecturis probari poteſt.*
25 *Ex loquela inceſſu, & reiterato potu ebrietas concluditur, & cognoſcitur.*
26 *Affirmans aliquem ebrium de credulitate benè probat.*
27 *Iracundia facit abeſſe dolum.*
28 *Prouocatus quicquid facit, ſine dolo dicitur facere.*
29 *Diſpoſitio text. in l. omne delictum non procedit ſine dolo.*
30 *Ex accidenti ſuborto tollitur præſumptio animi deliberati.*
31 *Mens alienata vino, dicitur etiam alienata ab eo quod ante alienationem facere propoſuerat.*
32 *Equiparatio inter mentecaptum ex induſtria, & ebrium ex induſtria admittitur.*
33 *Ebrietati pro prima vice leuis pœna danda eſt.*

CASVS XIX.

MILES qui in Commilitonem vulnus intulerat videbatur plectendus pœna, tex. in l. omne delictum, §. ſi quis Commilitonem,
1 ff. de re militar. vbi ſi quis Commilitonem vulnerauerit, ſi quidem lapide militia reijcitur, ſi gladio caput admittit, vbi gloſ. declarat caput perdit, ſequuntur Ferrett. de re milit. tit. de milit. iuſtit. & de pœn. deſert. c. 288. Toloſ. in ſintagm. 2 tit. de perſonis lib. 19. cap. 9. num. 7.

Digitized by Google

num. 7. in fin. Ayal. de iure, & offic. bell. lib. 3. c. 29. n. 4. Petrin. Bell. de re milit. tit. de delict. milit. & eor. pœn. n. 70. p. 8

Cuius legis ſanctio eo magis exequutionem petere demōſtrabatur, ex quo ab inclitis militiæ Ducibus, exacta obſeruatione roborata fuit; legimus enim à Kanuto Danorum Rege a eum, qui quempiam ex Commilitonibus manu ferro, vel fuſte cæſiſſet tanquam capitalis criminis Reum à militia fuiſſe eiectum Sax. lib. 10. hiſt. Dan Sciebat namque peritiſſimus ille Rex mutuam inter ſuos concordiam, præcipuam eſſe clauem quæ portas ad victorias ſibi poſſet aperire; Quamobrem volebat in ſuo exercitu mutuum amorem tam ſtrictè coli, & obſeruari, vt nulla ſubinde lis, nullumq; diſſidium ſuboriretur, Cotor. de iur. milit. lib. 3. c. 7. verſ. Demum, vt à Ducibus.

Sed quod eſſet mitiori pœna mulctādus ſuadebatur ex eo, quod ebrius vulnus admiſiſſet per d. l. omne delictum, §. per vinum, ibi, per vinum, & laſciuiam lapſis capitalis pœna remittenda eſt, & militiæ mutatio irroganda eſt, concordat tex. in c. ſanè, & ibi præſertim gloſ. in verbo venia 15. q. 1. Clar. in pract. crim. §. fin. verſ præterea quæro, vbi teſtatur de communi ſequitur Farin. de pœn. temp. q 93. n. 1. & 3. vbi alios cumulat Ayal. de iur. & offic. Bell. lib. 2. c. 9. n. 7. Caball. reſolut. crim. cent. 3. caſ. 294. n. 86.

Verum excuſationi prædictæ duo potiſſimum obſtare videbantur, primo quod ebrietas non probabatur, ſaltim in ea ſpecie, quæ à delictos ſolet excuſare, Aym. conſ. 165. in fin. Decian. tract. crim. lib. 5. tit. de defenſ. Reorum c. 37. n. 60. cum alijs congeſtis per Farin. d. q. 93. n. 13. eſt enim ebrietas in triplici differentia leuiſſima, nempè leuis, & magna, vt per Laderch. conſ. 207. n. 1. & per tot. ad hoc autem vt ipſa delinquentium culpas exoneret, debet tertia ſpecie in magna ſcilicet eſſe conſtituta ex eiſd. allegat. non enim ex duobus primis ſpeciebus adeò mens offuſcatur, vt quæ illicitas ſunt diſcerni non poſſint, Farin. q. 13. n. 59. Theſaur. lun. qq. forenſ. 13. n. 10. lib. 3. quandoquidē vt optimè inquit Anacharſis Scytha ij ſunt ebrij, qui omnia exiſtimāt ſe decere nec prohibita, & illicita ab alijs rebus diſcernunt, Aporth. Paul. Manut. in

Ana

Anacharſ. Scyt. Aphor. vin. parcus vſus. Caſus autem noſter nedum non in magna, ſed in læuiſſima verſari prætendebatur, cum teſtes examinati ſolummodo deponerent, quod pluries, plurieſque biberat, quod neceſſario ebrietatem non arguit cum alia præterea requirantur.

Secundo, quia Miles ex induſtria ſe inebriauerat, cum enim haberet in mente tale vulnus admittere, vt à crimine ſe excuſaret ebrium ſe finxerat, nam tres teſtes conteſtes infraſcripta verba ab eo prolata fuiſſe atteſtabantur.

L'Auditore hà condennato Pietro Pacetti, Soldato del Saluioni in vna minchioneria, perche dice che mentre l'hà ferito era imbriaco, ancor io mi voglio imbriacare, e cauar'vn capriccio contro quel Spione d'Horeſte;

Itaque cum verba demonſtrent voluntatem animi, & ſint teſtimonia mentis noſtræ l. labeo, §. item Tubero ff. de ſupell. legat. cum alijs per Barboſ. princ. & loca com. litt. V. nu. 3. cumque ex hoc non modo appareret in culpa ſed etiam in dolo, Bonif. de malef. in rubr. de inſult. & percuſſ. ad fin. Carer. in pract crim. 7. cura num. 25. & Petr. à Plach. in Epith. delict. libro primo capit. 31. quos ſequitur Rimi. nald. in l. vt vim num. 319. ff. de iuſt. & iur. Textum in d. l. ſi quis Commilitonem, hoc caſu potius ad rigorem quam ad æquitatem procedere debere demonſtrabatur, non enim crimen commiſſum fuit vini, ſed culpa, & dolo bibentis Anchar. quæſt. 13. nu. 3. Theſaur. qq. forenſ. lib. 3. quæſt. 13. num. 10. Sic pariter affectatam ignorantiam, quam ſcilicet, ſibi aſciſcit delinquens, ne deliquiſſe videatur, grauius quam ſcientia, aut ſaltem æquè puniendam putant, Tiraq. de pœnis in 6. cauſ. Rimin. Iun. conſ. 243. num. 52. Et eſt ratio, quia animus, & propoſitum diſtinguunt maleficia, l. qui iniuria ff. de furtis, l. quod Reipub. ff. de iniur. l. 1. C. ad l. cornel. de Sycar. cum ſimil. per Marſil. conſ. 91. nu. 7. & conſ. 96. num. 1. Anchar. d. q. 13. n. 7.

Addebatur demum, quod etiam ſi non ex induſtria, ſed vere ebrius deliquiſſet, nō merebatur excuſationem, quinimo vti talis ad exemplum vniuerſi exercitus ſeueriori, quam lex ſta-

Digitized by Google

ſtatueret pœna mulctandus erat, ita enim ab alijs ſeruatum ad hoc vt ebrietas euitaretur, refert Iul. Clar. ſentent. lib. 5. §. fin. pract. crim. quæſt. 60. Nam Pittacus Mityleneus legem tulerat, vt qui per temulentiam ſceleris aliquid commiſiſſet, duplo plecteretur ex Paul. Manut. in Pitt. Mitylen. Et Carolus V. Imperator ſuis edictis ordinauit, quod ebrij, qui delinquerent, & pro ebrietate, & pro delicto punirentur Iodoch. in pract. crim. c. 84. n. 20.

Et ſane militia, & ebrietas res omnino incõpatibiles ſunt, illa exactiſſimam requirens diſciplinam, hæc eam omnino deſtruens, quandoquidem duo generat, ex quibus integros exercitus perire docuerunt, exempla.

Primo ſoporem, nam ex vini fumicitate confuſis redditis ſpiritibus laſſitudo quædam corporis inducitur, vt ſomnus omnino generetur. huius primi partus perniciem demonſtrat exemplum Romanorum, nam legimus ipſos, ob vinum ſomno obreptos ab inimicis Iſtris repentino impetu fuiſſe trucidatos, ex Liu. hiſtor. lib. 4. & à Scipione Tunetum locum ſuapte natura tutum ſomno cuſtodum occupatum fuiſſe ex eod. Liu. lib. 102. decad. Hinc poſtea omnes Romanæ Reipublicæ Duces graue in ebrietatem edictum ſancire, & ebrios ſeueriſſimè caſtigare arbitrati ſunt, vt in Africa feciſſe metellum refert Salinator in Iugurta.

Secundo rixas, ad quas vbi tanta adeſt conuerſationis occaſio facillimè deuenitur, dum mentem non ratio, ſed vinum dominatur. Et iſtæ quidem nunquam iniurijs, raro vulneribus, ſæpè cædibus finiuntur, & ſic milites huiuſmodi non minus à vino vincũtur, quam ab hoſtibus vincerentur Tacit. de mor. Germ. Hinc Salamonis minæ Prouerb. c. 23. cui ve? cuius patri ve? cui rixæ? cui foueæ? cui ſine cauſa vulnera? cui ſuffoſſio oculorum? non ne his qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis? concordat tex. in cap. luxurioſa 25. diſtin.

Ad iſta effugienda ſcandala Duces bellicoſiſſimæ gentis vinum in Caſtris à militibus bibi non permiſerunt, præterquam tempore pugnæ, ad hoc vt promptiores, & ferociores

in

in hoſtes irruerent, Id à Carthaginenſibus Plat. lib. 2. de legibus, à Preſcennio Nigro Spart. in vit. Præſcen. & à Conſtantino Magno ſeruatum tradit Claud. Coton. de iur. milit. lib. 3.

At his non attentis ſequentibus nixus rationibus, pœnam mitigandam pronunciaui in regula iuris principaliter nixus, quod delictum quantumuis graue in ebrietate commiſſum mitiori pœna puniri debeat, l. omne delictum, ſ. per vinum, ff. de re militar. cap. ſanè, & ibi præſertim gloſ. 15. quæſt. 1. Bald. in l. 1 in 2. lectura num. 40. C. vnde vi, & in l. data opera num. 6. C. de his, qui accuſar. non poſſ. Alberic. & Salicet. in l. fin. in fin. C. ad l. Cornel. de Sycar. Farinac. q. 73. num. 1. Toloſan. in ſintagm. lib. 29. cap. 8. nu. 1.

Et quamuis ebrietas ab excuſando probanda ſit, eaque talis, vt mentis alienationem induxerit, Rip. in l. fin. num. 8. C. de reuocan. donat. Menoch. de Arbitr. lib. 2. caſ. 326. n. 11. Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 579. num. 4. Aym. conſ. 159. in fine, Laderch. d. conſ. 207. eſt etiam tamen verum illam vti difficilis probationis ſignis, & coniecturis probari, de quibus Lucas de Penn. in l. 1. C. de erogat. militar. annon. lib. 11. Bertaz. conſil. 26. à num. 1. Laderch. dicto conſ. 207. circa fin. Maſcard. de probat. concluſ. 578. lib. 2.

In propoſito ſigna à teſtibus relata, ſufficientia ſanè videbantur, & talia, quæ ebrietatem arguerent; Dicebant enim quod completo illa die conſueto militari exercitio, miles iſte ſtatim acceſſit ad diuerſorium, ibique in Commilitonum ſocietate decies, & vltra bibit, Rurſus, cum inde receſſerit ad alia diuerſoria ſe contulit, & ibi reiteratis vicibus grandes vini calices ſine aqua epotauit, itaut poſtea quotquot ei obuiarent, ex loquela, & inceſſu, Licet neſcirent tantam vini copiam ingurgitaſſe, ebrium nihilominus reputarent, Ex loquela autem, inceſſu, & reiterato potu ebrietatem concludi obſeruarunt, optimè Luc. de Penn. Bertaz. Laderch. & Maſcard. in locis ſupra relatis.

Accedebat prædictis, quod in exercitio militari in Platea, vbi

vbi Sol valde feruebat diù commoratus fuerat, & ad cœnam duodecies poſtea biberat, adeo vt ex prædictis teſtes benè ebrietatem concluderent, cum nedum veriſimiliter, ſed neceſſario ebrietas in tot vicibus reiterato potu concludatur Laderch. vbi proximè.

Et prædictis non obſtabant contraria, nam primum quod non probaretur ebrietas in ſumma ſpecie ceſſabat, ex dictis teſtium, quos etiam de credulitate depoſuiſſe ſufficeret, Bertazzolus dicto conſ. 26. num. 6. Maſcardus de probat. dicta concluſ. 578. & ex tot vicibus reiterato potu, vt benè Laderch. d. conſ. 207. verſ. conſidero enim, & Luc. de Penn. loco citato, vbi quod præſumitur ebrius, qui vltra conſuetudinem bibit.

Secundum quod ex induſtria, & data opera ſe inebriaſſet tollebatur in primis ex facto quãdoquidem Duodecim teſtes referebant rixam confeſtim, & ex improuiſo ortam, ex eo quod miles iſtę habens cyatum præ manibus, vt iterum biberet, vulneratus illum ei ſurripuit, aſſerens, ohimè tutto il vino t'hai beuuto tu imbriacone, laſcia beuere à me ancora, & exinde ſuborta rixa, gladio, quem nudauit, vulnus intulit, ſicque ex facti circumſtantijs, ob iracundiam potius repentinam quam ex veteri odio rixam habuiſſe ortum conſtabat, & ideo etiam ex capite iracundiæ excuſationi locus erat cap. ſi quem penituerit 2. q. 3. gloſ. in c. tutum, verſ. calore de conuer. coniugat. Mart. conſ. 82. n. 6. iracundia enim facit abeſſe dolum, l. 2. C. de abſolut. & in c. ſi quis iratus, vbi gloſ. 2. q. 3. & in cap. ita 10. quæſt. 3. itaut prouocatus quicquid facit, ſine dolo dicatur facere, Roman. ſingul. 5. Tiraquell. de pœn. temperan. cauſ. 1. num. 6. Nouell. de defenſ. in princip. num. 29. ſine dolo autem non procedit diſpoſitio textus in l. omne delictum, §. ſi quis Commilitonem, vt latè per Tiraquellum de pœnis temperan cauſ. ſexta numer. decimo, Caballus reſolution. criminal. centuria tertia, caſ. 294. num. 75.

Illa enim præſumptio animi deliberati contra vulneratũ, de qua deponebãt teſtes, tollebatur ex accidẽti ſuborto ob cyatũ abre-

abreptum, & impictam iniuriam, verbis illis contumelioſis, Imbriacone, Mart. d.conſ.82.n.14.

Secundo reſpondetur, quod delictum non poterat dici cõmiſsũ ex induſtria dato quantumuis, quod ex induſtria ſe inebriaſſet. Nam ſi effectus erat ebrius, vtique mentem habebat alienatam, vt concludunt omnes Doctores pracitati; At ſi mens erat alienata, erat profecto alienata etiam ab eo, quod facere propoſuerat, & ſic delictum dici non poteſt commiſſum ex illo propoſito vt bene conſiderauit Menoch. de arbitr. lib.2. caſ.325.n.9. qui licet ibi loquatur in mẽtecapto ex induſtria, tamen in caſu ſequenti ait militare rationem in Ebrio ex induſtria. At ego hanc Menochij æquiparationem inter mentecaptum ex induſtria, & ebrium ex induſtria, in hoc caſu ſine ſcrupulo admittitendam duxi, ſtantibus rixæ circumſtantijs, & magna ebrietate. Cœterum ſi abſque vlla cauſa rixæ ebrius inimicum ſuum vulnerarit, tunc potius pręmeditate, & ex induſtria factum aſſeruerim, ad euadendam pęnam; licet in his nullam putem tradi poſſe congruam regulam, ſed circumſtantias negotij eſſe diligenter animaduertendas.

Vltimo demum fundamento, quod ex ſolo delicto ebrietatis ſeueriori eſſet afficiendus pęna, vt fuit pluribus exemplis roboratum, licet hoc fortius in Militem eſſet argumentum, ſufficit reſpondere legem adeſse claram, qua per vinum, & laſciuiam lapſus mitius puniendus eſt in d.§.per vinum. Quam eo magis amplectendam cenſui, quia in hoc Milite, non ſolum, nõ aſsiduo verum, nec bina ebrietas probabatur, & illa verè accidentalis apparebat; Itaque cum venialiter peccet is, qui ſemel, & ſine culpa ebrius euadit, §.criminis diſt.25. Farinac.q.73.n.3. non erat iſte mortaliter puniendus, ſtante maxime eius in militaribus aptitudine, ſtrenuitate, & fidelitate. His omnibus Duci exercitus relatis, & offenſi Militis leuitate vulneris attenta; Tunc ipſe menſi quo vini potum offenſori Militi interdixit in memoriam ebrietatis effugiendæ; binos alios addidit ob delictũ, vt expurgandis cuſtodiarum manſionibus inſeruiret.

L ARGV-

ARGVMENTVM

Edictum ne Prouincialibus fiat iniuria facto, vel verbis, quando intret, & multa de eo, qui percutit proprii ſocii percuſſorem.

S V M M A R I V M.

1 *Militibus pluſquàm in alijs modeſtia eſſe debet.*
2 *Refertur exemplum Auidij Caſſij.*
3 *Aliqua de Carolo Octauo Gallorum Rege.*
4 *Refertur caſus.*
5 *Leuis iniuria inter graues Viros magni fieri ſolet.*
6 *Vir qui tantiſper honorem faciet eliget ſibi potiùs vulnerari, quam lato gladio percuti.*
7 *Ex percuſſione lati gladij adeo honor denigratur, vt præſtet mori, quam viuere.*
8 *Crimen commiſſum in loco ſacro, ſacrilegium dicendum eſt.*
9 *Regula, quod vis illata, vi repelli poſſit, procedit, quando non exceditur moderamen inculpatæ tutelæ.*
10 *Cum iniuria manu infertur, manu eſt repellenda.*
11 *Verba tanquam notæ præcordij animum declarant.*
12 *Miles promptus ad vindictam aduerſus hoſtes & non ciues eſſe debet.*
13 *Cum ciuibus gerere ſe debet humaniter, & timide ad iniurias repellendas.*
14 *Socrates conſtituit perfectum militem iniuriarum omnium tollerantiſſimum*
15 *Edicta ad hoc, vt procedant, requirunt dolum.*
16 *Sine dolo non procedit edictum, adeo vt, nec lata culpa ſit ſatis,*
17 *Edictum conceptum verbis, Non ardiſca, de ſui natura præſert meditationem, & dolum.*
18 *Offendens Comitem meum, in ipſo actu comitationis, me ipſum offendere dicitur.*
19 *Pax rumpitur ex offenſione facta ſocio itineris.*
20 *Inconſultus iracundiæ calor facit abeſſe dolum.*
21 *Actiones debent reſpondere qualitati perſonæ.*
22 *Munus primum iuſtitiæ eſt, ne quis cui noceat, niſi laceſſitus iniuria.*
23 *Qui vult ſui rationem habere debet, & ipſe idem de alijs facere.*

Bene

24 *Bene agi non poteſt de illo, qui cum alijs malè ſe gerit.*
25 *Ex debito honorem profitentis, ſocius defenden. eſt.*
26 *Militum conſuetudo dum expletur honorem tribuit, & dum omittitur eum adimit.*
27 *Non eſt honori, quod dignitate non ſaluâ prætermittitur.*
28 *Honoris amiſſio ſoluit Militem a Militia.*
29 *Defenſio licet fieri etiam ſuper altare, & in ipſo rei diuinæ ſacrificio.*
30 *In prouocato, & iracundia commoto non conſideratur exceſſus.*
31 *Grauior offenſa, inter Militares viros, reputatur alapa, quam lato enſe percuſſio.*
32 *Feruèſcente ira, non militat ratio vindictæ.*
33 *Milites, vt plurimum ſunt celeres ad iram, & ideo de facile dant manus ad arma.*
34 *Præceptum Socratis, conſtituens Milites iniuriarum tolerantiſſimos, irridetur a Democare.*
35 *Aggreſſus potius tenetur fugam arripere, quam aggreſſorem occidere, ſi poteſt ex fuga ſe incolumem reddere, ſed limita id in milite.*
36 *Miles occidendo aggreſſorem, pœnam ordinariam non ſubit.*

CASVS XX.

EDICTO ſancitum erat, ne quis alicui ex Prouincialibus, iniuriam tam facti, quam verborum ſpeciem concernẽtem inferret, pœna arbitrio iudicis ſtatuenda etiam capitis, iniuriæ, qualitate, loco, & tempore cõſideratis. Huius edicti obſeruatio ſicuti ad omnes pertinet tanquam præcepto iuris
1 ordinata, Alterum non lædere, S. iuris præcepta inſtit. de Iuſtit. & iur. ita in Militibus, in quibus pluſquam in alijs modeſtiæ eſſe debet, Cæſar. de bell. Gall. lib. 7. magis exacta

L 2 requi-

requiritur Ayal. de iur. & off. bell. lib. 3. c. 1. nu. 10. in fin.
2 Tanti ſuo in exercitu hanc æſtimauit Auidius Caſſius, vt eos milites, qui leui iniuria incolas, vbi caſtra ponebāt, afficerent, ſupplicio Crucis dānaret, Vulgat. Gallic. in Auid. quod ſi Ca
3 rolus VIII. Gallorū Rex eodē rigore in ſuos hac ſuper re fuiſſet vſus, Neapolitanum Regnum fortaſſe non amiſiſſet illius enim Patriæ Ciues cum amplius militum, inſolentiam ſufferre nequirent, à Caroli obedientia receſſerunt Guicciard. lib. 1.

His poſitis miles dū ſub D. Franciſci porticu deambularet de ſuo quodam negotio, cum Ciue Ferrarienſi ſermonem habens, illuc ex improuiſo ſe contulit alter Ciuis, qui iratus valdè irata verba cū factis miſcens, eū qui cum milite differebat, colapho percuſſit, hoc poſtremo ex ore manās, Come hai hauuto ardire di dar i calci à mio figlio? Miles viſa iniuria quam ſibi impactam reputauit, cum ſecum adeſſet offenſus, hæc verba alta voce proferens, Si poco riſpetto à me? eum pluries lato gladio cecidit, quamobrem accuſatus dubitabatur qua pœna mulctandus eſſet.

Et graui aduerſarius aiebat, quippe hic omnia concurrebant, quæ iuxta diſpoſitionem edicti crimen onerare poterant.

Et primo honeſta ſui qualitas, etenim non obſcuris parentibus ortus, & nihil mechanici exercēdo ſuis rebus viuēs ſecūdos in patria gradus obtinebat, quæ cōditio augebat iniuriā l. Prætor, ff. de iniur. cū adductis per Azon. in ſum. C eo. vt inter graues eſſet numerādaPut. dec. 393 p. 2. Nou. ſup prag. Regn. collect. 107. cū tamē etiā leuis apud honeſtos viros magni fieri ſoleat Neguſ iun. poſt plures quos cōgerit q. 539. ſub n. 20.

Secundo Actus iniuriæ, quē fuiſſe grauiſsimum ex eo ſuadere satagebat, quod Ciuē honeſtè natū oppreſſerit, modo infimis cū hominibus nec vtendo, vir enim, qui tantiſper honorem faciat, ſibi potius eliget vulnerari, quam lato gladio percuti, Caſtyll. d. dec. 171. n. 3. & 7. lib. 2. immo ex hoc adeo honor denigratur, vt præſtet mori, quam viuere Caſtyll. d. dec. 171. nu. 3. & 4. lib. 2.

Tertio locus Porticus ſcilicet D. Franciſci, quæ cū ſacra ſit,

Bonacc.n.

Bonaccin.de legib.tit.de immunit. Eccleſ.q. 7. §. 2. n. 5. crimen in ea commiſſum ſacrilegium erat exiſtimandum, Vincen. de Franch.dec.402.Balb.dec.313.Thoming.dec.59.quos omnes colligit Ricc.in ſua collectan.795.cir.med.

Quarto, & vltimo tempus ea enim hora, qua id accidit diuina cœlebrabātur officia, quæ ideo exturbata fuerunt, atque ideo etiam ex hac cauſa pœna augenda l. ſi quis in hoc genus, C. de Epiſcopis, & Clericis vbi gloſa in verbo ipſi cultui.

Nec miles excuſabatur ex eo, quod amicum impunè defendere poſſet, & vim illi illatam vi repellere Petr. à Plach. in epith. delict. lib. 1. c. 28. n. 24. Gomeſ de delict. tit. de homicid. n. 21. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 490. n. 10. Menoc. de arbitr. Iud. caſ. 361. n. 10. & ſeq.

Quia tunc valeret excuſatio, quando ipſe non exceſſiſſet moderamen inculpatæ tutelæ, l. 1. C. vnde vi l. 3 §. tum igitur ff. de vi, & vi armata, l. vt vim ff. de iuſt. & iur. & ibi gloſ. & omnes ſcribent. Quod in caſu noſtro fuiſſe exceſſū ex eo colligebatur, cum tantummodo manu aggreſſorem repellere poſſet, cum iniuria manu fuiſſet illata, d. l. 3. §. eum igitur, ff. de vi, & vi armata Grammat. conſ. 63. num. 2. & 3. ſicuti videmus, quod inſultatus lapide ſi enſe feriat inſultantem moderamen excedit, Neguſ. Iun. quæſt. 452. num. 10. vel quatenus more militum enſem denudare intendebat, eo ſimpliciter denudato minando tantū poterat offenſorem reprimere, & ſic amicum ſocium à quocumque periculo liberare, Neguſan. dicta quæſt. 452. num 9. & 11. Farinac. conſ. 35. num. 33. Hinc fit quod quicquid ille egit potius egerit ad vindictam quam ad ſocij defenſionem, Neguſ. in ſilu. reſponſ. quæſt. 352. num. 37. Accedente præſertim ictuum lato enſe reiteratione Farin. conſ. 35. n. 33. Neguſ. q. 452. n. 8. Nec non verbis, quibus ipſe vſus fuit, Si poco riſpetto à me? quę tanquā notę precordij animū vlctionis declararūt, l. labeo in fin. ff. de ſupellect. legat. Menoch. de arbitr. iudic. q. 7. n. 75. Bardellon. conſ. 36. n. 3. lib. 2. Eugen. Peruſ. conſ. 47. n. 75. lib 1. & tamen miles promptus ad vindictam aduerſus hoſtes,

& non ciues eſſe deberet, cum quibus humaniter & timidè ad iniurias repellendas gerere ſe debet, Ayal. de iur. & offic. Bell. lib. 8. cap. 1. nu. 9. circa fin. & Socrates conſtituit perfectum militem iniuriarum omnium tolerātiſſimum, Paul. manut. Apoctheg. & hinc eſt quod Dux exercitus pro quieto illius regimine debet ſtatuere ne quis iniurias ſibi illatas vlciſcatur, Caſtill. dec. 171. n. 61.

Sed defenſor militis his omnibus reſpondendo ab eo pœnam arcere conabatur.

Dicebat enim edictum non habere locum in hoc caſu cum dolū ſemper requirat l. cum autē, §. excipitur, ff. de edilic. edic. latè Tiraquell. de pœn cauſ. 6. nu. 10. Franc. Marc. dec. 395. n. 2. lib. 2. Rauden. conſ. 27. num. 14. lib. 2. & ſine ipſo, vt procedat nec lata culpa ſit ſatis, Marſil. conſ. 138. n. 5. Boſſ. tit. de homicid. n. 68. maximè cū ijs verbis conceptū eſſet, Non ardiſca, quæ de ſui natura præmeditationē, & dolum præferre poſt Card. Felin. Dec. & Marſil. voluerunt Bertaz. conſ. 183. n. 12. lib. 1. Burſatt. conſ. 77. ſub n. 6. vol. 1. Farin. de pœn. temp. q. 87. n. 32. inſp. 1.

Iſtum autem dolum in milite non adfuiſſe ex eo demonſtrabat, quia ille non præmeditatè, nec ſine cauſa aut animi vitio alterum lædit ſed iuſta ira cōmotus, quia ſcilicet amico ſocio iniuriam impactam vidit, vt in his terminis Petr. à Plach. vbi ſupra n. 28. quem ſequitur Addit. ad Farin. conſ. 3. lit. D. Euerard. iun. conſ. 35. num. 3. vol. 1. & in puncto militis defendentis alterum ſecum exiſtentem voluit poſt Ferrett de re militar. tit. de militar. iuſt. num. 84. Caballus caſ. 294. num. 441. cent. 3. offendens enim Comitem meum in ipſo actu comitationis, me ipſum offendere dicitur l. quoniā multa facinora, C. ad l. Iuliam de vi publica latè Euerard. dicto conſ. num. 12. Hinc eſt quod pax rumpitur ex offenſione facta ſocio itineris gloſ. in l. ita apud labeonem, §. ſi quis virginem verſ. tenetur, ff. de iniur. Farinac. quæſt. 107. art. 30. Mart. Med. deciſ. Senen. examinat. 40. num. 34. Quinimò etiamſi oppreſſor ſit Clericus poteſt pro defenſione occidi non tantum, vt propriam ſalutem quis tueatur, ſed etiam

tiam

tiam alterius oppreſſi iuxta communem de qua Abb. in cap. ſi vero il 1. extra de pœn. Claud. Seiſell. in l. vt vim num. 85. ff. de iuſt. & iur. Euerardus dicto conſilio 35. numero quinto.

Neque dolum ratione exceſſus in ſuo principali conſiderari poſſe ſubdit, nã cũ nullã illius rationem aduerſarius habuiſſet offendendo eiuſdẽ conſociũ dum ſecũ deãbularet iuſta ira cõmotus fuit, vt incõſultus iracundiç calor fecerit abeſſe dolũ l. 1. §. quæritur, ff. ad Turpill, Farin. conſ. 2. n. 10. in fin. Gayll. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 100. n. 2. & 11. in fin.

Nec obſtare qualitates, & primo aduerſarij honeſtam conditionem, ſi enim talis erat, qualem ſe verbis inſinuare contendebat, quod debuerat ita ſe gerere, vt ſuæ actiones perſonæ qualitati correſpondiſſent: Nam iuſtitiæ primũ hoc munus eſt vt ne quis cuipiã noceat niſi laceſſitus iniuria Cic. 1. offic. & ſibi animaduertendum proponere, quod ſi rationem ſui ab alijs haberi volebat, debuerat & ipſe aliorum rationẽ habere, nam quid eſt quod cõtra vim ſine vi fieri poſſit Cicer lib. 12. epiſt. 10. etenim qui honorat, honoratur neque bene agi poteſt de illo, qui cum alijs male ſe gerit.

Secundo iniuriam, dicebat enim quod miles non ſolum ex debito boni militis, verum hominis honorẽ profitentis ſocium defendere tenebatur, & iniuriam illi illatam iniuria retorquere Gayll. practicar. obſeruat. obſeruat. 100. n. 4. vbi plures cumulat, & faciunt tradita per Azin. conſ. 5. crim. diuerſ. 114. num. 44. tom. 2. Cic. in 3. de Reipublica noſter inquit populus ſocijs defendendis terrarum iam omnium potitus eſt. Et quidem ſine honoris macula, aliter facere non potuiſſet, attenta militũ conſuetudine, quæ inter ipſos ſic conſtituta quemadmodum dũ expletur, honorem tribuit, ita & dum omittitur eum adimit, Tiraq. de nobilitat. cap. 34. in princ Petrin. Bell. de re militar. part. 8. numer. 46. cum non ſit honori quod dignitate non ſalua prætermittitur, l. honor, in princip. ff. de muner. & honorib. l. vlt. §. 1. ff. eodem; honoris enim amiſſio ſoluit militem à militia l. Prætor, §. ignominia, ff. de his qui not. infam. Caſtill. dicta deciſ. 171. num. 7. lib. 2.

&

& ſoluit etiam vitam cum ſit ſimilis morti, l. iuſta 9. ff. de manumiſſ. vindicta vbi gloſa imo magis timendum eſt periculum honoris, quàm vitæ l. iſti quidem 8. ff. de eo, quod met. cauſ.

Tertio locum, imo hanc qualitatē aduerſariū potius onerare, quā militē ex eo domonſtrabat, quod vbi ille offendit ibidē ipſe ſecutus defenſionē fuerit, quā etiā ſuper Altare, & in ipſo rei Diuinæ Sacrificio facere poterat Ferret. de re milit. tit. de iniuſt. bell. n. 16. & ſeq. Eamdemque militare rationem in eo quod ex aduerſo dictum fuit de Diuini officij exturbatione tanto magis quia ad iuſtā iram, ob receptam iniuriā miles promotus adeo à ſe ipſo deſciuit, vt has animaduertere circumſtantias nequierit, per tex. in l. ſi adulterium, § Imperatores, ff. ad l. Iul. de adulter. c. ſignificaſti ext. de pœnit. remiſſ.

Nō obſtare demū exceſſum moderaminis inculpatę tutelę, quia in prouocato, & iracundia cōmoto nō conſideratur exceſſus, per iura ſupradicta, homo enim calore iræ non eſt in plenitudine intellectus, & quicquid agit, inuitè agit Seneca in lib. de ira ad Nouat. cum alijs relat. per Neguſ. Iun. quæſt. 352. num. 28.

Prętereā nō videtur iuri repugnans conſideratio, quod nullus hic adſit exceſſus, nā ſi habeatur ratio honoris, qui vitæ cōparatur, l. iuſta cauſa ff de man. vindict. l. Iulia, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. & vitæ à militibus anteferēdus vt dixi latius in alio caſu; in tantū quod ſicuti eſt honeſtum defendere propriā vitam, ita, & honorē, gloſ. ſingul. in §. ſuſpectus autem in verſ. ob culpam inſtit. de ſuſpect. tutor. Gherard. ſingul. 87. n. 7. grauior offenſio inter magnos, & militares viros reputatur alapa quam lato enſe percuſſio, Petrin. Bell. de re milit. par. 10. n. 39. Bero conſ. 173. n. 5. Viu. dec. 46. n. 10. Farin. q. 105. n. 210. & ſeq.

Nec ex ijs verbis, quæ dixit miles, Si poco riſpetto à me? eiuſdē actio vindicatiua pręſumitur, ſed ſimplicis, & purę rixę l. ſi ex plagis, §. Tabernarius, ff. ad l. Aquil. l. 1. §. ſi Arietes, ff. ſi quadrup. pauper feciſſ. dicat. cū ſimil. Neguſ. Iun. d. quæſt. 352 num. 30. præſertim cum milites, vt plurimum cæleres

ad

ad iram, & impatientes iniuriarum de facile ponant manus ad arma, Tacit. lib. ſecundo hiſtor. & præceptum Socratis conſtituens milites omnium iniuriarum tolerantiſsimos ſic irridetur à Demochare quemadmodùm nemo poteſt è Thymbra facere bonam lanceam, ita nec è Socrate bonum militem, ſentiens militibus conuenire ferociam, atque hinc etiam videmus, quod licet aggreſſus potius teneatur fugam arripere, quàm aggreſſorem occidere; ſi poteſt ſe ex fuga incolumen reddere, tamen id minimè agendum eſt à milite, qui non tenetur aufugere, ſed aggreſſorem occidendo pœnam ordinariam non ſubit, Bald. conſ. 312. num. 2. in fin. lib. 4.

Amborum rationibus diſcuſsis, & pacem inter partes iniri curato Dux exercitus reſcripſit, militem nullam pœnam mereri, ſed ſi quid culpæ commiſiſſet decem diebus cuſtodiæ, vbi, in facti diſquiſitione, tanto ſpatio permanſerat optimè poſſe compenſari; Attamen ne præſentia loci, non dum benè placatis animis altercationis occaſionem præberet militem à manſionibus Ferrariæ ad manſiones Boniæ dimiſit.

ARGVMENTVM

Miles damnatus de crimine, quod irrogat infamiam, an ſit de numero Militum delendus.

SVMMARIVM.

1 *Miles non deletur de numero Militum, niſi ipſo volente, quod Declarauit num. 14.*

2 *Miles vt dicatur deletus de numero Militum ratione delicti, neceſſe eſt, vt in ſententia exprimatur, quod intellige num. 12.*

3 *Sententia condemnatoria circumſcribitur per gratiam.*

4 *Gratia omnem pœnam remouet.*

5 *Furtum crimen famoſum, & publici iudicij.*

6 *Furtum irrogat infamiam.*

7 *Miles furto damnatus eſt ignominioſè mittendus.*

8 *Item omnia ſtipendia amittit.*

9 *Item omnia beneficia, & omnes honores.*

10 *Item Nobilitatem.*

11 *Poteſt repelli à pugna.*

12 *Miles damnatus de furto, virtualiter priuatur Militia abſque alia expreſſione in ſententia.*

13 *Ex gratia remittitur pœna, non autem infamia, niſi adſit ſpecialis remiſſio.*

14 *Infamis non poteſt eſſe Miles.*

CASVS

CASVS XXI.

MILES damnatus de furto, cui ex gratia fuit pœna deportationis condonata quia erat nobilibus parentibus ortus, ex not. in cap. qui contra 24. quæſt. prima contendebat adhuc ſe militem, & militaribus priuilegijs frui.

Pro eo vigebat lex militaris, qua ſanci-
1 tum eſt, ne cuius que militis ſcripti nomen, niſi ipſo volente deleretur, Liu. lib. 7. 3. Decad. Et eo magis quia in ſen-
2 tentia non erat priuatus militia, vt requirebatur ad hoc vt dici poſſet deletus de numero militum, l. ſecunda, §. ſed ſi cum, ff. de his qui not. infam. cum alijs per Giurb. conſ. 44. num. primo circa medium. Et in omnem caſum ſententia
3 erat circumſcripta per reſcriptum gratiæ lib. 9. C. de ſent.
4 paſſ. Et gratia omnem pœnam remouet, Burſatt. conſil. 54. num. 10.

Contrarium fuit reſolutum, quia cum propter damna-
5 tionem ex publico iudicio, & ex famoſo crimine, vt eſt furtum, Giurb. dicto conſ. 44. num. 27. effectus ſit infamis,
6 l. infamis, ff. de publ. iudic. non ſolum eſt afficiendus ignominioſa miſſione, l. final. ff. de furt. ſed eſt etiam ſtipendijs priuandus, l. cum allegatis, C. de re militar. lib. 12. & in l. penult. ff. eodem, Giurb. dicto conſ. 44. num. 33. in
7 fine, quinimo ipſo iure officia, & honores amittit l. 2. §. miles ff. de his qui not. infam. Giurb. dicto conſ. 44. num. 2. &
8 28. Caball. reſol. crim. caſ. 294. nu. 153. centur. 3. & etiam
9 nobilitatem, Paſchal. de uirib. patr. poteſt. par. 3. cap. 2.

num.

9 num. 60. & ſeq. Adeo vt eſſet repellendus à pugna, ſi nobi-
lem virum ad ſingulare certamen prouocarit, Ferret. conſ.
15. num. 3. & 5. quem ſequitur Bardellon. conſ. 156. num.
6. lib. 2. Nec poſſet habere commendas religionum milita-
rium, vt Sancti Ioannis Hieroſolymitani, Diui Stephani,
& ſimilium, nedum vigore ſtatutorum dictorum Religionum
verum etiam de iure communi, vt latè Caballus caſ. 172.
per tot.

Non obſtat quod in ſententia non fuerit expreſſa priuatio
10 militiæ, nam ex quo erat de famoſo crimine damnatus, dice-
batur conſequutiuè venire militię priuationem, Giurb. d. conſ.
44. num. 29.

Non obſtat gratia, nam cum in reſcripto eſſet remiſſa
11 ſola pœna, vtique ex reſcripto non circumſcribebatur ſen-
tentia pleniſſimè Giurb. dicto conſ. 54. num. 57. quia ſpecia-
12 liter ex gratia remittenda erat infamia, Bardellon. d. conſ.
156. num. 57.

Nou obſtat quod ipſo nolente ex numero militum dele-
13 ri non poteſt, quia procederet quando propter demerita ex-
auctoratur non foret, l. qui excubias, ff. de re milit. lib. 3. c.
6. nu. primo; Non enim eſt permittendum, quemquam in-
14 famem militari ſacramento, vel obligari, vel obligatum in
hac noſtra iniuria remanere l. milites, C. de re mil. lib. 12. Et
per has rationes fuit miſſus.

ARGV.

ARGVMENTVM

Milites fures qua pœna puniuntur.

S V M M A R I V M.

1 *Militibus furibus variæ à iure irrogantur pœnæ.*
2 *Milites furantes in Caſtris arma acriter verberantur.*
3 *Milites furantes iumenta manibus mutilantur.*
4 *Miles furto balneario deprehenſus ignominiæ cauſa mittitur.*
5 *Pœna illa eſt irroganda, quæ à legibus indicta eſt.*
6 *Pœna eſt potius mitiganda, quam extendenda.*
7 *Furta olim à Ducibus non parui nominis fuerunt permiſſa.*
8 *Edicta inuiolabiliter ſeruanda ſunt.*
9 *Raptores niſi furtum ſit magnum, vel alia aggrauans qualitas concurrat, pœna mortis non plectuntur.*
10 *Exempla aliqua ſeruntur.*
11 *Intellectus plurium iurium.*
12 *Pœnæ omnes, & furti, & aliorum delictorum Duci arbitriæ ſunt.*
13 *Dux eſt ampliſſimus Arbiter pœnarum.*
14 *Furtum ſi in alijs turpè, in milite turpiſſimum reputatur.*
15 *Dux in crimine furti meritò redditur inexorabilis.*
16 *Romani compellebant ſeruos omnes, & liberos ad iuſiurandum ſe nihilè Caſtris ablaturos.*
17 *Exempla rationi, & iuri repugnantia non vſurpanda, ſed damnanda ſunt.*
18 *Fures modo gladio, modo armentali rota, modo laqueo, & furca coercentur.*

CASVS XXIV.

MIlitibus, qui furta cōmittunt, varias habemus iure irro-
gatas pœnas, lege enim Iuſtiniani græca 37. furātes in
1 Caſtris, ſi quidē arma ſubtraxerint acriter verberātur,
2 ſi verò iumenta manibus mutilantur: & l. 40. Si miles, & arma
3 furetur, gradu militiæ pellitur, cui concordant, l. deſertorē, &
l. 3. §. qui aliena arma ff. de re milit. & l. fin. ff. de furt. balnear.
4 vbi Paulus militem, qui furto balneario deprehenſus fuerit,
ignominiæ cauſa mittit. Duo ergo milites, qui puerum quem-
dam ſeduxerant vt ſpecularetur, & indicaret eos, qui è Sacro
Monte Pietatis prætioſa pignora luerent, cum catenam, & tor-
ques aureas valoris ſcutorum ferè octuaginta Ferrarienſi cui-
dam rapuerint, pœnis prædictis affici poſſe, non autem ſeue-
5 rioribus aiebant, cum pœna illa ſit irroganda, quę à legibus in-
dicta eſt, ad tex. in l. auth. de non elig. ſecund. nub. §. ſin autem,
& quæ notantur in l. cum quidam, ff. de lib. & poſthum. cap. is
6 qui de ſent. excom. in 6. gloſ. in c. fin. de iurepatr Et pœna non
ſit extendenda, ſed potius mitiganda l. factum, cuique, §. in pœ-
nalibus, cum ibi not. ff. de reg. iur. Burg. conſ. 8. num. 2. Surd.
de aliment. tit. 1. q. 51. n. 12. Tiraq. in l. ſi vnquam in verbo re-
uertatur n. 246. C. de reuocand. donat. præſertim quia militi-
7 bus furta olim permiſſa à Ducibus ſanè non parui nominis
manifeſtis exemplis hiſtoriæ indicant, vt de Henrico Saxonū
Rege Vicitchind. Monac. lib. 2. de reb. Henr. Sax. de Aegyptiis
Diod. Sicul. lib. 2. de Græcis Tucidides lib. 1. belli Pelop.

Sed vt vltimo afficerentur ſupplicio ſuadebatur, ex clara edicti diſpoſitione, qua etiam in furto rei minimæ ſi violenter furata fuerit, & ſic commiſſa rapina, pœna mortis indicta erat; huiuſmodi namque edictis vti, illorumque obſeruantiam inuiolabiliter curandā, monuerunt poſt alios To-

loſ.

Ioſ. in ſintagm.lib.16.c.12.in fin.Borell.de Magiſtr.ædict.lib.
1.c.vlt. n.43.quicquid ſecus dicendũ videtur,ceſſante ædicto,
ſola iuris cõmunis diſpoſitione attenta, qua raptores niſi fur-
tum ſit magnum, vel alia aggrauans qualitas concurrat pœna
mortis non plectuntur, de quo videri poterunt, Peguer. dec.
26 & 27.& Farin.q.167.à n.20.

Idque prorſus à priſcis Ducibus vſitatum innumeris com-
10 probatur exemplis,quæ in vnum coaceruauit Cotor. de iure
militum lib.3.c.11.vbi inter alia,quod Carolus Burgundiorũ
Dux quemdã patibulo affigi iuſſit, qui aniculæ mulieri galli-
nam ſubtraxerat:& Auidius Caſſius,qui ſe Marium dici vo-
luit,milites qui aliquid Prouincialibus per vim ſurripuiſſent,
ijs quibus peccauerant locis,in crucem ſuſtulit,vt alij deterre-
rentur aſpectu Vulgat. Gallican.in vita Caſſij Toloſ.in ſin-
tagm.lib.19.c.12.n.1.

Neque obſtabant contraria, quandoquidem legibus ſupra
11 relatis prohibitum non habemus,vt ſi miles furtum alioquin
capitali dignum pœna admittat, leui illa mulctandus ſit, eo
quia miles eſt;quia imo pœnæ omnes,& furti,& aliorum deli-
12 ctorum Duci arbitriæ ſunt,qui earum ampliſſimus arbiter eſt
Bald.in l.1.col.7.per illum tex. C.de Sũm.Trin.& fid.Cattol.
Petrin.Bell.de re milit.p.8.tit.vnic.n.86. caueant igitur mili-
tes ne furta committant, quia ſi in alijs turpe crimen iſtud re-
13 putatur in ipſis ſanè turpiſſimum, adeo vt inexorabilem red-
dant Ducem,& apud eum meritò non inueniantur interceſſo-
res, & apud Romanos inualuit conſuetudo, vt dum Caſtra-
14 metati eſſent Tribuni ſeruos omnes,& liberos ad iuſiurandũ
adigerent,nihil è caſtris ablaturos, Polib.de Roman.caſtrame-
tat.Cotor.de iur.milit.lib.3.c.11.

Exempla verò relata minimè vſurpanda,ſed damnanda ſunt,
15 cum rationi,& iuri, ex diametro repugnent,potius vero imi-
tandos eos,qui fures,& præſertim raptores modo gladio,mo-
16 do armentali rota, modo laqueo, & furca coercuerunt, quos
videre eſt,apud Cotor.vbi proximè.

Furcæ igitur ſupplicio damnati extiterunt, eo magis, quia
alia commiſiſſe furta falſi ſunt.

ARGVMENTVM

An ſub edicto, quod omnes teneantur reuelare delictum, comprehendantur ii, qui ſub ſecreto ſigilli confeſſionem delicti a reo habuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Reipublicæ intereſt delicta, & pandi, & puniri.*
2 *Dux quicquid edicto cauit inuiolabiliter eſt ſeruandum.*
3 *Contraueniens edicto Ducis indictas inibi pœnas non euitat.*
4 *Edictum de reuelando quando eſt generale etiam ſecreto commiſſa comprebendit.*
5 *Cauſarum patroni clientum ſecreta ſibi commiſſa inſtante altera parte iudicialiter deferre tenentur.*
6 *Longe validior militat ratio, ne patronus aduerſus clientem, quam tertius, contra tertium teſtimonium dicat de rebus ſibi confiſis.*
7 *Centuriones præ omnibus debent honorem habere præ oculis.*
8 *Viri profitentes honorem non poſſunt ſine infamiæ nota aliena crimina in fiſcum deferre.*
9 *Deferre aliena crimina in fiſcum offitium flagitioſi, & turpis viri reputatur.*
10 *Deferre aliena crimina in fiſcum eſt vetitum à gloria ſtipendiorum.*
11 *Miles nullam infert honori notam dum edicto Ducis obtemperat.*
12 *Obedientia honeſtam facit rem alioquin indecoram.*
13 *Miles duplici vinculo obedire obſtringitur iuramento, ſcilicet, & iuſtitia.*
14 *Miles inuitus teſtis eſſe non cogitur.*
15 *Miles tunc non cogitur eſſe teſtis, quando ad teſtimonium perhibendum auocaretur à ſignis.*
16 *Nemo delinquentem denunciare tenetur.*
17 *Tiberius Imperator vna nocte occidi iuſſit eos qui inter delatores eſſent primarij.*
18 *Traianus Ceſar in nauibus maris, & ſcopulorum miſericordiæ commiſſos, ſine remis, & velis naufragio expoſuit.*
19 *Delatores in omnibus oſtendunt crudelitatem ſuam, & odium quod in mortale genus habent.*
20 *Secretum pandere neſarium, & perfidum reputatur.*

Dete-

21 *Detegens ſecreta fidei ſuæ commiſſa, punitur pœna falſi.*
22 *Edictum de reuelando, locum non habet in eo, qui crimen ſub promiſſione de non reuelan. propalatum habuit.*
23 *Secretum non concernens crimen læſæ maieſtatis, aut euenturum malum, numquam reuelan. eſt.*
24 *Qui ambulat fraudulenter reuelat amici commiſſum.* (ſunt.
25 *Superioris præcepto ea violare non tenentur, quæ de iure naturali, aut diuino*
26 *Secretū in quo continetur crimen læſæ Maieſtatis, neceſſario reuelandum eſt.*
27 *Verius ſenſerunt, qui putarunt Procuratorem, vel Aduocatum de ſecretis ſibi a Cliente commiſſis ad perhibendum teſtimonium non eſſe cogendos.*
28 *Aduocatus, quæ à Cliente ſecreta habuit, non magis tenetur reuelare, quàm Confeſſarius peccata pœnitentis in foro fori.*
29 *Aduocati licet moniti ſint ſub pœna excommunicationis ſecreta Clientum reuelare non debent, etiam ſi veritas aliunde haberi non poſſet.*
30 *Cato dicere ſolitus fuit, contra cognatos aduerſus Clientes teſtificantes, nemo bonus vnquam teſtimonium dicit.*
31 *Marius dixit non eſſe moris patrij patronū aduerſus Clientem teſtē adduci.*
32 *Legibus interdictum erat contra Clientem patronum teſtimonium dicere.*
33 *In ſtatuto, vt quilibet teneatur denunciare maleficium commiſſum, ſi non denunciet ille, qui delinquenti reuerentiam debet, ceſſat pœna.*
34 *Edictum quantumuis generale non comprehendit eos, qui à teſtimonio repelluntur.*
35 *Similia edicta habent in ventre rationem ſi reuelantium teſtimonium, ſit bonum, & probet.*
36 *Detegens crimen habitum cum promiſſione de non reuelando, fregiſſe fidem dicitur.*
37 *Fidem frangens, ſine dubio bonus teſtis non eſt.*
38 *Fidem frangens ad delendam maculam fractæ fidei non poteſt euitare torturam.*
39 *Qui crimen ſciuit ſub promiſſione de non reuelando, ſtante edicto de reuelando, poteſt ſe à reuelatione abſtinere, timore torturæ.*
40 *Edictum loquendo per verba temporis præſentis, ibi, Sapendo, non comprehendit eos, qui poſtea ſciuerunt.*
41 *Exemplum Attilij Reguli.*

CASVS XXIII.

INTERFECTVS fuerat Miles, & cum
reus Curiæ non innoteſceret, & ex manda-
to inimicorum, quos habebat in Patria cri
men patratum ſuſpicaretur, ne delictum
tam atrox, & turpe occultum, & impune
remaneret, emiſſum fuit proclama, vt quiſ.
quis de reo, vel notitiam, vel coniecturas
haberet Curiæ deferre teneretur: cum ergo Miles quidã Cen
turioni ſuo quaſi conſilium poſtulans ſe interfectorem ape-
ruerit, & arcanum tanti momenti ſub ea conditione ne pande-
ret fidei eius commiſſerit, Centurio qui & Duci obedire ſine
violatæ fidei nota cupiebat propalauit ei negotium ſubdens,
vt ſe ad reuelãdum minimè adſtringeret in iudicio niſi de iu-
re ad id compelli poſſet: & cum Dux annueret, dubitaui an de
iure teneretur reuelare. Et cum de proclamatis validitate nõ
eſſet dubitandum quippe vti publicum fauorem continens cũ
1 Reipublicæ interſit delicta & pandi, & puniri, priſcis tempo-
ribus vſitatum ab Alexandro Magno refert Quint. Curt. hiſt.
lib. 1. & hodierno iure approbatum dicunt cõiter Doct. in c.
qui cum fure, extr. de furt. & in l. 3. ff de condit. furt. vbi Bart.
2 & Ang. videbatur ſine hæſitatione Reſpondendum Centu-
rionem teneri; quicquid enim Dux edicto cauit inuiolabiliter
eſt adimplendum, Borel. de Magiſtrat. edic. lib. 1. c. vlt. nu. 43.
3 adeo vt qui contrauenit indictas ibi pœnas non euitet,
vt in puncto ſimilis edicti probauit Bertaz. conſ. 107. lib. 1. &
conſ 343. lib. 2. in crimin.

Retardanda autem delatio non erat ex eo quod ſub pro-
miſſione ne panderet Centurio crimen ſibi confiſum haberet,

quia

quia edictum erat generale, & ad publicam vtilitatem, & vti
4 tale etiam ſecreto commiſſa comprehendebat, vt ex Innoc. Angel. Aret. & alijs & iure receptũ, & in praxi ſeruatũ teſtatur Farin. de indit. & totur. q. 51. n. 22. Si enim cauſarum patroni
5 clientum ſecreta eorum fidei commiſſa iudicialiter proferre inſtante altera parte compelli poſſunt, vt de magis communi Farin. de Teſtib. q. 60. n. 178. & 222. cũ ſeq. multo magis quilibet alter ad id compelli poterit, quandoquidem longè vali-
6 dior militat ratio, ne patronus aduerſus clientem, quã tertius contra tertium de ſecreto fidei ſuæ commiſſo teſtimonium dicat ex Cat. de quo Gell. lib. 5. noct. atticar. c. 12.

Non item ex eo quod cum militum Centurio eſſet, & præ-
7 cipuè propriũ honorẽ præ oculis deberet habere nõ potuiſſet ſine infamiæ nota aliena crimina Curię deferre cũ hoc flagitio
8 ſiſſimi, & vilisſimi hominis officiũ reputetur, ideóq; à gloria ſtipendiorũ vetitũ, l. deferre, §. itẽ milites, ff. de iur. fiſc. Bell. de re
9 milit. p. 7. n. 24. quandoquidem nullam infert miles honori notam, dum edicto Ducis obtemperat, l. iniuriam, §. ſi quis decreto, & §. quæ iure ff. de iniur. Ioann. de Plat. in l. omnes Iudices, C. de Decurion. lib. 10. Bouadill. in Polit. libr 3. c.
10 11. nu. 13. rem etenim alioquin indecoram obedientia honeſtam facit c. qui reſiſtit c. Iulianus in 11. q. 3. Panor in c. Paſtoralis, §. quia vero notab. 3. ext. de offiic. deleg. præſertim in
11 milite, qui duplici vinculo punctuatim obedire ligatur iuramento ſcilicet, & iuſtitia, Azor. inſtit. moral. p. 3. lib. 13. c. 28. col. 1207.

Non tandem ex eo, quod inuitus miles teſtis eſse non co-
12 gitur l. inuiti, ff. de teſtib. Cotor. de iur. milit. c. 10. lib. 2. quia id eſt verum quando vt teſtimonium perhibeat à ſignis auoca-
13 tur Bellin. de re milit. p. 2. n. 30.

His tamen parum attentis Centurionẽ denunciare non obligatum, ideoq; ad id inuitũ non compellendũ verius exiſtimaui
14 duplici ratione, prima quia nemo delinquentem denunciare tenetur tex. eſt expreſſus in l. 1. §. ſi tibi, vbi Iaſ. num. 1. ff. de condit. ob turp. cauſ. Bald. in l. 1. C. eod. tit. cũ alijs per Bertaz. conſ. 107. n. 10. lib. 1. & conſ. 343. nu. 1. & 5. lib. 2. præſertim

ſi

ſi honoris iacturã timet, Ita enim de delatoribus protulit Cic. lib. 2. offic. Duri hominis, vel potius vix hominis videtur periculum inferre multis, id enim tum periculoſum ipſi eſt, tum
16 ſordidũ ad famã, committere vt accuſator nominetur, eoſdẽ mirũ in modum inſectatur, Tacit. lib. 4. dũ inquit genus hominũ publico exitio repertum, nec pœnis vnquã ſatis coercitũ;
17 & Tiberius qui ab initio eorũ, præcipuus protector fuit, omnes qui inter delatores primarij erant vna nocte occidi iuſſit, vt refert Dio. Caſſ. lib. 58. eoſdem Traianus Cæſar in nauibus
18 maris, & ſcopulorum miſericordiæ cõmiſſos ſine remis, & velis naufragio expoſuit, vt refert Plin. in 2. Traiani panegir.
18 & ſane non ſine ratione iſti namque in omnibus oſtendunt crudelitatem ſuam, & odium quod in mortale genus habent. Altera fuit ratio, quia ſecretum pandere nefarium, & perfi-
20 dum reputatur, Summ. Tabien. in verb. confeſſio, quam refert, & ſequitur Bonacoſſ. commun. opin. crim. p. 1. Decian.
21 tract. crim. lib. 7. c. 17. n. 8. vbi quod detegens ſecreta fidei ſuę commiſſa punitur pœna falſi Menoch. de arbitr. caſ. 137. poſt nu. 2.

Nõ obſtat edictũ, quia locũ ſibi nõ vendicat in eo, qui crimẽ
22 ſub promiſſione de non reuelando propalatũ habet Boich. Card. & Anan. in c. qui eum fure de furt. Soccin. conſ. 201. n. 3. vol. 4. Rimin. Iun. conſ. 327. lib. 3. Bertazz. conſ. 107. num. 13. lib. 1. & conſ. 343. nu. 6. lib. 2. Clar. in §. fin. q. 27. verſ. ſed quæro numquid & ibi Baiard.

Et quamuis non deſint qui contrarium ſentiant relati à Farinac. loco ſupracit. vbi ita in praxi receptum aſſerit, tamen ad veritatem hauriendam, eſt aduertendum duplicem conſtitui poſſe ſecreti differentiam, aut enim ſecretum eſt tale, quoquis non poſſit obligari vt teneatur pandere, cuiuſmodi ſunt
23 ſcelera, quæ non concernunt crimen læſæ Maieſtatis, aut euenturum malum, iuxta notat. in cap. in multis in l. ſi ſtipul. & in l. Impoſſibilis, ff. de verb. obligat. & in l. impoſſibiliũ ff. de regul. iur. & tunc nullo modo tenetur prodere etiam ex præcepto ſuperioris, ratio eſt quia cum obligatio tenet tũc ad ſeruandũ ſecretũ fidei noſtræ cõmiſſum, & duinio, & natu-

rali

iure arcemur ex Salamone prouerb. cap. 11 vbi dixit qui ambulat fraudolenter, reuelat arcana, qui autem fidelis eſt animi, celat amici commiſſum quod eſt repertum in cap. qui ambulat. 5. quæſt. 5. & Eccleſiaſtici 27. qui reuelat arcana amici fidem perdat, & notāt inferius citandi, ſuperioris autem auctoritate, & præcepto ea violare non tenemur, quæ de iure naturali, aut diuino ſunt. aut vero ſecretum tale eſt ad quod ſeruandum quis obligari non poteſt, vt ſi ſit crimen læſæ maieſtatis, vel quia ſi non ſeruetur quis poſſit impedire peccatum, & eue nturum malum exempli gratia ſi ſecretum contineat crimen non commiſſum, ſed committendum, & tunc ſecretum bene detegi, & poteſt, & debet; ea ratione quia ſine ſui nocumento quis occurrit futuro malo ita poſt Diu. Thom. 2.2. quæſt. 70. art. primo diſtinxit. Sot. benè examinans in tract. de ratione tegen. ſecretum memb. 2. quæſt. 7. concluſ. 4. Sebaſtian. Medic. de concord. Canonic. decret. quæſt. 5 art. 1. cauſ. 5. & cauſ. 2. quęſt. 7. art. 1. Nauarr. in manual. confeſſ. cap. 17. nu. 51. verſ. Et laicus, & in cap. inter verb. 11. q. 3. concluſ. 6. cartholar 66. n. 799. & ſeqq. vbi n. 805. & ſeqq. omnia remouet cōtraria, & hinc Medicos, Procuratores, Conſultores, Aduocatos, Chirurgos, qui ſecreto crimina norunt, vt eis remedium adhiberent, non obligari ad teſtificandum deduxit poſt præcitatos, Azor. Inſtit. moral. p. 3. lib. 13. c. 28. verſ. Dubium eſt in Titius.

Atque hinc patet ſimile deſumptum ex Procuratore, & Aduocato nihil vrgere, quia verius ſentiunt, qui putarunt Procuratorem, vel Aduocatum de ſecretis ſibi à Cliente commiſſis, vel ijs, quę occaſione officij norunt ad perhibendum teſtimonium non eſſe cogendos, quod ex noſtris tenuerunt Odofr. in l. vltim. ff. de teſtib. in verb. Patroni, verſic. ſed pro Deo, Bartol. in l. deferre num. 2. verſic. dic tu breuiter, ff. de iur. fiſc. Abbas in capit. inſuper num. 8. verſic. vide Bartotolum de teſtibus Prob ad Monach. in capit. vt animarum num. 66. de conſt. in 6. Afflict. in conſtit. Regni Aduocatos num. ſexto, verſiculo etſi Aduocatos, vbi diſtinxit inter ea quæ non ſecreto, & vti tales à Cliente habuerunt, aſſe-

rens

Digitized by Google

rens quod iſta non magis tenetur reuelare, quam Confeſſarius peccata pœnitentis in foro fori Zabar. in d. c. inſuper col. vlt. verſ. licet de teſtib. Caball. reſol. crim. caſ. 159 n. 24. & ſeqq. & fuit deciſum in Senatu Pariſienſi, vt referunt Toloſ. in ſin. tagm. lib. 48. cap. 13. n. 31. Ioann. Gall. 968. de Franch. dec. 222. num. 9. Surd. deciſ. 190. in fin. verſ. in præſenti, qui eamdem diſtinctionem amplexi ſunt, immo quod nec teneantur licet moniti ſub pœna excommunicationis fuerint poſt Theolog. firmarunt Neuizan. in ſilua lib. tertio verb. monitione num. 47. Coſt. de fact. & iur. ignor. diſtinct. 55. n. 2. & ſeqq. Lazzar. de monitor. ſect. 2. quæſt. 16. num. 1. cum ſeqq. vbi num. 4. Intelligit procedere etiam ſi veritas aliter haberi non poſſit.

Et verè in eamdem ſententiam iuerunt antiquiſſimi illi Romanorum legum conditores, Catonem enim dicere ſolitum, Pro cliente ſæpe contra cognatos aduerſus clientem nemo bonus vnquam teſtimonium dixit refert Gellius libro quinto capit. 13. noct. attic. Marius cum poſt Tribunatum præfecturam peteret, & de ambitu accuſaretur, contra eũ teſtis adductus Caius Herennius non eſſe moris patrij, patronum aduerſus clientem teſtem adduci. Ipſe enim Marius Mariique progenitores Herennię familiæ clientes fuerant Plutarch. in Mario, & quod legibus interdictum eſſet contra clientem patroni teſtimonium, teſtis eſt Tullius in Verrem act. 4. dum enim Verrẽ Reum criminum in Sicilia patratorũ poſtularet, & Verris cauſam ageret Hortẽſius inſignis orator, Cicero ſic proſequitur. Qui melius hæc cognouit quam tu Hortenſi, qui Romæ fuiſti ad quem Dio confugit, qui de Dionis iniurijs, grauiſſimè per litteras cum verre quæſtus eſt noua tibi hæc ſunt, & inopinata? nunc primũ hoc aures tuę crimen accipiunt, nonne multa mei teſtes, quę tu ſcis neſciunt, te mihi teſtẽ in hoc crimine eripuit nõ iſtius innocẽtia, ſed legis exceptio, & ſeruatum etiam videmus è contra à clientibus erga patronos, & omnes alios, quibus debetur reuerentia, ibi namque ſtante ſtatuto, vt quilibet teneatur denunciare maleficium ſub pœna, ceſſat pœna ſi non denunciat ille, qui reueren-

uerentiam delinquenti debet, vt ſunt Seruus Colonus, vxor, filius, aliique huiuſmodi Manent. conſ. 132. num. 34 vbi quod iſti tenentur defendere, & non offendere poſt Farin. q. 51. n. 27. & 41.

Atque etiam hinc deſumitur nihil referre quod edictum ſit generale, quia ſufficit ex præalleg. quod ſecreto ſciens non teneatur propalare præterquamquod qvantumuis generale non comprehendit eos qui à teſtimonio repelluntur, ſed ſimilia edicta habent in ventre conditionem, ſi reuelantium teſtimonium ſit bonum, & probet vt eſt in puncto celebris doctrina Felin. in cap. de cætero num. 17. de ſent. & re iudic. vbi dicit Conſtitutiones Bonifacij VIII. Martini V. Eugenij IV. imponentes pœnam ſcientibus tenentes beneficia cum ſimonia, & non reuelantibus intelligi quatenus ſcientes talem ſimoniam legitimè probare poſſint vt poſt vndecim Doctor. conſuluit, Natt. in terminis conſ. 668. num. 10. lib. 4. Bertazzolus conſil. 28. num. 9. & conſil. 347. nu. 22. & loquuntur omnes etiam de reuelatione ad Aures Felic. allegat. 96. num. 6. par. ſecunda

At in caſu noſtro dictum Centurionis nequaquam affi. ceret, quia cum ille vt integram veritatem fateretur, & periurium euitaret debuiſſet etiam deponere ſe à milite crimen ſciuiſſe cum prædicta promiſſione de non propalando, cum vt ſupra dictum eſt talis promiſſio eſſet ſeruanda, ſequitur quod dum illam, crimen detegendo non ſeruaſſet, fidem fregiſſe diceretur, l. ſed, & addes 21. §. final. ff. locat. l. non minorem, C. de tranſact. cum vulg. fidem autem frangens ſine dubio bonus teſtis non eſt, Farinacc. de teſtibus quæſt. 56. num. 452. & in puncto deduxit Marſilius conſil. primo num. 8. Caballus reſolut. crimin. caſ. 29. centuria prima; vbi quod non poſſet euitare torturam ad delendam talem maculam, quam etiam ob cauſam poſſe à reuelatione iudiciali abſtinere tradiderunt, Natt. vbi ſupra, Gutier. Canonic. quęſtion. lib. primo capite vndecimo numer. 22. & Farinacius dicta quęſtione 51. numer. 75.

Prę-

Prædictis omnibus addebam proclama, de quo agebatur loqui per verba temporis præſentis, ibi ſapendo, ideoque non comprehendebat Centurionem iſtum qui poſt illud emiſſum crimen à milite ſciuit, vt in his terminis obſeruarunt Bertaz. d. conſ.107.n.11. Bero.conſ. 163.n.5.lib. 3.

Meam ſententiam ſic vt ſupra explanatam ex Illuſtri actu Attilij Reguli Dux exercitus comprobauit, ille enim licet Senatus permitteret vt ad Pœnos non rediret, ne tamen fidem eis datam violaret, elegit potius redeundo ſupplicium ſubire, vt auctor eſt Tullius lib. 1.& 3. offic. cuius exemplo fidem ſeruare omni poſtpoſito metu pœnę generoſum militem decet.

ARGVMENTVM

An & quando liceat militibus alienas vuas, & poma decerpere, & comedere.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio edicti.*
2 *Refertur exemplum Aureliani Cæſaris.*
3 *Item Caſus.*
4 *Aedicta generalia ita ſunt intelligenda, vt quoad minus fieri poteſt ius commune corrigant.*
5 *De iure communi, ſemper licet viatori ſpicas: vuas, & poma decerpere, & etiam de iure diuino.*
6 *Statutum interdicens viatoribus huiuſmodi facultatem non valet, tanquam contra ius diuinum.*

CASVS

CASVS XXIV.

AD coercendam Militum licentiam, & ne prouincialium agri, vel in frugibus, vel in vuis,& pomis,alijſq.terræ fructibus aliquã ſentirent læſionem cautum edicto fuit, ne dum aliquid ex alienis poſſeſſionibus ſurripere,ſed nec per eas euagari Militi cuipiam liceret,Exemplo Aureliani Cæſaris,qui huiuſmodi leges exercitui præſcripſit,nemo pullum alienum rapiat,ouem nullus contingat,vuam nemo auferat,ſegetem nemo deterat oleum,ſal,lignum,nemo exigat, annona ſua quiſque contentus ſit,de præda hoſtium,non de lacrymis prouincialium habeat, Flau. Vopiſc. in vita Aureliani. Toloſ. in ſintagm. lib. 19.cap. 10.num. 8. Cumque duo Milites à manſionibus Bononiæ ad Ferrariæ manſiones redeuntes,ciuis Ferrarienſis vuam ſurripuerunt, comediſſentque inuito colono, re ad me delata,dubitaui num aliqua pœna eſſent plectendi. Et nullam mereri pœnam ſum arbitratus,quia edicta pœnalia ita ſunt intelligenda,vt quoad minus fieri poteſt ius cõmune corrigat,eiq.aduerſentur,l. 2.ff.de noxal. Rom.cõſ 90.n.4. Surd. conſ.4.n.49.&conſ.382.n.87.lib.3.Farin.conſ.36.lib.1 At hic ſi edictum de Milite viatore eſſet intelligendum læderet ne dum nimis ius commune,quo inſpecto viatoribus,& ſpicas & vuas comedere ex alieno agro,aut vinea ſurreptas ſemper licet,Fel.in c.omnes col.fin.nu.31.verſ. adde alium caſum diſt. 1.Rip.in l.damnum,ff de damn.infect.Cagnol. in l. quæ propter,n.6.ff.de reg. iur.Cepoll.de ſeru.ruſtic.prædij cap. 20. titul.de meſſe,& vindem.num. 3.ſed etiam ius diuinum cap. 13 Deuteron.in verbo Ingreſſus c.6 quæſt. 3. cap. diſcipulus, diſtinct. 5. de conſecr. ita vt nec valeat ſtatutum interdicens

N hu-

huiuſmodi facultatem viatoribus, tamquam contra ius diuinum, Surd.de alim.tit.8.priuileg.39.n.8.

Et nec eſt diſtinguendum, an comedens hoc fecerit, vel neceſſitate impulſus, vel non, Couar. pract. quæſt.cap. 37.n.3 vbi quod hoc eſt priuilegium viatoris, idemq. notant Alberic. in l.vlt.C.ad l.Aquil. Cæpoll. de ſeruit. ruſtic. præd.cap. 9 tit.de ſeruit. iuris paſcendi num.12.

Neque dicatur quod ita interpretando redderetur edictũ eluſorium; quia immò admodum vtile eſt, pro ijs, qui viatores non ſunt: Viatores enim intelligendi ſunt non quique deambulantes animi cauſa; ſed ij, qui ab vna ciuitate, vel oppido, ad alia loca ſe conferunt.

ARGVMENTVM

Paganus, vel Miles in numeratione ſtipendiorum ſe falſo ſubmittens, qua pœna ſit puniendus.

S V M M A R I V M.

1 *Aſſumens cuſtodiæ officium, eſt ad illud exactè obligatus.*

2 *Qui ſe obſtrinxit ad id, ad quod non tenebatur ſibi debet imputare.*

3 *Cuſtodiens niſi probet cuſtoditum caſu fortuito ſe à cuſtodia exemiſſe, culpa in ipſo præſumitur.*

4 *Culpa in cuſtodia à milite adhibita, vltimo ſupplicio punienda eſt.*

5 *Pœna ſe falſo ſubmittentis, eſt vltimi ſupplicij.*

6 *Falſitas ſubmittentis ſe falſo ad numerationem pecuniæ, non in derobanda pecunia. Sed in auferenda gloria, ſtatuque Principis conſiſtit.*

8 *Falſa de militibus relatio fuit cauſa præcipua ſtragis Papiæ in exercitu Frãciſci Gallorum Regis.*

9 *Quis non debet aſſumere cuſtodiam alicuius, niſi credat poſſe eum cuſtodire.*

10 *Culpa ad hoc vt excludatur a cuſtodiente debet vim facere fugienti*

11 *Qui percutit iuris auctoritate Dei miniſter eſt*

12 *Qui non vtitur remedijs opportunis ad obuiandum fugæ, non ſolum eſt in culpa ſed in dolo.*

Sergens

13 *Sergens eos, quos cuſtodiæ tradit inermes tradere debet.*
14 *Sergens cuſtodiam unius debet duobus committere.*
15 *Cuſtodia non eſt danda Tyroni, ſed veteranis.*
16 *Milites præſtare tenentur obedientiam maioribus officialibus.*
17 *Miles Tyrò qui obedientiæ cauſa aſſumpſit onus cuſtodiæ, non aſſumpſit propterea periculum cuſtodiæ, quod præter ipſius culpam euenire poterat.*
18 *Non eſt imputandum Militi ſi de propria fortitudine confidat.*
19 *Adultus in ſtabulo exiſtens, ſi lumen puero conſignet, & ex lumine ſtabulum comburatur, non puero, ſed adulto imputan. erit.*
20 *Ex negligentia in non fungendo rectè officio ſubminiſtratur inditium contra officialem de conſenſu cum delinquente.*
21 *Inditium ſi concurrat mendacium, augetur.*
22 *Non eſt veriſimile quod veteranus in officio non ſeruet ſolita obſeruari in officio.*
23 *Ex variatione reſponſionum oritur inditium.*

CASVS XXV.

DVM Milites exacto iam menſe, quo ſtipendium exceperant, ad nouam eiuſdem numerationem conſueto ordine accedebant, quidam ex illis ſuo iam ſumpto ſtipendio, alterius cuiuſdam fictum locum vſurpans, temere ad erogatorem ſe contulit, vt pecuniam ſibi numeraret, qui fraude detecta, illum Sergenti detinendum præcepit, ab eo igitur armis non exutus, cuidam Tyroni Militi traditus dum ab illo cuſtodiebatur in vno ex angulis domicilij, vbi pecuniæ numeratio agebatur, fugam arripuit. Dubitatum itaq; fuit, an Militi cui cuſtodiendus traditus fuerat huius fuga culpæ tribuenda eſſet, an potius Sergenti, qui eum tali Militi cuſtodiendum tradiderat.

Et videbatur culpa Militi aſcribenda, cum .n. officiũ cuſtodiæ aſſumpſerit erat ipſius ratione ad illam obligatus, Farinacc.

 de

de carcer.& carcerat.q.31.num.19.& ſibi imputet, quod ſe a- ſtrinxit ad quod non tenebatur, c. damnum de reg. iur. in 6. cũ multis per Tiraq. in l. ſi vnquam in verbo bona, n. 5. C. de re- uoc. donat. Petrin. Bel. de re milit. p. 6. tit. 1. num. 13. Quo fit, vt dum non probat, cuſtoditum à cuſtodia caſu fortuito ſe e- xemiſſe, culpa in ipſo præſumatur ad tex. in l. fin. ff. de cuſtod. reor. Farinac. de carcer. & carcerat. d. q. 31. nu. 19. & 20. alios adducit Fab. de Anna conſ. 31. n. 9. lib. 1. Franc. del Caſtill. deciſ. 90. num. 9. Quæ in Milite eſſet vltimo ſupplicio punien da, ex text. in l. Milites, ff. de cuſtod. reor. Fab. de Anna dict. conſ. 31. num. 4. verſ. Bene verum, præſertim, quia detentus ſub cuſtodia eamdem erat paſſurus; l. ſi quis aliquid, §. Mi- les, ff. de pœn. Petrin. Bell. de re milit. tit. vnico de delict. mi- lit. & eorum pœn. num. 73. par. 8. Farinac. d. q. 31. n. 5. & 6. Pœna enim ſe falſo ſubmittentis eſt vltimi ſupplicij ex his quæ cumulat, Ferret. de re milit. tit. de militar. iuſt. & pœn. deſertor. inflig. nu. 106. cum ſeq. quem ſequitur alios referen do, Cabal. reſol. crimin. caſ. 294. num. 242. cent. 3. cum huiuſ- modi falſitas non in derobanda pecunia, ſed in auferenda glo ria vita, ſtatuque Principis conſiſtat; Legimus enim quod inter cauſas præcipuas ſtragis Papiæ in exercitum Franciſci Primi Gallorum Regis, fuit falſa de Militibus relatio, qui pro ipſo pugnabant. Ginut. in ſua diſcipl milit. lib. 1. inter delicta mi- litaria cap. 64.

Nec Militi ſuffragatur recepiſſe in cuſtodiam Militem ar- matum, quem cuſtodire non poterat, ſi ſibi reſiſteret, quia non debuerat aſſumere huiuſmodi cuſtodiã, niſi huic caſui obuia- re poſſe crederet, l. qui bona, §. cũ inter, & l. in hac, ff. de dam. infect. Et proſpicere, quod id de facili euenire poterat; Alex. conſil. 51. col. 6. lib. 2. Aymon. conſ. 170. n. 11. Surd. conſ. 391 n. 43. & 44. lib. 3. & conſ. 355. nu 30. eod. Et in omnem caſum vt culpa ab ipſo excluderetur, debuerat Militem inobedien- tem, & reſiſtentem percutere ne à cuſtodia euaderet, ex doctr. Bald. in l. finali, C. de exhib. reis; Qui enim percutit iuris auctoritate Dei, ac iuſtitiæ miniſter erit, cap. qui malos per- cutit, 23. q. 1. pluribus exornat Farinac. conſ. 55. n. 86. lib. 1. cũ-

que

que non vſus fuerit remedijs opportunis ad obuiandum fugę non ſolum eſt in culpa, ſed in dolo, Bald. conſil. 395. pro Domino, verſ. Quinto quia lib. 2. Aymon. conſ. 21. n. 10. & conſ. 97. num. 7. & conſ. 21. num. 2. & dolo non caret, qui non exequitur, quod potuit Anchar. conſ. 281. n. 6.

Exaduerſo dicebatur culpam adſcribendam eſſe potius Sergenti, quam Militi ex pluribus.

Primo, quia Sergens non debebat tradere cuſtodiendum Militem armatum, tunc ex legis ſcriptæ diſpoſitione, vt per Farin. de carcer. & carcerat. d. q. 31. n. 44. in fin. & n. 95. tum ex ipſa conſuetudine, in primis enim captiuus Miles armis exuendus à Sergente præcipitur, & ſub cuſtodia inermis committendus, vt in quacumque exercitu ſeruatur.

Secundo, quia debuerat non vni tantum Militi, ſed duobus ſaltim eum cuſtodiēdū conſignare. Farin. de carc. & carcer. d. q. 31. n. 37. & in puncto Cotor. de iur. milit c. 37. verſ. fi. li. 3.

Tertiò, accedit, quod conſignatio fuit facta Tyroni, quam conſignationem damnat Cotor. loco ſupracit. cum ſit facienda veteranis, idem Cotor. vbi ſupra. Ex quibus omnibus Sergentis culpa, patet Cotor. vbi ſupra.

Non obſtat, quod Miles onus cuſtodiæ in ſe aſſumpſerit, quia id egit neceſſitate impellente, obedientiam nempe, quā Milites maioribus officialibus præſtare tenentur, Ferret. de re militar. tit. de obed. & pac. ſeruan. in exercitu n. 50. ideo dici debet, quod aſſumpſerit in ſe cuſtodiam, non autem periculū cuſtodiæ, quod præter ipſius culpam in cuſtodienda euenire poterat, ſicuti videmus in ſimili in Caſtellano ſcilicet, qui caſtrum cuſtodiendum aſſumpſit, nam ſi illius culpa caſtrū adoriantur hoſtes, puta, quod nō pugnauerit, non vigilauerit, &c. nec Principem de neceſſarijs ad Caſtrum muniendum certiorauerit, certè ipſe tenebitur. At ſi illius culpa non procedat, vt quandoque contingit, quia Princeps, vel arma, vel milites, vel alia neceſſaria nō miniſtret tunc non tenebitur. Alciat. in Specul. princip. cap. 47. n. 31. & conferunt, not. per Bart. in l. quod Nerua, ff. de depoſit. Ita ſane in hoc caſu.

Nam in Milite omnis ceſſabat culpa, quia cuſtoditum, ne-

dum aufugientem proclamauit, ſed & ictu tormenti bellici eundem occidere velle oſtendit, licet fruſtra cum aufugiens minimè perterrefactus alio tormento, quod præ manibus gerebat ſe cuſtodientem occiſurum ſimularit. Erat ergo omnino adſcribenda culpa Sergenti, qui nec inermem, nec duobus illum cuſtodiendum præcepit ad tradit. per Pariſ. conſil. 40. num. 6. lib. 1. Decian. conſil. 2. num. 45. lib. 1. & faciunt tradita per Farinac. q. 31. n. 166. cum plur. ſeqq.

Nec obſtabat, quod Miles diſcrimen cuſtodiæ præcauere debuerat, illudque Sergenti ſignificare, quia fortaſſe de propria fortitudine confidit, quod in Milite repugnandum non eſt, immo id non ſine vilitatis nota patefacere potuiſſet, & è contra Sergens propria prudentia id præcauere debebat, præſertim, quia nouerat Militem, cui cuſtodiam commiſit Tyronem eſſe, ſic videmus in alio ſimili relato per Ludou. dec. Peruſ. 10. n. 15. vbi ſi adultus in ſtabulo exiſtens lumen puero conſignet ex quo lumine ſtabulum comburatur, non puero, ſed adulto imputandum erit, qui id præcauere debebat.

Et ex his detegebatur culpa Sergentis, quæ non mediocre ſubminiſtrabat inditium contra eũdem de participatione cũ delinquente, per ea quæ voluerunt Bar. in l. 1. C. de off. præf. Vigil. & Bal. in l. 3. §. cognoſcit, in fin. C. eod. Ex negligentia enim in minus recte fungendo officio, arguitur conſenſus cũ delinquente, vt in c. oſtendit Propheta 23. q. 3. & oritur præſumptio occultæ ſocietatis cum eodem cap. negligere 2. q. 7. c. error. 83. diſt. & cap. facientes 86. diſt. & conferunt in propoſito dicta per Maſcard. de probat. lib. 2. concl. 531. n. 98. & cõcl. 1158. in fi. lib. 1. Farin. de indit. & tort. q. 51. n. 1. verſus finẽ.

Et hæc augebantur mendacio ipſius Sergentis, qui aſſerebat numquam Militem inermem ab ipſo cuſtodiæ traditum, & tamen pluries id egiſſe à pluribus conuincebatur, ex quo oriri inditium patet, Clar. in §. fi. q. 21. verſ. Mendacium in fi. Rim. iun. conſ. 302. n. 15. vol. 3. Maſc. concl. 1000. n. 2. vol. 2. Et hoc eo magis procedebat, cum non ſit veriſimile, quod ipſe Miles veteranus, & in officio Sergentis valde expertus id non ſeruarit, Luc. de Penn. in l. quemadmodum, n. 6. in 9. caſ. C. de

agric.

agric. & cent. lib. 1. Cephal. conſ. 130. num. 7. & ſeq.

Præterea nomen, & cognomen Militis, cuius locum prædictus vſurpauerat, erat ſcriptum in albo Militum de fide Sergentis, quam ſequutus fuerat Generalis Collateralis, & apparebat fictum, ac ſimulatum, cum talis deſcriptus non adeſſet, & Centurio eum numquam vidiſſe affirmaret, ſed ſolummodo crediſſe Sergenti, qui nuper Militem adſcriptum ſibi ſignificauit, cum non apparerent verificationes præmiſſorum pariter participationis ſcelens indicium præferebant Clarus, Maſcard, & alij.

Inſuper interrogatus Sergens in cuius decuria Miles ille eſſet conſtitutus, variabat reſponſionem modo vnum, modo alterum, nominando Decurionem, ex qua variatione pariter indicium reſultare dixit Menoch de arbitr. iudic. q. 186.

His omnibus diſcuſſis ſufficientibus ad torturam per Myſinger. cent. 6. obſeruat. 97. n. 2. & ſeq. fuit tormento ſuppoſitus ſine præiudicio conuictæ culpę, & indicijs per horam purgatis, ob culpam munere priuatus extitit.

ARGVMENTVM

Agitur de probanda propriatione veneni, & num Miles amicum Commilitonem venenare tentans pecunia corruptus, ſit puniendus, vltimo ſupplicio.

S V M M A R I V M.

1 *Refertur Caſus.*
2 *Veneficium mortis pæna puniendum eſt.*
3 *Aſſaſſinium etiam effectu nõ ſequuto, tam reſpectu mandantis, quam mandatarij vltimo ſupplicio punitur.*
4 *Quæ ſint requiſita aſſaſſinij.*
5 *Qualitas aſſaſſinij inducitur ſpe præmij, etiam nulla præcedente promiſſione.*

Pro-

6 *Promiſſio quæ continet certitudinem in genere, non poteſt dici promiſſio incerta.*

7 *Promiſſio per verbum, Ti rimunererò, eſt promiſſio incerta.*

8 *Promiſſio facta mandatario in aſſaſſinio, ſi eſſet facta in contractu licito pareret actionem contra promittentem.*

9 *Illud dicitur certum, quod per ſe certum eſt.*

10 *Quando agitur de aliquo diro crimine ſufficit fuiſſe deuentum ad actum proximum.*

11 *Morte non ſequuta non eſt de morte agendum.*

12 *Eſt iudici arbitriarium ex qualitate facti arbitrium ad mortem extendere.*

13 *In crimine veneficij adeſt annexa qualitas proditionis.*

14 *Proditio ſi in alijs eſt deteſtanda, multo magis in milite, qui profitetur honorem.*

15 *Turpiſſimum eſt militi ſi hoſtem ipſum occidat fraude, & occultis modis.*

16 *Refertur exemplum Romanorum.*

17 *Veneni genera quot ſunt, & quæ.*

18 *Venenum vnde nuncupatum ſit.*

19 *Venenum vetitum, & prohibitum quale ſit, & quale permiſſum, & impunibile.*

20 *Antimonium cuius veneni ſpeciei ſit.*

21 *Effectus antimonij qui ſint.*

22 *Non poteſt dici conſtare de veneficio; quando venenum propinatum non conſtat eſſe principaliter adinuentum ad hominum necem.*

CASVS XXVI.

MILES rogatus, vt ſuo cuidam commilitoni venenum propinaret, motus à pecuniæ promiſſione hoc pacto concepta: Se tu l'auuelenerai, ti veglio dare tanti denari, che te ne potrai contentare, mandatum exequi conſtituit, habito igitur antimonio, quod venenum credidit, illud commilitoni potandum dedit, hæſitabatur qua pœna plectendus eſſet.

Et

1 Et quidem vltimi ſupplicij, nam veneficio pœna mortis pu-
niendo, l. 1. ff. ad l. Cornel. de ſicar. accedebat qualitas aſſaſſi-
2 nij, quæ etiam effectu non ſequuto, tam reſpectu mandan-
tis, quàm mandatarij ſimili modo punitur per tradita à Do-
ctor. in cap. 1. de homicid. in 6. & per Menoch. de arbitr. iu-
dic. caſ. 360. n. 42. Cabal. de omni genere homicid.

3 Aderant enim omnia requiſita illius, nempe mandatum ad
occidendum.

Acceptatio mandati.

Promiſſio cuiuslibet rei certæ, vel incertæ, & quod occi-
dendus eſſet Chriſtianus, Giurb. conſil. 46. num. 8. Intrigl. dec.
40. n. 50. cum ſeqq.

Nec obſtare uidebatur, quod promiſſio pecuniæ eſſet in
4 genere, non autem certa, & ſpecifica, prout debere eſſe
requirit, Farinacc. q. 23. inſpect. 4. n. 145. Giurb. conſ. 70. nu.
37. nam dupliciter reſpondebatur.

Primo, quod qualitas aſſaſſinij inducitur ſpe premij, etiã
5 nulla præcedente promiſſione Gab. de maleſ. concl. 1. n. 3. li.
7. Maſcard. de probat. concl. 138. n. 2. verſ. amplia hanc: plu-
res cumulat Honded. conſ. 93. n. 66. & ſeq. lib. 2. Farin. dicta
q. 123 nu. 146. circa fin. inſpect. 4

Secundo, quod in caſu noſtro promiſſio non erat incerta
cum contineat certitudinem rei in genere, quia mandans di-
xit: Ti voglio dare tanti denari, che te ne potrai contenta-
6 re. Tunc enim fuiſſet incerta, quando contineret promiſ-
7 ſionem præmij in genere, vt ſi dictum eſſet Ti rimunererò;
quando verò promiſſio eſt facta ſpecialiter de pecunia, tunc
quia ſi eſſet facta in contractu licito pareret actionem ad-
uerſus promittentem pro re illa certa conſequenter incerta
8 dici non poteſt, ex gloſ. in l. ſalarium, C. mandati, Et ita
intelligendus eſt Gabriel. conſil. 170. num. 18. qui loquitur in
generali promiſſione ſub genere generaliſsimo; non autem
ſub genere ſubalterno, & faciunt tradita à Vincent. de Fran
9 ch. deciſ. 176. par. 1. vbi quod certum dicitur illud, quod
eſt certum de per ſe, At in caſu noſtro, ſi contractus Aſſaſ-

ſinij

ſinij eſſet licitus, dum expreſsit mandans, Ti voglio dar tanti denarì, che te ne potrai contentare. Iſta promiſsio pecuniȩ in genere eſſet certa de per ſe, & ſolum indigeret declaratione quantitatis, quæ eſſet remittenda arbitrio boni viri, & pro quantitate arbitrata, daretur actio, vt per gloſ. in d. l. ſalarium.

Nec obſtabat, quod Miles ex veneno ſumpto non eſſet
11 mortuus, quia propter diritatem criminis ſufficiebat deuentum ad actum proximum, Farinac. de effect. punien. quæſt. 122. num. 19. par. 5. Ioan. Aloyſius Ricc. collect. 1895. Et in aſſaſſinio Farinac. dicta par. 5. quæſt. 123. nu. 77. Ricc. collect. 1867.

12 Et quicquid dici poſſit, quod morte non ſequuta, non ſit de morte agendum, iuxta commun. iuris concluſionem, Schenard. conſil. decimonono, num. 49. libro ſecundo,
13 & Iudici arbitrarium ex qualitate facti, arbitrium ad mortem extendere, vt copioſe docet Farinac. quæſt. 17. num. 8. Schenard. dicto conſil. 19. num. 51. Adeſt enim in crimine
14 veneficij annexa qualitas proditionis, Decian. tract. crimin. cap. 22. num. primo, lib. 9. Mart. dec. 1. num. 20. quæ ſi in a-
15 lijs eſt deteſtanda, multò magis in Milite, qui cum profiteatur honorem turpiſſimum eſt ſi fraude, atque occultis
16 modis hoſtem ipſum occidat. Romani qui honori ſemper & gloriæ ſtuduerunt hoſtem veneno licet poſſent, numquã debellare curarunt; Cum enim Medicus quidam Pyrri obtuliſſet C. Fabritio Conſuli ſe illum veneno necaturum, eũ non modo reiecit, ſed & ſcripſit Pyrro à veneno caueret.

17 Exaduerſo dicebatur, quod duo ſunt genera veneni, alterum ad necem inuentum, alterum ad ſalutem, hoc nomine nuncupatum, quia per venas dilabitur, Rebuff. ad l. qui venenum, ff. de verborum ſignificatione; primum ergo ve-
18 titum eſt, & punibile, quod appellatione veneni in pœnalibus proprie venit. Felin. in cap. ſuper his de accuſat. Alciat. in dicta l. qui venenum, Vulpell. conſil. 145. num 10. cum alijs per Farinacc. quæſt. 122. par. 5. num. 127. & ſeq.
19 Secundum permiſſum, & impunibile, quod ſpecialius, & pro-

propriè Pharmacorum nomine appellatur.

20 In propoſito antimonium eſt ſecundæ veneni ſpeciei, quod à natura inuentum eſt ad ſalutem, interiora ſanans viſcera mũ dificans, vlcera tollens, tumefactiones comprimens, oculis ſalu berrimè medens, & in magnis corporis infirmitatibus proficuum medicamentum, vt poſt Galenum, & alios multos commemorat Matthiol. ad Dioſcorid. libro quinto, cap. 58. Gabr. Fallop. de Metall. cap. 29. Mar. Cornacchia de curan. corporis affectibus cap. primo, colum. ſecunda, verſic. Tantaturus ſimiliter, colum. quarta, verſic. Hoc pacto antimonium, colum. quinta verſic. Antimonij beneficio, & cap. 7. colum. 15. in 7. argum. verſ. Ad ſeptimum reſpondetur.

Et propterea non videbatur de veneficio conſtare, cum vt 21 procederet inquiſitio debuiſſet eſſe venenum malum ad hominum necem principaliter inuentum, Ludouic. Cat. conſil. 99. num. 10. & ſeq. in primo crim. diuerſ. Bertazzol. conſil. 57. num. quarto, & ſequentib. & 130. in princip. Caſtrenſ. conſil. 299. lib. ſecundo, verſic. Quidam verò Riminal. iun. conſil. 817. num. 41. Afflict. ad conſtitut. Regn. l. 3. rubr. 41. num. 1. Honded. conſil. 88. num. 18. in ſecundo, Decian. in tractat. crimin. lib. 9. cap. 21. num. 8. Caball. de homic. num. 549. Farinacc. quæſt. 122. par. quinta, num. 126. Viu. decis. 548. num. 6.

22 Non obſtabat, quod quandoque antimonium inſpecto ſubiecto, & vltra modum datum poſſit occidere; vt in alia medicamenta, & pharmaca, quibus in dies Medici vtuntur ſi rationem in medela non habeant, l. item ſi obſtetrix, ff. 23 ad l. Aquil. Nam, & quandoque vi medicamentorum homines deſipiſcunt, & mente turbantur, l. item apud Labeo- 24 nem, ff. de iniur. quia reſpondetur, quod cum medicamenta principaliter ſint ad ſalutem inuenta, l. prima, ff. de extraord. cognit. attenditur ſolum, quod eſt principale, non quod ex accidenti poteſt euenire, Ghirland. de ſortil. quæſt. 2. nu. 17. & 20. Monteleon. par. quarta, nu. 247. Corrad. in prax. rubric. de veneficio, num. octauo, ſicuti dicimus, quod eſt at- 25 tendenda ea natura materiei, ad quam principaliter eſt ordinata

nata materies, non autem accidentaliter eſt ordinata, Bellamer. conſil. 43. num. primo, verſic. Clauſulam, & Caſtrenſ. conſil. 66. in princip. lib. 5. & Anchar. conſ. 37. num. 6 in fin. & num. 7,

Nec obſtabat, quod miles reputauit illud eſſe venenum,
26 vt ſit dicendum, quod animus inſpici debet ad effectum alicuius pœnæ incurrendæ ad text. expreſſ. in l. Diuus Adrianus ff. ad l. Cornel. de ſicar. vbi Diu. Adrianus in hæc verba reſcripſit, in maleficijs voluntas ſpectatur non exitus, & ibi gloſ. alia concordantia iura in eodem allegat Luc. de Penn. in l. quoties; num. 6. C. de exact. tribut. lib. decimo, vbi bene exornat concluſionem Tiraquell. de pœn. temperan. cauſ. ſi
27 quia dicta Regula legis Diuus Adrianus, non procedit quando veritas rei tendit ad vtilitatem accuſati, & ſic quando accuſatus habuit animum delinquendi, & credebat delinquere, ſed re vera non deliquit, l. cogitationis, ff. de pœn. gloſſ. in cap. primo de homicid. in 6. vbi omnes Doctores, & in veneficio dixit Menoch. conſ. 480. num. 11. verſic. Reſpondetur ſecundo, lib. 5.
28 Credens enim delinquere in foro fori, ideſt eſſe venenum, cum non ſit, non dicitur delinquere, & iſta credulitas non eſt
29 punibilis, & ſic in pœnalibus modo attenditur veritas, & modo opinio, prout reo fauorabilis eſt ad euitandam pœnã Crauett. conſ. 2. num. 20. Becc conſ. 60. num. 15. Bart. in l. inter omnes, §. recte in fine, ff. de furt. Crau. conſ. 2. num. 8. Me-
30 noch. de arbitr. caſ. 90. num 20. & 25. Quod procedit in confeſſione hujus Militis dicentis ſe deliquiſſe, & pœnam mereri; nam nec huiuſmodi confeſſio eidem nocet. Addent. ad Farinacc. dicto conſ. 65. littera K. verſic. ſecunda eſt limitatio in parte vbi exornatur.

Non obſtat, quod hic concurrant omnia requiſita aſſaſſinij per ſupradicta, quia etiam quod eſſet deuentum ad actũ
31 proximum, æquius eſt adhibere pœnam extraordinariam, vt pluribus oſtendit Giurb. conſ. 46. num 37. Licet in caſu no-
32 ſtro vere non adfuerit actus proximus, cum materia, qua conſtat actus, non eſſet venenum, Bald. conſil. 294. num. 1. verſic.

Item

Item ipſa attenta lib. 1. Menoch. de arbitr. iudic. caſ. 360. num. 23. Idem veneficio quod punitur pœna extraordinaria de mag. comm. teſtatur Maſtrill. ad indult. generale cap. 3 c.
33 num. 10. Viuius deciſ. 112. Farinac. dicta quæſtione 122. nu. 20. Et in proditionis crimine Theſaur. iun. quæſt. forenſ. 25. lib. 1. & 68. num. 4. & 7. lib. 4

His igitur diſcuſſis pœnæ extraordinariæ locus eſſe videbatur; ſed alia inſurgebat difficultas, quæ illi ordinariam pœnā conſtituebat, nempe quod proditoriè commilitonis mortem
34 cum eius inimico tractaſſet, quo Miles committere deteſtabilius non poterat l. Proditores ff. de re militar. Quid enim fide laudabilius in eo eſt, Caſſaneus in catalogo gloriæ mun-
35 di par. 9. pagina mihi 106. quæ licet in quocumque neceſſaria ſit, & ipſa amiſſa, nihil amplius homines perdendum habeant Seneca in epiſtola ad Lucillum; in militantibus tamen maximè congruit quia in hoc militia fundata eſt, vt nulla vnquam fraude vituperetur Caſſaneus ibidem. Atque ideo leges pro ſimplici tractatu proditorio in militem ad mortem inuehunt, l. ſi quis à barbaris, C. de re militar. & l. vniuerſis, C. vbi cauſ. fiſcal. & l. milites, §. reuertentes, & l. omne delictum, ff. de re militar. Ferrettus de re militar. tit. de militar. iuſtit. & pœn. num. 100. verſus finem. Caball. reſolut. crimin. caſ. 294. num. 2. centur. 3. Quæ pœna maximè procedebat ratione exempli, Petrin. Bell. de re milit. tit. vnic. de delict. milit. & eorum pœna num. 77. cuius gratia, etiam leuiora, pœna capitis in Milite ſunt punienda, Theſaur. iun. quæſt. forenſ. 57. num. 17. lib. 2. Atque ideo ex prædictis patet Militi huic non niſi ex gratia, potuiſſe vitam condonari.

O ARGV-

ARGVMENTVM

Pax quando non rumpatur ex recenti offensa exiſtente noua cauſa, & late an conuicia in abſentia prolata, ſufficiant pro noua cauſa.

S V M M A R I V M.

1 *Pax violatur alapę impictione, immo ſola manus eleuatione percuſſione mi nime ſequuta.*
2 *Pax in Milite per alapæ impictionem violatur.*
3 *Impictio alapæ inter grauiſſimas iniurias numeratur.*
4 *Alapa eſt offenſa maior vulneribus.*
5 *Lex Longobardorum refertur.*
6 *Alapa eſt delictum de genere eorum quę nulla poſt ſe relinquunt inſignia.*
7 *Pax per teſtes probatur ſufficienter, perinde, ac ſi per inſtrumentum, probaretur.*
8 *Crimen fractæ pacis in Milite capitale eſt.*
9 *Miles rumpens pacem incurrit in pœnas proditorum.*
10 *Non dicitur fracta pax vbi adfuit noua cauſa*
11 *Percutiens eum, cum quo pacem habebat in dubio prę ſumitur habuiſſe nouã cauſam, ad excluſionem delicti fractæ pacis.*
12 *Noua cauſa quando eſt affectata, non excuſat.*
13 *De verbis in abſentia prolatis, non eſt ſpeculandum an vera ſint, nec ne.*
14 *Dictum Mecenatis ad Auguſtum circa conuicia in abſentia prolata.*
15 *Dictum Auguſti ad Tiberium.*
16 *Dictum Ariſtotelis.*
17 *Iniuriarum obliuiſci ſemper Chriſtianum decet.*
18 *Noua cauſa vt excuſet debet prouenire ex facto aduerſarij nedum iniuſto, ſed etiam punibili.*
19 *Offenſio quę ad iram prouocat, niſi etiam punibilis ſit, non dicitur offenſio.*
20 *Verba iniurioſa, quando non ſunt prolata in praſentia, punibilia non ſunt.*
21 *Verba dubia, debent ſumi in partem, qua delictum excludatur.*
22 *Pax non frangitur, vbi rixa, & offenſa non ex veteri cauſa, ſed ex noua ſuboritur.*

Quando

23 *Quando habemus recentem iræ cauſam intrat concluſio quod iniuria etiam abſenti ſit.*

24 *Conuiciatus in abſentia poteſt conuiciatorem repellere, etiam cum verbo mentiris, ſi tamen loquatur conditionaliter, quatenus ſcilicet de honore ſuo obloquutus fuerit.*

25 *Dicens conditionaliter, mentiris, conditione non exiſtente, mentita non affert iniuriam.*

26 *Expedit Reipublicæ vt iniuriæ illatæ propulſentur.*

27 *Verba iniurioſa, ſiue in abſentia, ſiue in præſentia prolata regulariter tolleranda ſunt.*

28 *Patientia ſicuti neceſſaria eſt in his quæ contra nos fiunt, multo magis in his, quæ contra nos dicuntur.*

29 *Iniuriatus à linguato publico, & diffamato detractore non debet æſtimare iniuriam, quia nullam parit ei iniuria honoris iacturam.*

30 *Quando conuicia dicta ſunt coram talibus, qui putant ea vera, tunc non ſunt diſſimulanda.*

31 *Quando conuiciator talis ſit, vt eius audacia de facili comprimi poſſit, conuicia diſſimulanda non ſunt.*

32 *In conuicijs eſt obſeruan. qualitas detractoris.*

33 *Cum linguato litigandum non eſt, ne eius igni ſtruantur ligna.*

34 *Hi, qui ſunt in exemplo imitationis debent ſi poſſunt detrahentium ſibi verba compeſcere.*

35 *Vnuſquiſque debet omnibus poſtpoſitis honori proprio inuigilare.*

CASVS XXVII.

MILES qui alapam Commilitoni intulerat, redarguebatur, ne dum iniuriarum, ſed & de crimine fractæ pacis, quam in Patria antequam militiæ eſſent adſcripti interant, & ſanè pacem fuiſſe violatam ex ſequentibus rationibus hæſitandum non videbatur.

Digitized by Google

Pacem enim violari, ex qualibet leui iniuria, immo, & minis docuerunt Angel in l. ſi cum exceptione,§. ſatis n. 2. ff.quod met.cauſ. Marſil.in l.is qui cum telo n.21. ff.de ſicar. & in l.1.in princ:n. 50.ff.de q. Bart.in l.licitatio,§.quod illicite, ff. de public. Vulpell. in tract. de promiſſ. de non offend. q. 91. n. 5. & ſeqq. Cæphal. conſ. 190. per tot. vol.2. Farin. conſ. 31. n. 3. & conſ. 36. n. 1.

Alapæ autem impactione, immo & ſola, manus eleuatione percuſſione minimè ſequuta iniuriam inferri,cauetur ad litteram in l. apud Labeonem 1. §. ff. de iniur. vbi Iuriſconſultus ſi quis inquit pulſatus quidem non eſt,verum aduerſus eum manu leuata & ſæpè perterritus eſt quaſi vapulaturus non tamen percuſſus vtili iniuriarum actione tenetur, & ibi latè Doctores præſertim Angel. Corrad. in prax. tit. de iniuriantibus n. 11. Gomez. de delict. cap. 5. rubr. de iniur. poſt n. 3. Baiard. ad Clar. 8. iniuria n. 1. & 2. Theſaur. deciſ. 229. num. 3. Add ad Farin. d. conſ. 36. litt. B.

Et in puncto per alapam à milite commilitoni illatam, pacem violatam dici adnotauit, Petrin. Bell. de re milit. p. 10. tit. 3. n. 39. Inter grauiſſimas namque iniurias adnumeratur alapæ impactio,& offenſa maior vulneribus, adeò vt lex Longobardorum 3. & 7. lib. 1. tit. de his qui inſidiando, vel ſubito ſurgente rixa feriunt,diſpoſuerit vt pro vulnere in ſolidis tribus, itẽ pro pugno,at pro alapa in ſolidis ſex cõponerẽtur, atque ideo graues militareſq; viros minus egre ferre vulnera, quam alapa lædi tradit Petrin. Bell. vbi proximè.

eijciendam ideo Viuij ſentẽtiam qui dec. 46. alapę incuſſionẽ inter leues poſuit iniurias rectè cenſuit Farinac. q. 105. n. 107.

Alapam vero fuiſſe impactam probabatur nedum teſtibus ſed propria percutientis confeſſione, qua nulla maior probatio l. cum te, C. de probat. Marant. de ord. iud. p. 6. ar. 5. n. 25. Surd. conſ. 60. num. 1. eſt enim hoc delictum de genere eorum, quæ nullam poſt ſe reliquunt veſtigia, ideo neceſſe non eſt, vt ex inſpectione de delicto conſtet, vt amplè declararunt Clar. in §. fin. q. 4. verſ. ſcias tamen Foller. in prax. tit. capiat informationem num. 13. Muſcatell. tit. de

cognit.

cognit. ſeu probat. delict. tit. de iniur. & famoſ. libell. n. 2. cum ſeqq.

Et demum pacem alias inter eos fuiſſe initam conſtabat ex teſtibus referentibus percuſſorem fuiſſe eadem alapæ iniuria in Patria affectum, atque pacem feciſſe, quod ſicut inſtrumento, ita & teſtibus legitimè, & ſufficienter probatur, cap. cum Ioannes vbi gloſ. in verb. quodlibet inſtrumentum de fid. inſtrum. etiam ſi ſimus in pace, de qua ſtatutum diſponat. Nell. de bannit. 3. p. 2. temporis, q. 38. n. 14. Farin. conſ. 81. n. 1.

Probatis igitur pace, & iniuria legitimatus erat proceſſus fractæ pacis, Guilel. deciſ. Rotæ Spirenſ. 112. par. 2. & dec. 14. Par. 3. Nouar. ad pragmat. Regn. collect. 185. num. 7. nihilque ſupererat agendum, niſi Reum meritæ ſubijcere pœnæ, quæ in milite capitalis eſt, vt diſponit text. in l. fin. in fin. ff. de re militar. Ferrettus de re militar. tit. de ferijs, induc. Militar. tregu. & pace nu. 170. Ginuz. vbi ſup. vbi ꝙ Miles pacem rumpens in pœnam Proditoris incurrit, eaſdemque pœnas ad Paganum extendi docuit, Alberic. in d. l. fin. in 3. p. ſtatutorum q. 18. in fin. vbi preterea quod bona Rei confiſcantur, idem tenet Ferret. vbi proximè.

Nec obſtare videbatur, nouam hic ſuperueniſſe rixæ cauſam atque ideo pacem fractam dici non poſſe, Dec. conſ. 531. Corn. conſ. 42. lib. 3. Socin. iun. conſ. 103. num. 7. lib. 3. Maſcard. de probation. concl. 1131. num. 27. & concluſ. 1197. nu. 6. & ſeq. Clar. in fin. quæſt. 47. verſ. quæro nunc alijque ibidem per Baiard. relat. nu. 49. & ſeqq. quandoquidem licet noua cauſa deſumi poſſet ex verbis illis, quæ percutiens aduerſus percuſſum protuliſſe, teſtes retulerant è vero che tu hai detto, che io ſia figlio d'vn Frate, e non altrimẽte di mio Padre, e che mia Madre è ſtata continouamente puttana. & ex illis quæ vnicus teſtis percuſſum truci vultu reſpõdiſse deponebat; Nõ sò quel che m'habbi detto, quel c'ho detto è la verità, & in dubio potius ex noua cauſa, quàm ex antiqua ad effectum euitandi crimen fractæ pacis præſumatur illata iniuria, Thob. Non. cõſ. 152. n. 3. inter cõſ. crim. diu. lib. 1.

Maſcard. de probat. concl. 1137. n. 1. & ſeq. Honded. conſ. 97. num. 30. lib. 1. Benint. deciſ. Bonon. 65. num. 20. Tamen eſt aduertendum nouam cauſam non excuſare, ſi affectata ſit, tunc enim doloſa dicitur, Tiraq. de retract. lignag. § 35. gloſ. 4. nu. 37. Hercul. in tract. de caut. de non offendendo, c. 13. n. 9. Maſcard. de probat. concl. 1162. nu. 20

In caſu autem noſtro talis eſſe videbatur, quia de verbis in abſentia prolatis non erat cur ſpecularetur, an vera eſſent, necne iuxta illud pſalm. 37. & qui inquirebant mala mihi loquuti ſunt, vanitates, & dolos tota die meditabantur. Ego autem tamquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Idem nos edocuerunt Ethnici, quandoquidem Mecenas ad Auguſtum iſta protulit, ſi quis conuiciatus tibi fuerit, aut in occulto detraxerit, neque deferentem audire debes, neque delatum punire; turpe enim ſit facile te id credere, cũ cauſam non præbeas, atque id ferè non niſi mali Principes credunt, quos ad fidem inclinat conſcientia ex Dione in Auguſto lib. 52. Auguſtus ad Tiberium, ætati ſuæ, inquit mi Tiberi, noli in hac re indulgere, & nimium indignari, quemquam eſſe, qui de me malum loquatur; ſatis eſt enim, ſi hoc habemus, ne quis nobis malefacere poſſit, ex eodem Dione, & Ariſtoteles cum à referente audiſſet, quemdam conuicijs gloriam ſuam imminuere, reſpondit, ſi illius animus me vocibus abſens lædendo non expletur procul etiam verberibus afficiat. Diogen. Laert. in eius vita, & noſtris temporibus, Prudens quidam vir, qui ſibi contumelias in abſentia ab altero prolatas retulit, alapam impinxit, ſubdens vindictam iſtam obiurgatori deferas ſicut & mihi iurgium retuliſti, eximio ſane facto nos edocens, nec eſſe hiſce relatoribus credendum, nec inueſtiganda, aut vlciſcenda abſentium verba; ſi enim ſemper Chriſtianum decet iniuriarum obliuiſci, vt latè exemplis comprobat Toloſ. in ſintagm. lib. 38. cap. 7. à num. 6. quam laudabilius erit conuicia abſentis inſimulari, atque ideo in caſu noſtro, cum Miles iſte relata ſibi iurgia nullatenus ex prædictis deberet attendere, aſſerendum erat, vt potius antiquã ob cauſam, vt quod veterem iniuriam animo male abolitam

eadem

Digitized by Google

eadem iniuriæ ſpecie vindicaret commilitoni alapam intulerit, vt in ſimilibus terminis conſiderarunt Roman. in l. licitatio, §. quòd illicite, ff. de publican. & ex Bald. in l. final. colum. vlt. C. de edilic. edict. Petrin. Bell. de re milit. par. 10 tit. 10. tit. 2. num. 38.

Præterea noua cauſa vt excuſet, debet prouenire ex facto aduerſarij, nedum iniuſto, & illicito, ſed etiam punibili; non enim dicitur offenſio ea, quæ ad iram prouocat; niſi etiam punibilis ſit Bart. in terminis in d. l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de public. & in l. ſi ſtipulatus, §. Griſogonus, ff. de verb. obligat. Anchar. in cap. ſi clericus in fin. de ſent. excommun. Can. conſ. 11. vol. 1. Farinac. conſ. 31. n. 15. In præſenti autem ſi inſpiciamus verba illa, quæ Militi relata fuerunt, licet iniuriam cõtineant; punibilia tamen non ſunt: ſi verò illa quæ commilito reſpondit: Non sò quel che mi habbia detto, &c. Eo minus punibilia ſunt, quia nullam continent iniuriam, & tamen etiã ſi eſſent dubia deberent ſumi, in partem quam delictum excluderetur Aym. conſ. 9. num. 1. & ſeqq. Adden. Farinacc. conſ. 87. verſ. quare, & conſ. 30. littera L. verſ. Bene verum.

Verius tamen eſſe contrarium, pacem nempè minimè fractam ſequentibus ſuadetur. Pax enim non frãgitur ſi rixa, & offenſa propiore ex cauſa emergat, non ex antiqua, Clar. in §. fin. q. 47 verſ. Quæro nunc, & ibi Baiard. alijque ſupra relati n. 4.

At hic cauſam ſuperueniſſe conſtabat, licet enim nõ probaretur percuſſum dixiſſe matrem percutientis fuiſſe publicum ſcortum, aliaque conuicia ſuperius relata, benè tamen probabatur relatũ fuiſſe percutienti, quod percuſſus ea protulit, inde potuit ad nouã iram commoueri quę rixę cauſam dederit, quando autem habemus recentem irę cauſam intrat concluſio ſuperius firmata, vt ex recenti non ex antiqua nata rixa præſumatur Benint. dec. Bonon. 65. n. 20. cum alijs adductis.

Non obſtant in contrarium adducta, & primo illud quod cauſa iſta fuerit affectata eo quia abſentis conuicia non eſſent, nec ſpeculanda nec attendenda, nam vt obiectũ eruatur eſt in hoc aduertendum Iniuriãm etiã abſenti fieri, vt dicit tex. in l. Item apud Labeonem, § conuitium, ff. de iniur. ibi cõuitium autem

non

non tantum præſenti,verum abſenti quoque fieri poſſe Iabeo ſcribit,& ibi glo.in verb.te abſente,Salic.in l.1.n.2 in 4. C.ſi quis Imperator maledix. Conrad.in prax.tit.de iniur. num.4 Gomez. de delict cap.6.rubr.de iniur.n.1.& 2.Magon. dec. Flor.25.n.1.& 2.Farinac.q.105.n.83.cum ſeqq. & conſequenter poſſe abſentem ſibi proſpicere, vt maculam honori ſuo illatam curet elidere,& quidem poteſt conuiciatorem repellere etiam cum verbo mentiris, ſi tamen conditionaliter loquatur quatenus ſcilicet de honore ſuo obloquutus fuerit, Dec. conſ.487.n.6.& ſeqq.lib.4.Socin.conſ.122. num. 16. & ſeqq. lib.2.Farinac.q.105.n.330.Si enim conditio non verificatur, quia ſcilicet mentitus de mentiente obloquutus non fuerit,tūc mentita locum non habet,ac ideo non eſt damnabilis cum nemini iniuriam inferat;ſi vero conditio verificatur, vt quia fuerit obloquutus,& mentita licet locum habeat, non eſt tamen digna pœna cum prolata fuerit ad propulſandam iniuriam, ex præallegatis; In caſu igitur noſtro ſi potuiſſet Miles conuiciatorem,vt ſuprà mentiri,multò magis potuit eum interrogare num illa de ſe loquutus eſſet. Atq. ideo non mouent exēpla, quia illa ſonant potius in conſiliū quam in neceſſitatem, imò expedit quandoq.etiam iniuriati conſcientiæ Reipubl. vt iniurias illatas propulſet, quod vt benè explicetur eſt aduertendum,verum quidem eſſe, illatas nobis contumelias ſiue in abſentia,ſiue in præſentia eſſe regulariter tolerandas D.Tho. 2.2.q.72.ar.13.qui ad hoc expēdit tex.pſal.37. ſuperius relatum; Ego autem tamquam ſurdus,&c. ea ratione,quia ſicut patientia neceſſaria eſt in his,quæ contra nos fiunt, ita etiam in his quæ contra nos dicuntur ex D.Aug.lib.1.c.34.& ſeq.de ſerm.Dom. Exemplum regulæ poni poterit in conuicijs,quæ à linguato quopiam,aut publico, & diffamato detractore coram talibus prolata ſint,qui & mores,& qualitates iniuriati,& iniuriantis norint. Iſta enim conuicia cum nullam pariāt iniuriato honoris iacturam, ſed ſolum turpem animum conuiciatoris detegant honorifice diſſimulantur, & ſpernuntur.

Ab hac tamen regula receditur ſi vt minimè diſſimulentur conuiciato,aut conuiciatori,aut auditoribus expediat conuiciato,vt

quia

quia conuicia publicè aut coram talibus prolata ſint, vt abſque honoris macula diſſimulari non poſſint, vt ſi apud Auditores eius fama læderetur, vel quia reputarent veras iniurias illatas; vel quia etiam ſi veras non reputarent iniuriatum paruipenderent; hoc enim caſu legitimè iniuriæ repelli poſſunt ea ratione, quia præceptum de patientia non læditur, dū quis propriam dignitatem, & auctoritatem tuetur D. Thom. vbi ſup. & Rotella in verb. Contumelia n. 3. Conuiciatori, quia talis ſit, vt eius audacia iniurias repellendo facile comprimi poſſit, ne de cœtero talia attentet iuxta illud Prouerb. 26. qui imponit ſtulto ſilentium iras mitigat, &c. Neque dicatur hāc rationem ſemper militare, nam obſeruanda erit qualitas detractoris, ſi talis ſit, vt expediat bono aliquo medio illum edocere, ſecus ſi peruicax, & contumelioſus ſuapte natura, ſi iuxta illud Eccl. 8. Non litiges cum homine linguato, & non ſtruas ligna illius igni, D. Thom. vbi ſupra, Sot. de iuſt. & iur. lib. 4. quæſt. 9. art. 3. Auditoribus, vt ſi perſona iniuriati in exemplo ſit imitationis, vt docuit Diu. Gregor. in homil. 9. Ezech. vbi dicit, ij quorum vita in exemplo imitationis eſt poſita, debent ſi poſſunt detrahentium ſibi verba compeſcere, ne eorum prędicationem non audiant, qui audire poterant, & ita prauis moribus remanentes bene viuere contendant, Diuus Thomas vbi ſupra, & Sotus vbi ſupra, & bene etiam iſta explicuit eximius Philoſophię in Bononienſi Gymnaſio interpres Camillus Baldus in libro nuncupato Delle Mentite, ed'offeſe di parole cap. 40

Iſta igitur caſui noſtro applicando, cum verba de quibus ſupra, dubio procul grauem percutienti intuliſſent honori notam, & eſſent prolata in caſtris, vbi vnuſquiſque defenſioni proprij honoris omnibus poſtpoſitis debet inuigilare, potuit merito inquirere num verè illa eſſet de ſe loquutus, nec ne.

Nec obſtat, quod relatori non ſit credendum, quia & in hoc eſt rurſus aduertendum; quod licet relatoribus iſtis, credendum regulariter non ſit ex ſuperius adductis exemplis, tamen & hęc regula ſuas recipit declarationes, Si enim, vt dictum eſt, expedit quandoque vt iniuriam in abſentia prolatam repel-

repellamus cum ea, quæ nobis abſentibus prolata ſunt, nõ niſi per relationem innoteſcere poſſint, conſequenter, & relatoribus etiam credere neceſse erit, obſeruata tamen perſona, & qualitate relatoris, nam ſi ſit nugator aliquis, vt ex ijs qui de alienis rixis gaudium ſumunt, aut inimicus illius quem conuiciaſse refert, & iſtis niſi alia concurrant nequaquam credendum erit. Si verò ſit conſanguineus aliquis, aut amicus, aut alter notæ ſibi probitatis, qui ex amore, & zelo famę amici, certiorem ſe reddiſse ſciat, vtique ſine nota credi poterit, vt prædicta bene aduertit Camill. Bald. loc. ſupra cit. Cum igitur in caſu noſtro Miles qui verba vt ſupra prolata retulit eſſet amicus iniuriati vulgo Cammerata, & perſona bonæ conditionis, & famæ, & medio iuramento etiam iudicialiter depoſuerit, ſe veritatem retuliſse, meritò ei credi poterat, ſaltim ad effectum inquirendi ſi percuſſus talia loquutus eſſet; Non enim hic agitur an relatio probaret, iniuriam fuiſse vere illatam, ſed an ex ea potuerit veriſimilis oriri cauſa, ob quam moueri potuerit ad iniuriã vindicandam, & cum vt dixi conſtaret ex alijs teſtibus de prædicta iniuriarum relatione, & quod referens erat vir bonæ cõditionis, & amicus iniuria affecti, additis præſertim verbis reſponſiuis iniuriantis, Nòn sò quel che m'habbi detto, quel che ho detto è la verità, Benè, ex iſtis deducebatur noua cauſa, quæ nec erat plenè & concludenter probanda, ſed ſufficiebãt vnicus teſtis, indirectæ probationes, fama, aliæq. ſimiles coniecturæ; Honded. conſ. 97. num. 29. lib. 1. Farinac. q. 107. num. 435. & ſeqq.

Non obſtat vltimum quod nempè noua cauſa prouenire debeat ex facto aduerſarij iniuſto, & punibile, quia factum ſatis iniuſtum, & punibile eſt abſentis famam improperijs, & conuicijs laceſſare ex ſupra allegatis.

ARGV-

ARGVMENTVM

Milites qui ob delictum ſunt damnati, num ſi militiæ reſtituantur ſtipendia recuperent.

S V M M A R I V M.

1 *Nomen deſertoris in militia generale eſt.*

2 *Nomen deſertoris eſt aptum comprabendere omne genus delictorum, quæ committuntur per milites.*

3 *Omnes qui militiæ nomen dederunt, nec è numero militum deleti, & in Caſtris Præſentes ſunt ſtipendia merantur.*

4 *Iiqui pro proprijs negocijs proficiſcendi licentiam adepti ſunt ſtipendia merentur.*

5 *Milites ad Catenam damnati, non dicuntur militia eiecti, nec è numero deleti.*

6 *Non eſt condecens, vt tempore quo Miles non extitit ſtypendia ſibi vſurpet.*

7 *Deſertores qui à Caſtris aufugiunt, nomen militis perdunt.*

8 *Deſertores eo ipſo quo abſunt militia priuantur.*

9 *Damnati ad Catenam militiam non amittunt, nec eis Princeps gratiam faciendo militiam reſtituit.*

CASVS XXVIII.

DVO Milites qui ob alienationem termenti manuarii damnati fuerunt ad catenam, cum ex reſcripto Ducis fuerit eis pœna condonata non rectè videbantur deſiderare vt pro tempore quo in catena extiterunt ſtipen-

Stipendia ſibi deberentur, vt dixit Imperator in l. cum allegatis 5. C. de re militar. lib. 12. & reſpondit etiam Paulus in l. ex cauſa 15. ff. eodem tit. & quamuis prædicta iura loquantur in eo, qui deſeruit, & poſt deſertionem Militiæ fuit reſtitutus, tamen quia deſertoris nomen in re militari generale eſt, & omne genus delictorum, quæ committuntur per milites, comprehendit vt notat Ferrettus de re militar. titulo de militar. inſtit. de pœn. deſertor. num. 180. conſequenter, & in alijs delictis, dicta iurium diſpoſitio locum habere debet.

Veruntamen ego in contrario exciti voto, impulſus quia omnes, qui militiæ nomen dederunt, nec è numero militum ſunt deleti, & in Caſtris præſentes ſunt, ſtipendia merentur latè Claud. Cotoreus de iure milit. libro primo cap. 54. Immo nè dum in Caſtris præſentes, ſed & illi qui proficiſcendi pro rebus proprijs licentiam adepti ſunt, nam ſine ſtipendij deductione à ſignis abſunt l. hac lege, C. de proximis ſacrorum ſcrin. libro duodecimo in caſu autem noſtro milites ad catenam damnati militia non ſunt eiecti, nec è numero deleti, ſed nomen militis adhuc retinent, & ſunt in ſtudijs, & vſu militiæ, licet in vilibus, & ſeruilibus exercitijs.

Non obſtant ideo in contrarium allegata, quia loquuntur in milite, qui à Caſtris abſuit, & militiam deſeruit, ſicque non eſt condecens, vt temporis quo miles non extitit ſtipendia ſibi vſurpet, Nam Deſertores qui à Caſtris aufugiunt nomen militis perdunt, & ab ipſo die quo abſunt à militia & ex reſcripto Principis reſtituuntur militiæ iam amiſſæ: at ad catenam damnati, militiam non amittunt, nec eis Princeps gratiam faciendo militiam reſtituit, ſed pœnam dumtaxat condonat.

Nec releuat quod omnis delinquẽs deſertor nũcupetur; quia hoc nõ applicatur; nã iura ſupra relata, amiſſionẽ ſtipendiorum nõ dant in pœnam alicuius delicti, ſed ſolummodo decidunt dubium, an is qui pro tempore miles eſſe deſijt per deſertionem, reſti-

reſtitutus militię ſtipendia etiam abſentiæ lucretur. Sicq;vti à caſu admodum diuerſo, ad noſtrum non licet arguere, l. vltima in fin. & ibi Butr. ff. de calumniat, l.Papinianus exuli vbi etiam Bart. ff. de minor, Pariſ. conſ. 18. num. 10. vol. 1. Soccin. Sen. conſ 18. num.4. vol. 1.

Non obſtat etiam, quod ſint condemnati, atque ideo cenſeantur eo ipſo militia priuati, quia intelligendum eſt de condemnatione, quæ cum militia eſt incompatibilis, non enim omnis delinquens, & pœna aliqua damnatus militiam perdit.

ARGVMENTVM.

Latè agitur de iuriſdictione officialium militiæ in criminibus Militum coercendis.

S V M M A R I V M.

1 *Miles poteſt a Tribuno, vel Centurione ſuo etiam facto coerceri.*
2 *Miles reſiſtens Tribuno, vel Centurioni ſuo ipſum caſtigare volenti infamia notatur.*
3 *Miles tenens vitem, qua flagellatur militiam mutat.*
4 *Miles ex induſtria, frangens vitem, qua flagellatur, vel manum in Centurionem, ſeu in Sergentem inyciens, capite puniendus eſt.*
5 *Milites à ſuo Superiore ex cauſa ſemper verberari poſſunt.*
6 *Militi nulla infertur ignominia, ſi à ſuperiore verberetur.*
7 *Puero ſi cum flagris à Magiſtro cedatur nulla eſt ignominia.*
8 *Dux exercitus in Milites habet omnimodam, & abſolutam coerctionem.*
9 *Duci Exercitus omnes pœnæ ſunt arbitrariæ.*
10 *Ducis exercitus arbitrium in coercendis militibus non taxatur a lege ſcripta ſed ex cæleſti motu ſumitur.*
11 *Dux exercitus eam habet in exercitu auctoritatem, quam habent ſummi Principes in eorum Territorijs.*
12 *Dux exercitus ne à grauioribus curis diſtrahatur, ad coercendos milites habet Auditorem generalem.*
13 *Auditor Generalis militum culpis inquiſitis punit eos nomine Ducis.*
14 *Auditor Generalis ſoli Duci ſubeſt.*
15 *Auditor Generalis in omnes aduertit appellatione poſtpoſita, ſolo recurſu Ducis permiſſo.*

P In

16 *In exercitibus hodiernis ſicuti adeſt Auditor generalis, ita, & adſunt Auditores particulares uniuſcuiuſque tertij.*
17 *Auditores tertij ſubſunt militum Tribunis.*
18 *Auditores tertij militum culpas Inquirunt vice Tribunorum, quibus ſubſunt.*
19 *Auditores Tertij Duce inconſulto ad mortem condemnare non valent.*
21 *Miniſtri Duci inferiores vitæ neciſq; poteſtatem non habent.*
22 *Farinaccius declaratur conſ.*
23 *Centurio, Sergens, & Decurio in milites poſſunt etiam facto animaduertere, quod declara, vt numeris ſequen. & num. 30. & ſeq.*
24 *Delicta præliorum præpoſteram emendationem non recipiunt.*
25 *Miles committens in acie aliquod delictum peſſimi exempli, non eſt congruum, vt remittatur ad Auditorem.*
26 *Miles ſi delinquat in acie ipſo facto, & illico eſt puniendus.*
27 *Miles in acie nihil aliud intendere debet, quam victoriam comparare.*
28 *Officiales debent curare, ne quid committatur ex quo victoria impediri poſſit.*
29 *Milites debent inſtrui de rebus bellicis, vt cum in prælio ſunt, quæcumque euenire poſſunt campeſtri meditatione prænoſcant.*
30 *Correctio eſt infligenda in ipſo errorii actu, vt ſic ſubita animaduerſione culpæ melius euitare milites diſcant.*
31 *Milites in delictis communibus ſunt coercendi ab eorum Iudice, quod declara vt hic.*
32 *Centurio ſeu alter officialis milites delinquentes in delictis communibus debet remittere ad Auditorem.*
33 *Auditor vel pœnam militibus delinquentibus inferat, vel ſi a Centurione, vel alio officiali illata ſit, arbitretur num fuerit condigna.*
34 *Officiales quibus militum coërctio permittitur debent cauere, ne iniuste militem inuadant, neue in caſtigando excedant.*
35 *Miles defendere ſe poteſt contra officialem eum iniuſtè caſtigantem, vel modum excedentem.*

CASVS XXIX.

SVBTRACTAE fuerunt militi dum munere cu
ſtodiarum fungebatur ſubuculæ duæ, & cum
abſoluto munere domum rediens agnitum fur
tum Sergenti patefecerit comperijt Sergens il-
lius Commilitonem res ſubtractas. Scorto cui-
dam cuſtodiendas dediſſe, ei igitur poſtquam
furti confeſſionem blandis verbis eripuit nu-
do gladio ictum in capite illico intulit non ſine vitæ periculo,
cõtinxit ideo primo loco dubitare num Sergens ob vulnus militi
illatum crimen aliquod aliqua pœna coercendum admiſerit.

1 Et pro negatiua adducebatur poſſe militem à Tribuno, vel Cẽ
turione ſuo, etiã facto coerceri, l. Milites agrũ, §. irreuerens, ff. de re
2 milit. in tantũ vt ſi miles Tribuno, vel Centurioni ſuo eũ caſtiga
3 re volẽti reſtiterit infamia notatur, & ſi vitẽ, qua flagellabatur te-
nuerit militiam mutabit, ſi vero ex induſtria fregerit, vel manũ
4 Centurioni intulerit capite punietur d. §. irreuerens, Ayal. de iur.
& officio Belli c. 8. lib. 3. n. 8. Decian. tract. crim. lib. 7. c. 15. n. 57
Petrin. Bell. & alij quos allegat, Cabal. reſol. crim. cẽtur. 3. caſ. 294.
n. 173. prædicta vero iura extendi etiam ad Sergentem ſaltim de
conſuetudine teſtatur Ginut. in diſcip. milit. lib. 3. tit. dell'elettio-
5 ne del Sergente, &c. cedi enim à ſuo ſuperiore, ex cauſa ſemper
6 poſſunt milites nec eis eſt reſiſtendum, quia non eſt eis ignomi-
niæ magis, quam ſit puero ſi cum flagris eum cedat ludi Magi-
ſter Petrin. Bell. de re milit. par. 8. tit. vnico de delict. milit. n. 58.
Ginuz. d. lib. 3. pag. 27. propè fin.

Contra Sergentem fuiſſe pœna dignum, & de vulnere illato
teneri verius dixi, vtque in hac materia, in qua iura parcè, &
Doctores indiſtinctè nimis ſe habent rem breuiter elucidarem,
ſequentia adnotare, & diſtinguere exiſtimaui.

8 Et in primis illud præmiſerim, Ducem exercitus omnimodã
9 & abſolutam habere in omnes milites coerctionem, itaut omnes

pœnæ ſint & arbitrariæ, Bald. in l. 1. col. 6. in vlt. oppoſitione per illum tex. C. de ſumma Trinit.& fid. Cattolic. arbitrium au
10 tem illius non à ſcripta lege taxatur, ſed ex celeſti motu ſumitur Petrin. Bell. de re milit. d. par. 8. num. 87. eamque fermè
11 auctoritatem habere in exercitu, quam habent ſummi Principes in eorum Territorijs, Cepoll. de imperat. milit. eligen. cap. pro Imperatore num. 9. Pariſ. de Put. in tract. de re milit. cap. an Comes num. 4. Farinacc. conſ. 197. num. 11. quia verò non
12 expedit, vt Dux in delictis militaribus indagandis curam impédat alijs grauioribus intendens idcirco datur ei miniſter nuncu-
13 patus Auditor generalis, qui omnium militum culpas inquirit, & punit nomine Ducis de quo diſertè loquitur, Ginuz in ſua diſciplin. militar. d. lib. 3. tit. dell'Auditore, & Maſtrill. de Magiſtr.
14 lib. 5. cap. 16. per tot. iſteq; Miniſter ſoli duci ſubeſt, & in om-
15 nes Militiæ officiales aduertit appellatione poſtpoſita ſolo recurſu Duci permiſſo, vt experientia docet, & refert Ginuz. vbi ſupra, & de huius munere etiam apud iura mentionem habemus, vt in l. ſemel, C. de re milit.

16 Deinde & in hodierno exercitu ſicut Auditor Generalis, ita
17 & Auditores particulares vniuſcuiuſq; tertij adſunt, qui ſubſunt ipſis militum Tribunis vulgo, Maſtro di Campo, ò Colonnello
18 d'vn Terzo; & iſti pariter omnes Militum culpas inquirunt vi-
19 ce Tribuni cui ſubſunt illaſq; etiam puniunt ad mortem tamen condemnare non valent Duce inconſulto, ſicut nec ipſi militum
20 Tribuni, ſeu Magiſtri di Campo, quos ipſi repreſentant, Alijque
21 Miniſtri Duce inferiores vitæ necisque poteſtatem non habent, vt probat textus in l. officium in fin. ff. de re milit. ibi, delictum ſecundum ſuæ auctoritatis modum caſtigare, & notat in ſpecie Martin. Laudens in tract. de milit. q. 37. Ayal. de off. & iur. Bell. lib. 3. cap. 8. num. 8. Eugen. conſ. 22. lib. 1. quicquid in contra-
22 riũ dixerit Farinac. vbi teſtatur, quod de cõſuetudine ita ſeruatur nã vel intelligẽdus eſt ſi Tribuni Ducẽ cõſuluerint; vel vbi Dux eſt abſens: & ab iſtis datur recurſus, & appellatio, ad Ducẽ, vel Ducis Auditorem, qui ſummarie de ea cognoſcunt Ginuz. vbi ſup.

His præmiſſis, operæ pretiũ eſt indagare, quæ nam coerctio licita ſit Centurioni, Sergenti, Decurioni, ſeu Caporali, & iſtis

quoque

quoque licere in Milites etiam facto animaduertere non eſt dubium,& notant Ginuz.d.lib. 3. in tit.dell'elettione del Capitano, del Sergente del Caporale, & Petrin. Bell. de re milit.par.8.cap. vnico num. 59. Sed quomodo, & quando non inueni punctualiter diſcuſſum; ita igitur diſtinguendum rebar.

Aut ſumus in acie, & pugna, & tunc crederem omnes culpas qualitate culpæ tamen attenta,& exceſſu ſemper ſeruato poſſe etiam vſque ad necem puniri, per Centuriones, & quoſlibet alios militiæ officiales,ea ratione, quia præliorum delicta præpoſteram emendationem non recipiunt, Cato apud Veget. lib. 1. cap. 13. non eſt enim congruum, vt ſi miles delictum aliquod peſſimi exempli committat in acie eius coerctio Auditori remittatur;exemplum ponunt iura in his, qui fugiunt, aut loco cedũt in l. omne delictum, §. qui in acie, ff. de re milit. & notant Ayal. de iur. & offic. Bell. lib. 3. cap. 15.Petrin.Bell. lib.3.cap. 8. Decian.cap. 15.num. 59.& exemplum ob rationem de qua proxime ad omnia alia crimina in acie commiſſa extenderem, ponamus enim Militem in acie furari, aut ſocium vulnerare,aut cõuiciari certè res expoſtulat,vt ipſo facto arbitrarie puniatur, ſolũ enim Miles debet ad victoriam comparandam in acie intendere, & officiales curare debent, vt ne quid committatur, ex quo victoria impediri poſſit.

Aut verò ſumus extra aciem, & tunc aut ſumus in exercendo milite, aut vero extra exercitiũ militare, ſi in exercendo milites, aut errores ſunt militares, vt quia arma non bene gerat ſigna nõ intelligat,ordinem non ſeruet,& ſimilia de quibus latè Veget.lib. 1.c. 1.& ſeqq.& tunc,eorũ coerctio eſt Centurionis Sergentis Decumani, aliorumque ſimiliũ officialium,qui errores animaduerterunt, & quidẽ priuatiuè quoad Auditores, cum enim munus eorum ſit inſtruere milites etiam ſine Bello, vt ſic quæcumque euenire in acie,& prælijs poſſunt campeſtri meditatione prænoſcant Veget. d.lib. 1. illius erit corrigere cuius eſt inſtruere,iuxt. reg. tex. & quidem coerctio in ipſo erroris actu eſt infligenda,vt ſic culpas ſubita animaduerſione melius meditentur euitareque diſcant, aut crimina ſunt communia, vt ſi quis dum ita Milites ſe exerceant aliquem vulneret, aut furtum faciat, iniuriam proferat, & ſimilia, & in talibus delictis

P 3 ſiqui-

ſiquidem Centurione, aut altero officiali præſente patrentur, li-
31 cet modica coërctio, vt puta ictus aſta, vel baculo ei vi-
deatur non inhibenda; tamen digna eorum punitio Auditori
32 ſemper remittenda eſt, qui poſtea, vel meritam dabit pœnam,
vel arbitrabitur ſi à Centurione allata ſit condigna, vt benè in
terminis noſtris deduxit Eugen. conſil. 22. num. 50. lib. 1. in i-
33 ſtis autem in quibus prædictis officialibus coërctio permittitur
debent ſemper cauere, ne iniuſtè militem inuadant, vel modum
34 in caſtigando excedant quoniam tunc militi licita eſſet defen-
ſio, ipſique de exceſſu erunt puniendi. l. officium in fin. ff. de
re militar. l. item quæritur, §. item Iulianus, ff. locat. & latè Gi-
nuz. Bell. Caball. & alij ſuperius citati.

Si vero ſumus in delictis communibus, illiſq; extra aciem,
& exercitium militare commiſſis, eorum coërctio erit Audito-
rum priuatiuè, quo ad alios officiales, ſi enim alibi præcipuè
ſanè in Caſtris ordo in omnibus eſt ſeruandus, ordinatus enim
exercitus iucundiſſimus amicis, moleſtiſſimus hoſtibus,
vt ex Xenophonte Lipſius Ciuil. doctrin. lib. 5. cap. 13. & ſanè
ſumma oriretur confuſio, ſi Imperium caſtigandi vnicuique
officiali datum eſſet, & res bellica nequaquam eſt ordinata, quæ
eius eſt natura, vt non omnia omnibus imperanda, ſed ita Du-
cum auctoritas, ſic rigor diſciplinæ ſe habet, vt multa a Tribuno,
multa a Centurione iuberi expediat, Tacit. lib. primo Hiſtor.

Debent autem Auditores prædicti ſicut & alij cuiuſcumque
gradus Iudices animaduertere, ne Reos aliter iudicent, quam ſe-
cundum acta, & probata, l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. præ-
ſid. Nec ita ſummariè agere debent, vt præcipiti iudicio adi-
mant Reis defenſionem, & multo magis vbi de vita agitur, quia
ſi in minimis, & ciuilibus negotijs iubetur Iudici, vt plena di-
ſquiſitione ea examinet, l. Iudices, & Auth. iubemus, C. de
Iudic. Quanto cautius, & diligentius agen. erit ſi vitæ ſit diſcri-
men. Nec vnquam probaui eam in Bello aliquorum praxim, qui
prius ab executione, quam probatione inceperunt ſiquidem vi-
tam alicui iniuſtè ademptam præpoſtera diligentia reſtitui non
valet.

Non diffiteor poſſe de plano, & ſummarie in Reos animad-
uertere,

uertere, immo expedit ita fieri.verum conſtare prius debet de Reo, & quidem per iuris tramites, & probationibus non arbitrarijs, ſed in iure probatis, quia licet in procedendo non teneatur ſeruare ius & telam iudiciariam, quæ ſeruatur in pacatis Ciuitatibus, tamen etiam in iudicijs militaribus ſeruanda ſunt iura, & Leges Paris de Put. de re militar. cap. 2. Farinacc. conſil. 197. num. 11.

Atque hinc patet ſergentem fuiſſe pœna dignum, tum quia vulnerare nunquam licet, niſi in acie, vbi etiam, vt dixi licet occidere, vt optimè explicuit Ginut. in d. lib. 3. tit. dell'elettione, & offitio del Sergente.

Non obſtant contraria, quia text. in d. §. irreuerens eſt intelligen. iuxta text. in dicto §. officium vbi probatur licere Tribuno ſecundum ſuæ auctoritatis notam militem caſtigare hodierna autem conſuetudine clarum eſt delicta communia militum iuxta ſuperius diſtincta Auditoribus remitti.

ARGVMENTVM.

Iudex Militum an & in quibus caſibus ſit Iudex competens inter Militem, & Paganum.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex Militum in priuatos iuriſdictionem non habet.*
2 *Miles habet priuilegium, ne conueniatur niſi coram iudice ſuo.*
3 *Miles actor ſequitur forum Rei.*
4 *Miles non habet priuilegium legis vnicæ, C. quando Imper. ſicuti nec Clericus.*
5 *Iudex Militum, vbi controuerſia eſt ſuper re militari, eſt Iudex competens priuatiuè quoad alios.*
6 *Arma, & Aequi Militares dicuntur Militis membra.*
7 *De Toto ad partem idem eſt iudicium.*
8 *Arma, & æqui Militum in cauſam iudicati accipi non poſſunt.*
9 *Iudex Eccleſiaſticus nullam habet iuriſdictionem in laycos in cauſis merè laycalibus.*

Fallit

10 *Fallit ſi diſceptatio ſit ſuper cauſis, & rebus Eccleſiaſticis.*
11 *Iudex Eccleſiaſticus eſt Iudex competens, etiam inter meros laycos, ſi agatur de emphytheutica re Eccleſiæ.*
12 *Procurator Cæſaris eſt competens Iudex in cauſis Fiſcalibus, & Cameralibus.*
13 *Clericus poteſt conuenire laycum coram Iudice Eccleſiaſtico ſi agatur de re profana ad Eccleſiam ſpectante, vbi ampliatur.*
14 *Miles poteſt conuenire paganum coram Iudice Militum ſi de re militari contentio ſit.*
15 *De Clerico ad Militem validum eſt argumentum.*

CASVS XXX.

THEVTONICVS quidam Aequeſtris Miles cum equum, ſibi à Ciue quodam Ferrarienſi venditum morboſum eſſe cognouerit, allegabat coram me redhibitioni locum eſſe, quia intra tempus à conſuetudine Ferrarienſi conſtitutum morbus detectus fuit. Ferrarienſis autem forum
1 meum declinabat, quippe aſſeruit Iudicem militum nullam in priuatos, ſiue Prouincialem iuriſdictionem exercere, l. Si Viri Illuſtres, C. de offic. magiſtr. milit. l. 1. C. de offic. milit. iudic. & clarius in l. præcipimus la ſeconda, C. eod. tit. ibi vel con
2 tra ſe agentium actiones excipiant; licet enim Miles gaudeat priuilegio, ne præterquam coram Iudice ſuo conueniatur, l. 2. & 3. C. de offic. Magiſtr. milit. l. ſi quis, ff. de iudic. tamen ſi
3 actor ſit ſequi debet forum Rei iuxta text. in l. in criminibus, C de iuriſd. omn. iudic. & in cap. ſanè, & in cap. ſi Clericus de foro competen. Oliban. de iure fiſc. cap. 11. num. 11. pag. 201. Guttier. de iuram. confirm. par. 3. cap. 12. a num. 1. Petr. Bell.
4 de re milit. par. 7. tit. 8. num. 12. Non enim iure cautum eſt Milites frui beneficio, l. vnicæ, C. quando imper. inter pupill. & vid. & ideo non trahere nec trahi debent, vt videmus in Clericis,

Bart.

Bart. Bald. & Doctores in auth. nulla communitas, C. de Epi-
ſcop. & Cleric. Carol. de Graſſ. de effect. Cleric. effect. primo
num. 523.

Nihilominus licet prædicta vera eſſe dixerim declaraui me
5 Iudicem competentem: Controuerſia enim ſuper equo erat,
qui iam erat in Albo equorum Militarium deſcriptus. Ideo de
ea ſolum Iudex militiarum cognoſcere debebat; Conſtat enim
6 arma, & equos militares militum membra vocari, vt not. Ca-
ball. reſolut. crimin. caſ. 294. num. 317. centur. 3. ideo ſicut in
Milites nulla eſt aliorum Iudicum poteſtas ex ſupra allegatis, ita
7 nec in eorum membris; cum de toto ad partem idem ſit iudi-
cium, l. quæ de tota, ff. de rei vendic. Euerard. In Topic. loco 8.
Gambar. in Dialectica legali lib. 1. loco 4. Surd. conſ. 435. num.
8 21. & inde factum eſt, vt arma, & equi militum in cauſam iudi-
cati accipi non poſſint, Caball. vbi ſupra num. 318.

9 Comprobabam prædicta Exemplo iudicis Eccleſiaſtici, qui li-
cet in laycos Iuriſdictione prorſus careat in cauſis mere laycali-
10 bus, cap. ſi Clericus laycum de foro competen. Tamen ſi di-
ſceptatio ſit ſuper rebus, & cauſis Eccleſiaſticis eſt Iudex com-
petens etiam inter puros laycos, & quidem priuatiuè quoad a-
lios cap. tuam vbi Abb. de ordin. cognit. cap. cum laycus de reb.
Eccleſ. non alienan. cap. auditis de præſcript. cap. quanto de Iu-
dic. Bart. in l. Titia num. 2. & ſeq. ff. ſolut. matrim. Marcheſ. de
commiſſ. par. 2. cap. 4. num. 30. Farinac. quæſt. 8. num. 18. Vant.
de nullit. ex defect. iuriſd. num. 54. vbi ampliat ſiue cauſa ſit
ciuilis ſiue Criminalis, ſiue Realis, ſiue perſonalis.

11 Vnde Iudex Eccleſiaſticus eſt Iudex competens etiam inter
meros laycos, ſi agatur de emphyteutica re Eccleſiæ Angel. conſ.
29. in fin. Roman. conſ. 112. col. 2. Anguiſ. conſ. 39. num. 14.
& conſ. 142. num. 27.

12 Sic etiam in rebus Fiſcalibus, & Cameralibus Procurator Cæ-
ſaris eſt competens Iudex inter quaſcumque perſonas, l. cum
animaduertimus 2. C. vbi cauſæ fiſcales, & l. ad fiſcum 5. eo-
dem titulo.

13 Et propius accedendo, ſicut Clericus Actor poteſt conueni-
re laycum coram Iudice Eccleſiaſtico, quando de re profana

agitur

agitur ad Eccleſiam ſpectan. cap. ſi Clericus laycum, vbi Abb. & Socin. de for. compet. Doctores in cap. cum ſit generale eodem. tit. Afflict. deciſ. 257. vbi Vrſill. Scacc. de iudic. par. 1. cap. 11. num. 50. quoquomodo experiatur, ſiue reali, ſiue perſonali actione, Oſaſc. deciſ. 31. num. 3. Menoch. conſ. 1161. num. 10.
14 lib. 12. Craſſ. de effect. Cleric. effect. 1. num. 523. ita, & Miles poterit conuenire paganum coram Iudice Militum, ſi de re militari quæſtio ſit Argumentum namque de Clerico ad militem
15 ſemper procedit gloſ. DD. in l. Miles in princ. ff. de re iudic. gloſ. in l. Milites, C. locati cap. degradatio de pœn. lib. 6. Euerard. in Topic loc. 22. Benedict. Aegid. in repet. l. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ par. 2. §. 1. num. 16. vbi num. 22. ampliat. in exorbitantibus, & num. 23. Quod procedit in caſibus eamdem rationem habentibus.

ARGVMENTVM.

Si de re bellica quæſtio contingat, quis ſit Iudex competens

S V M M A R I V M.

1 *Miles dicitur cauſarie miſſus, qui vitio corporis apparuit minus idoneus*
2 *Miles miſſus reducitur ad inſtar Pagani.*
3 *Paganus non niſi coram Iudice ſuo conueniri poteſt fallit num.* 13.
4 *Actor debet ſequi forum Rei fallit num.* 13.
5 *Miles actor debet ſequi forum Rei etiamſi ab eo fuerit iniuria affectus.*
6 *Clericus pro ratiocinijs laicum coram iudice ſuo conuenire debet.*
7 *Metus præbet cauſam iuſtam ad declinationem fori.*
8 *Centurio eſt vir potens, & timendus.*
9 *Refertur diſpoſitio legis* 2. C. *vbi de ratiocin. tam public. quam priuat agi oport.*
10 *Miles miſſus debet reſpondere ſuper ratiocinijs militaribus in militari Iudicio.*
11 *Paganus ſi de rebus ad vſum militiæ adminiſtrationem habuerit coram Iudice militum conueniri poteſt.*
12 *Miles negotiator ſubeſt Iudici negotiationis.*

Forum

13 *Forum Iudicis militiarum vti à Principe erectum nullo metu violentiæ poteſt decimari.*
14 *In iudicio militiarum proceditur ex bono, & equo, & diebus feriatis.*

CASVS XXXI.

CONTIGIT, & præcedenti caſus parum diſſimilis, Sergens, etenim iam Militia ſolutus, cum vt redderet rationem de commiſſa ſibi armorum diſtributione à Centurione ſuo conueniretur coram militum Auditore, aiebat ſe cauſariè miſſum cum vitio corporis minus idoneus militiæ renunciatus fuerit, l. Mili-
1 tes agrum, §.miſſionum, ff. de re milit. adeoque redactum ad
2 inſtar pagani, qui non niſi coram Iudice ſuo conueniri poteſt
l. 1, C. de offic. milit. iudic. & clarus, in l. præcipimus, la ſe-
3 conda, C. eodem tit; & viget regula, quod Actor debet ſequi
forum rei, l. iuris ordinem, C. de iuriſdict. omn. iudic. etiam
4 ſi actor ſit miles, immo etiam ſi ſit iniuria affectus, l. penult. C.
de offic. profect. prætor Petrin. Bell. de re militar. par. 7. cap. 8.
5 num. 12. ſic Clericus pro ratiocinijs laycum coram Iudice ſuo
conuenire debet, cap. ſi Clericus laycum de for. compet. & ma-
6 ximè in loco militiæ, & in lite cum Centurione viro potente, à quo ideo metum oppreſſionis legitimè ſuſpicari poterat, quod ſatis videbatur, vt forum, & locum euitaret late Eſcobar. de ratiocin. cap. 7. num. 59. cum ſeqq. Sed contra determinatur in l. 2. C. vbi de ratiocin. tam public. quam priuat. agi oport. vbi dicitur nemo poſt depoſitũ cingulũ & ſuæ priuatæ vitæ reditum ob negotium, quod militiæ cauſa eſt ei exortum, præſtandi ratiocinij gratia, eius numeri, in quo militauit, vel quod ipſe geſſit, à quocumque pulſatus fori præſcriptionibus vtatur, vnumquemque enim ſuper huiuſcemodi cauſis publicis, quas dum militaret,

militaret exercuit, vel ſuper ratiociniis militaribus, in militari oportet iudicio reſpondere, atque ex prædicto textu, nedum militem ſacramento ſolutum, ſed & merè paganum, ſi de rebus ad vſum militiæ adminiſtrationem habuerit coram Iudice militiarum poſſe conueniri rectè adnotarunt, Ayal. de iur. & offic. Belli cap. 8. lib. 3. num. 6. Caball. reſol. crimin. cent. 3. caſ. 294. num. 259. ſicut videmus etiam militem negotiatorem ſubeſſe Iudici illius negotiationis, l. fin. C. de iuriſdict. omn. iudic. Caball. d. caſ. 294. num. 258.

Non obſtant in contrarium dicta, quia quod Paganus non ſubeat iudicium militare, & actor ſequatur forum rei, fallit ſi de re ad militiam ſpectante contentio emergat, ex ſupra, & latius in præcedenti caſu allegatis.

Forum vero Iudicis militiarum vti a Principe erectum nullo metu violentiæ erat declinandum, Aym. conſil. 253. num. 8. & 9. & maximè quia in eo ex bono, & æquo, & etiam diebus feriatis proceditur, l. diuus, ff. de fer. Ayal. dicto cap. 8. in fin. Ferrett. de re militar. titulo de militar. iuſtit. & de pœn. deſertor. num. 78. & quia etiam facillimus erat aditus Duci Principi iuſtiſſimo, de cuius Imperio verificabatur illud Senecæ de quo Angelus in l. 1. ad fin. ff. de ſeruit. Vrban. præd. Aymon. conſil. 241. num. 14.

ARGVMENTVM.

Miles qui poſt commiſſum delictum nomen militiæ dedit an ſit remittendus ad Iudicem loci commiſſi delicti.

S V M M A R I V M.

1 *Refertur caſus.*

2 *Regulare eſt Militem nō niſi à Iudice ſuo eſſe iudicandum etiam ſi tempore commiſſi delicti delinquens non fuiſſet miles.*

3 *Priuilegiū ſuperueniens ob militiā eximit a iuriſdictione iudicis Pagani.*

4 *Mutatio ſtatus & perſonæ aliquando operatur mutationem fori.*

5 *Delinquens nedum puniri poteſt a iudice originis, & delicti, ſed etiam a iudice Domicilij.*

6 *Miles ibi dicitur habere domicilium vbi ſtipendia meretur.*

7 *Miles adhuc a magiſtro militum eſſet puniendus, etiam ſi Iudex Paganus præueniſſet in formanda inquiſitione, & citatione Rei.*

8 *Reus in ius vocatus ſi miles eſſe ceperit forum reuocare non poteſt eo quod fuerit præuentus.*

9 *In iudicio ciuili præuentio operatur non obſtante priuilegio ſuperueniente, ſiue militiæ armatæ, ſiue cæleſtis.*

10 *In iudicio criminali non obſtante preuentione priuilegium vtriuſque militiæ locum habet.*

11 *Ex præuentione reſultat quod cauſa ſit proſequenda coram iudice, qui citare incepit, etiam ſi citatus poſt præuentionem forum mutauerit.*

12 *Priuilegium ex mutatione acquiſitum nihil prodeſt, quoad cauſam, in qua præuenta eſt iuriſdictio.*

13 *Regulariter valet argumentum de cauſa ciuili ad criminalem.*

14 *Quod dicitur habere locum in cauſa ciuili, habet locum etiam in criminali, &c.*

15 *Capitale crimen reputatur ſi quis ad militiæ honorem aſperit, antequam innocentiam ſuam oſtendat dum ab alio Iudice citatus fuit.*

16 *Magiſter militum non remittit delinquentem ad ſuum Iudicem, antequam illum puniat de delicto de nouo in militia commiſſo.*

17 *Electus ad Magiſtratū non eximitur a poteſtate Iudicis ordinarij, a quo inceperat citari, ſed tēporaliter ſuſpēditur iudiciū vſq. finē magiſtratus.*

18 *Præiudicium quod conſiſtit in tempore modicum eſt.*

Q 19 *Præiu-*

19 *Praiudicium, quod conſiſtit in tempore tangit ſolum partem, non autem Iudicem, & fundatur in maiori vtilitate, ne videlicet quis retrahatur a magiſtratu.*

20 *Praiudicium conſiſtens in tempore non tangit ſubſtantiam litis, ſed ſolum interdicit vſum, & exercitium illius, qui vſus perneceſſe reſpicit etiam præterita.*

21 *Præiudicium releuans Parti Iudici dicitur cum penitus extinguatur iuriſdictio per præuentionem radicata, & tollitur ius in ſpecie quæſitum cum totali cauſæ terminatione.*

22 *Clericus eo ipſo, quod initiatur dicitur ei imprimi character indelebilis, quantumuis poſt delictum, & in fraudem ſe feciſſet initiari.*

23 *Clericus per charactere initiationis tangi non poteſt a Iudice Layco, ſed ſemper retinet priuilegium Cānonis ſi quis ſuadente.*

24 *Iudex laycus retinet cognitionem, vt poſſit complere proceſſum, & ferre ſententiam condemnatoriam ſuper bonis Clerici.*

25 *Mediantibus citationibus, proceſſu, & ablatione bonorum etiam perſona Clerici dicitur affici moleſtia, & præuenta non ſolum cognitio cauſæ, ſed etiam perſona.*

26 *Motus proprius Principis tollit omnem præuentionem.*

27 *Quis non debet ex ſua fraude commodum reportare & ſtatim ſacramento ſoluendus eſt qui metu criminis de quo Reus fuerat poſtulatus nomen militiæ dedit.*

28 *Quando in vna cauſa ſunt plures rei, ad hoc vt veritas magis detegatur, & vniformis ſit iuſtitiæ determinatio debent omnes apud vnum Iudicem eſſe.*

CASVS XXXII.

INSTABAT V. Gubernator Firmi ad ſuū Tribunal remitti Firmanūm quemdam qui patrato ſacrilego, & proditorio ſcelere Ferrariam ſe contulerat, & in militum numerum redigi curauerat.

Videbatur prima fronte remiſſio deneganda, quia regulare eſt Militem non niſi à Iudice proprio Militum eſſe iudicandum iuxta notata in l.

in l. officium Regentis , §. officium Tribunorum , ff. de re militar. Farinacc. conſil. 4. num. 17. lib. 1. etiam ſi tempore commiſſi delicti delinquens non fuiſſet miles , quia priuilegium ſuperueniens eximit a iuriſdictione Iudicis Pagani, & mutatio ſtatus,& perſonæ operatur etiam mutationem fori, gloſ. 2. in l.nemo poteſt, ff. de leg. 1. Albert. in cap. 1. quæſt. 13. num. 21. de hæret. in 6. Barboſ. ad l.ſi quis poſteaquam num.174. verſic. illud certum, ff.de iudic. Couar.pract.quæſt.cap.32.num.4.verſic.Prima concluſio,Clar.in pract.crim.§.fin.quæſt·36.num.43. Menchac.Illuſtr.quæſt.cap.28.num.23. & ſeqq. Modern. de iuriſd. par.4.centur.2. caſ.121 in princ. & num.5.qui æquiparant ad hunc effectum militem cœleſtis, & terreſtris militiæ , prout etiam Oldrad. conſil 4.num 1.circa finem .

Vltra quod nec poteſt dici mutatio cum delinquens nedum puniri poſſit a iudice originis,& delicti,ſed etiam a Iudice domicilij , Clar.in prax.quæſt. 38. verſic. eſt autem,Tob. Non.conſil. 98. n.5. Farin.quæſt.7.verſ.Secus ſi iudex: Miles autem dicatur ibi habere Domicilium vbi ſtipendia mereretur l.municeps, §·fin. ad municipal.l. Magiſteriæ in fin.C.de iuriſd. omn.iud, Bald. in l.3. num.3. ff.de offic. Præſid. Barboſ. ad l. ſi quis poſteaquam num.7. ff.de iudic.

Sed vbi etiam tractaretur de mutatione , quia Iudex Paganus præueniſſet in formanda inquiſitione,& citatione Rei adhuc a Magiſtro Militum cauſam debere terminari probat text.in l.qui cum 4. §. reus , ibi capite puniendus eſt, nec remittendus eſt eo vbi reus poſtulatus eſt , ff.de re militar.

Et quamuis huic textui videatur alter contrarius in d. l.ſi quis poſtea 7. ff. de iudic. vbi Reus in ius vocatus ſi miles eſſe cœperit forum reuocare non poteſt, eo quod fuerit præuentus,& iſto caſu priuilegium ſuperueniens non eximat , vt ibi notat Bart. & communiter ſcribb.

Tamen facilis eſt conciliatio cũ hic poſterior textus loquatur iu iudicio ciuili in quo ferè omnes admittunt præuentionẽ operari,non obſtante priuilegio ſuperueniente, ſiue militiæ armatæ, ſiue Cæleſtis , vt per Ioan. Andr. in cap. 1. de obligat. ad ratioc. Specul. tit. de Reo, §. 1.verſic.Sed quid ſi Anchar. in c. ea quæ q.

14. de reg. iur. in 6. Adden. ad Cappell. Toloſ. deciſ. 147. Borgn. deciſ. 10. num. 32. par. 5. Nauarr. in cap. non dicatis 12. quæſt. 1. Albert. in d. cap. 1. quæſt. 13. num. 23. de hæret. in 6. & poſt alios, Barboſ. in d. l. ſi quis poſtea num. 203. verſ. ſecunda eſt conclufio, ff. de iudic.

Prior verò text. in dicto §. Reus loquitur in iudicio criminali, & capitali, in quo non obſtante præuentione priuilegium vtriuſque militiæ locum habere admittunt, ſcilicet in cæleſti, Oldr. conſ. 4. num. 1. Couar. d. cap. 32. num. 4. Plac. de delict. c. 35. in princ. Clar. d. §. fin. quæſt. 36. num. 43. Barboſ. d. l. ſi quis poſtea num. 214. verſ. Tertia ſit concluſio Modern. de iuriſd. d. cap. 121. num. 10. Caball. quæſt. 563. Petr. Caball. reſol. crimin. caſ. 108. num. 1. & caſ. 147. num. 5. Surd. conſil. 396. num. 9. & in armata, ſeù terreſtri, Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 23. num. 2. Cabal. dicto caſ. 147. num. 12. & ante eos Oldrad. conſil. 4. in princ. Coter. de Iur. Milit. lib. 2. cap. 6. quos tamen nec Decian. nec Caball. allegant. Ex quibus videbatur inferri nedum non eſſe locum remiſſioni ad alium Iudicem, ſed potius ſi captus fuiſſet à predicto Vice Gubernatore ad Magiſtrum Militum remitti oportere iuxta textum in l. 1. C. de exhiben. reis, l. de milite, ff. eod. l. fin. C. de re milit. lib. 11. l. Magiſteriæ vbi gloſ. C. de iuriſd. omn. iudic. Farinacc. d. conſil. 4. num. 18. & in Fragment. litt. M. num. 218. verſic. Milites autem.

Sed negotio diligenter examinato, ac facti circunſtantijs ponderatis contrarium aſſerere, ſum coactus; aderat enim præuentio tam in inquirendo, quam in citando, tempore, quo iſte firmanus fuit receptus in Militem, & aderat connexio cauſæ reſpectu aliorum Sociorum criminis, vt in informationibus ab eod. Vice Gubernatore datis.

Ex præuentione autem is potiſſimum reſultat effectus, quod cauſa ſit proſequenda corā Iudice, qui citare incepit, etiam ſi poſt præuentionem citatus forum mutauerit, & etiam conditionem perſonæ, adeò vt priuilegium ex mutatione acquiſitum nihil proſit, quoad cauſam in qua præuenta eſt iuriſdictio, vt probant text. in l. penult. ff. de iuriſd. omn. iudic. l. incola 34. ff. ad Mu-

ad Municipal. Federic. de Sen. conſil. 97. num. 3. in fin. Marian.Soc.cap. penult. num. 27. Bero. conſil. 109. num.8. lib. 3. Decian. d.tract.crim.lib.4.c.22.num. 1.& ſeq. Valaſc.conſil.97. per tot. & in milite probat text.in d. l. ſi quis poſtea vbi Barboſ. ſub num. 110. ff.de iudic.

Et quamuis in contrarium videatur vrgere textus ſuperius relatus in l. qui cum §. Reus, ff.de re milit.loquens in cauſa criminali in qua nos verſamur,

Tamen vix eſt, vt in propoſito caſu inter vnam cauſam, & aliam poſſit conſtitui iuridica differentia ad effectum de quo tractatur; regulariter enim valet argumentum de cauſa ciuili ad criminalem,l.abſentem, ff.de pœnis,& in materia præuentionis quod dicitur in cauſa ciuili habere locum etiam in criminali probat textus in l.hoc accuſare,§.hoc beneficio,ff.de accuſ.& ibi not. Bart.num.3.idem Bart.in l. Vranius num. 12.ff.de fideiuſſ.& in l.1. num.3.ff.de pœnis.

Neque vrget textus in dicto §.Reus, quia ibi non dicitur Militem puniendum pro illo delicto pro quo fuerat ab alio Iudice citatus,ſed fortaſſe ex eo,quod auſus fuerit ad Militiæ honorem aſpirare,antequam innocentiam ſuam oſtenderet, quod capitale crimen reputatur,l.vnic.C.de reis poſtul.lib. 10.& ideo non mirum ſi Magiſter Militum non tenetur delinquentem ad ſuum Iudicem remittere antequam illum puniat de iſto nouo delicto adnot. in l. ſi cui in fin. ff. de accuſat. & per Guido Pap.deciſio. 202.& hunc intellectum primo loco tangit gloſ. in eodem §. Reus in verbo Capite, quem probant ibidem Alber. & Fulgoſ. num. 1 in fin. Lancell. Dec. col. 1. in fin. Iacob. num. 11. & Oldrad.ac magis placere teſtatur Barboſ.ſub num. 166.verſ. magis ergo mihi placet.

Quo textu euitato facile etiam tollerentur auctoritates in contrarium allegatę aliquę enim ſuper illo fundantur inhærendo 2. intellectui gloſæ, qui non placet Doctoribus præcitatis.

Aliquæ vero fundantur in ſimili de electo ad magiſtratum, qui quidem non eximitur à poteſtate Iudicis ordinarij,a quo inceperat citari, ſed dumtaxat temporaliter ſuſpenditur iuriſdictio diſius ordinarij abſq;eo,quod tribuatur alteri donec magiſtratus

dicat quemadmodum ſic intelligi debere textus in d. l. non diſtinguentis, ſicut in l. ſi quis, ff. de recept. arbitr. & l. reos, ff. iudicat. ſolu. l. ſi adulterium, §. fin. ff. ad l. Iul. de adult. declarat. Barboſ. loc. cit. num. 129. & ſeq. & eſt de mente Aret. in cap. cauſam il ſecondo num. 9. de Teſtib. Nimirum quia iſto caſu præiudicium eſt modicum vti conſiſtens in tempore adnotat. in l. quoties, C. de precib. Imper. offer. & tangit ſolum partem, non autem Iudicem, & fundatur in maiori vtilitate publica ne quis retrahatur à Magiſtratibus, l. de eo, ff. de iudic. nec etiam tangit aliquo modo ſubſtantiam litis, ſed ſolum reſpicit vſum, & exercitium illius, qui vſus pernecesſe reſpicit etiam præterita, Ant. in cap. ſi quando num. 18. de conſtit. Barboſ. vbi ſupra num. 154. in caſu verò omnimodę exemptionis dicitur fieri reſleuans præiudicium parti, & Iudici, cum penitus extinguatur iuriſdictio per præuentionem radicata, & tollatur ius in ſpecie quæſitum cum totali cauſæ terminatione, ſicuti conſiderat Couar. d. cap. 23. num. 4. Cabed. deciſion. Luſitan. 24. num. 8.

Aliquæ autem fundantur in caſibus ſpecialibus, in quibus à Principe fuerat conceſſum priuilegium fori, etiam quoad cauſas coram alijs pendentes, de cuius præuentione ipſe Princeps notitiam habebat, & ſic procedere text. in l. ſi quis, ff. ſi quis caut. & l. item Vulpianus, ff. de excuſ. tutor. declarat Fulgoſ. in dicta l. ſi quis poſtea, quam ſub num. 1. Barboſ. num. 123. & ſeqq. Ant. de Matth. tract. de prorog. iuriſd. num. 57. Ruin. conſil. 76. num. 6. lib. 1. Lancellott. de attentat. par. 2. cap. 4. limit. 21. num. 17. quæ ſpecialitates benè demonſtrant regulam vigere in contrarium, & factum Principis dumtaxat futura reſpicere, & non cenſeri alicui præiudicare, vt per Ant. de Matth. loco proximè citato.

Aliquæ demum fundantur in exemplo Clerici, in quo conſideratur ratio multum diuerſa. Clericus enim eo ipſo quod initiatur dicitur ei imprimi character indelebilis quantumuis poſt delictum, & in fraudem ſe feciſſet initiari, Bart. in l. 1. num. 3. in fin. ff. de pœn. Panorm. in cap. 1. num. 5. de oblig. ad ratioc. Imol. conſ. 118. Couar. loco ſupracitato, Clar. §. fin. quæſt. 36. num. 4. Decian. tract. crim. cap. 9. num. 60. & num. 138.

Et ex

Et ex iſto charactere naſcitur effectus, quod tangi non poſſit à Iudice layco, cum ſemper retineat priuilegium Canonis, ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4. vt per Alex. de Neuo conſ. 59. num. 15. & conferunt quæ in Clerico coniugato tradunt Gonz. ad 8. reg. Cano. §. 5. gloſ. 5. num. 6. Garz. de Benef. par. 2. cap. 2. num. 19. qua ratione poſt alios concluſionem latè firmarunt Marcab. conſil. 44. num. 65. Borg. deciſ. 10. num. 2. de delict. par. 5. Modern. de iuriſd. d. cap. 123. num. 10. verſic. 4. articulus, Barboſ. loc. cit. num. 223. verſ. & ratio eſt.

Et quamuis nonnulli tenuerint ſaltem Iudicem laycum retinere cognitionem, vt poſſit complere proceſſum, & ferre ſententiam condemnatoriam ſuper bonis tamē hoc habet aliquam repugnantiam cum in conditione inſit probatio, & in executione condemnatio, vt notatur in l. cum, & minores, C. ſi adu. rem iudic. & tangit Barboſ. d. l. ſi quis num. 163. quicquid ipſe poſtea tenuerit ſub num. 217. & mediantibus citationibus, proceſſu, & ablatione bonorum, etiam perſona Clerici dicatur affici moleſtia ex alleg. per Surd. conſil. 95. & conferunt plures relati per Marcheſan. de commiſſ. par. 2. tit. de com. aperit. oris num. 134. verſic. Contrariæ verò fol. mihi 320. & rurſus in com. ſeq. Auoc. cauſ. num. 40. & ſeqq. adeo, vt vix vnquam poſſet practicari niſi etiam tempore ordinis Iudex laycus præuenisset in ſententia, vel carceratione, quia tunc ordo non reperiret eum liberum, & ſui iuris, ſed diceretur præuenta non ſolum cognitio cauſæ, ſed etiam perſona, & bona, vt per Io. Andr. in cap. 1. in fin. de oblig. ad ratioc. Alberic. in cap. 1. quæſt. 13. num. 26. de hæret. in 6. Federic. conſil. 97. num. 8. Franc. dec. 384. num. 11. & 395. par. 2. & in ſimili Rot. deciſ. 1. de for. compet. in antiq. Put. deciſ. 394. par. 1. March. de com. par. 3. fol. mihi 321. num. 97.

At in alijs iſtæ ſpecialitates locum non habent, & in milite in puncto iuris non poſſe firmare bene animaduertit, Caball. d. caſ. 147. num. 12. licet ſubdat eſſe tenendum, quod ego abſolutè non puto verum, ſed ſolum vbi quis fuiſſet iuſſus, aut ſaltem requiſitus, vel rogatus a Principe, vt in militiam ingrederetur, quia tunc non diceretur proprio facto, & voluntate mu-

taſſe

fiſſe conditionem, ſed potius facto Principis cuius motus proprius tollit iſtam præuentionem, vt ad declarationem d. l. ſi quis poſtea quam, tradit Rip. in cap. 1. in fin. de reſcript. num. 26. Anton. de Matth. de prorogat. iuriſd. Cabed. dec. Luſitan. 24. num. 5. & deciſ. 25. in princ. Barboſ. in ead. l. ſi quis poſtea num. 114. verſic. nota ſecundo, & num. 119. & 133. verſic. nam ad primum, & num. 168. verſ. & 2.

11 Secus autem ſi ſponte ſua eſt ingreſſus poſt delictum commiſſum, & citationem emanatam, quia tunc dicitur in fraudem feciſſe ad euitandam pœnam arg. l. fin. ff. de bon. eorum qui ſibi mort. conſciuer. l. ſi quis Decurio vbi Bald. num. 3. C. de falſ. & in terminis tradit Bart. in l. 1. num. 3. ff. de pœn. Feder. conſ. 97. num. 8. Imol. conſ. 118. Albert. Zoc. tract. de perfect. Clerical. lib. 2. cap. 6. num. 2. Cott. in mem. in verb. Laycus, Gutierez. pract. quæſt. par. 1. quæſt. 5. num. 5.

Et conſequenter non debet ex ſua fraude commodum reportare, vt per Bart. loc. proximè citato, Bald. in l. officialis num. 2. C. de Epiſc. & Cleric. & poſt alios Franch. deciſ. 384. num. 3. Plach. de delict. cap. 35. Clar. d. quæſt. 36. num. 43. Gamb. de mer. præſt. quæſt. 6. num. 27. Matth. de prorog. iuriſd. num. 57. Vio. com. op. in verb. Clerici verſ. ordo Eccleſiaſticus Barboſ. vbi ſupra num. 220. cum ſit regulare, quod priuilegium per dolum acquiſitum nihil proſit acquirenti, l. hos accuſare, ff. de accuſat, & ſpec. ad rem noſtram, l. 1. C. qui milit. non poſſunt, & l. fin. ff. de re milit. & in indiuiduo ad iſtum caſum videtur textus in l. fin. ff. de re milit. ibi qui metu criminis de quo Reus fuerat poſtulatus nomen militię dedit Sacramento ſoluendus eſt quem tex. ad hoc etiam expendit Caball. d. caſ. 147. num. 13.

Accedebat in propoſito connexitas cauſæ reſpectu aliorum delinquentium, qui a dicto Vice Gubernatore detinebantur. Vnde expediebat Principi omnes ad eumdem remitti, vt veritas magis detegeretur. & vniformis eſſet iuſtitiæ determinatio adnotat. per Socin. in cap. fin. num. 3. de mut. pet. Dec. conſil. 12. num. 17. Staſil. de litt. iuſt. cap. citatio perſonalis num. 10. Marcheſ. de vnion. cauſ. §. vnico num. 3. & ſeqq. par. ſecunda fol. 249.

His

—His igitur ad Ducem relatis fuit vt ſupra concluſum, & executum.

ARGVMENTVM.

Miles falſum deponens coram Iudice non ſuo, num ab illo poſſit puniri, & carcerari in ſtationibus, vel potius ab Auditore Militiarum dumtaxat.

S V M M A R I V M.

1 *Milites non niſi coram ſuis iudicibus conueniri poſſunt, nec ſi in culpa fuerint ab alijs coerceri.*
2 *Clericus Teſtis productus, ſi coram Iudice layco falſum perhibeat teſtimonium ab eo puniri non poterit.*
3 *An idem procedat in milite.*
4 *Diſpoſitio text. in l. nullum, C. de teſtibus non habet locum in Iudice ad ſolum examen delegato.*
5 *Diſpoſitio dicti text. procedit in quocumque Iudice qui falſos teſtes punire poteſt.*
6 *Declaratur text. in l. magiſterie, C. de iuriſd. omn. iudic.*
7 *Argumentum de Clerico ad militem non procedit, vbi iura diuerſimodè inter eos ſe habent.*
8 *Militi armatæ. Militiæ non imputatur ignorantia iuris.*
9 *Miles poteſt fori priuilegio renunciare.*
10 *Clericus non poteſt priuilegio fori renunciare.*
11 *Vbi conceſſa eſt iuriſdictio id quoque concedi videtur, ſine quo iuriſdictio concedi non poteſt.*
12 *Difficilium, & impoſſibilium idem eſt iudicium.*
13 *Monachus delinquens poteſt in ipſomet conuentu a ſuo iudice carcerari.*
14 *In territoria aliena, nemo niſi de licentia ſui Domini iuriſdictionem exercet.*
15 *Actus carcerationis iuriſdictionis eſt.*
16 *Caſtra ſtationeſue territorium ſunt Militantium, ibiq; non niſi Præfecti Militum ius dicunt.*
17 *Confugiens ad militaria ſigna carcerari non poteſt.*
18 *Num aduocati in foro, & ſcholares in ſcolis capi poſſint.*

Miles

CASVS XXXIII.

MILES quidam, qui in Tribunali Legati Ferrariæ ad defenſionem cuiuſdam examini ſe ſubiecerat, cum falſum perhibuiſſe teſtimonium argueretur, eo ipſo quo Iudex vt in carceres conieceretur, præcipiebat arripuit fugam, & cum ad militum ſtationes perueniſſet ſatellites, qui inſequebantur eum in iiſdem ſtationibus capere attentarunt, ſed a Commilitonibus adiutus, ex eorum manibus confeſtim ereptus fuit. Qua occaſione tres emerſerunt Dubitationes Prima num Miles fori priuilegio nixus poſſet de mandato alterius iuſdicentis, quam Militiarum Auditoris Carceribus demandari, Secunda dato, quod ſic, an id ſatellites in ſtationibus exequi valerent. Tertia ſi minime id facere poſſent, an Miles ille eſſet ſaltem remittendus ad Locumtenentem Legati per Militiarum Auditorem, vel potius ab ipſo Auditore iudicandus.

Et ad primam indubitanter videbatur reſpondendum negatiuè cum milites non niſi coram Iudicibus ſuis conueniri, nec ſi in culpa fuerint ab alijs coerceri poſſint, l. Magiſterię, C. de iuriſd. omn. iud. Cotor. de iur. milit. cap. 6.

In ſpecie autem vigebat optimum ſimile deſumptum a Clerico, qui ſi Teſtis productus coram layco falſum perhibeat teſtimonium a Iudice layco puniri non poterit, vt eſt verior opinio, de qua per Hoſtienſ. Butr. Imol. Felin. & alios in cap. verum de foro competen. Bart. in l. Diuus, ff. de falſ. & teſtantur Caball. reſol. crimin. caſ. 261. Craſſ. de effect. Cleric. effect. 1. a num. 1147. Surdus latiſſimè conſil. 396. num. 27. Giurb. conſil. 59. n. 117. vbi omnes cumulat Fab. de Anna conſil. 107. num. 5. lib. 2.

Sed

Sed nihilominus contrarium probat expreſſus textus in l.nullum,C.de teſtib vbi cautum legitur eum qni ad Iudicem quemlibet, licet non ſuum dicendi gratia teſtimonij fuerit, ingreſſus armatam forte militiam, vel quamlibet aliam fori præſcriptionem ad euadendum Iudicis motum alleget, audiendum non eſſe, & poſt Bart. ibi etiam cœteri notant, & quamuis diſpoſitio iſtius textus non procedat in Iudice ad ſolum examen delegato, vt ibidem notat gloſ. in verbo præcipimus, Guglielm. de Cun. & Alber. in l. mandatum, ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. Anchar. conſil. 174. & alij per Giurb. d. conſil. 59. num. 92. tamen hæc limitatio non applicabatur caſui noſtro; quia omiſſo, an locumtenens haberet iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, certe habebat talem, ex qua in ſimiles delinquentes animaduertere poterat, quod ſufficit, Angel. in l. vacantia, C. de bon. vacant. lib. 10. num. 149. Couar. practic.quæſt.cap.18. num.9. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 38.num.32. Farin. quæſt. 61. num. 48. Giurb.d.conſil. 59.num.92.

Et prædictis ita ſe habentibus non obſtabant allegata in contrarium, nam d. lex Magiſteriæ, C. de iuriſd. omn.iudic. recipit limitationem ex d.l.nullum,C.de teſtib.ſimile vero deſumptum a Clerico non procedit in caſu iſto, ſtante clara diſpoſitione legis in contrarium, nam quamuis de milite ad Clericum, & è contra ſuſceptum ſit argumentum frequens, & validum, ceſſat tamen, vbi iura diuerſimodè inter eos ſe habent Euerard.in Topic. loc.22. circa fin. & in ſpecie Bald. qui optimè declarat in l. 1. C. de iur. & facti ignor. Matth. ſing. 61.not. quod Clerici Et hinc videmus, quod licet militi armatæ militiæ non imputetur ignorantia iuris, l. 1. C. de iur. & facti ignor. Militi tamen Cæleſtis Militiæ imputatur, Abb. in cap. 1. de Cleric. egrotan. Doctor communiter in d.l.1.C. de iur.& facti ignor.& omnium plene Alex. in l.Miles, ff. de re iudic. Et etiam videmus militem poſſe quoquomodo teſtamentum condere, l. 1. ff. de militar teſtam. Non ita Clericum, Craſſ. in §. teſtamentum, quæſtione quinta in fin.Merlin. de legit.lib.5.tit.ſecundo quæſt.16. num.6.

Ex deciſione igitur huius quæſtionis inferebatur bene argui

poſſe.

19 Præiudicium, quod conſiſtit in tempore tangit ſolum partem, non autem Iudicem, & fundatur in maiori vtilitate, ne videlicet quis retrahatur a magiſtratu.

20 Præiudicium conſiſtens in tempore non tangit ſubſtantiam litis, ſed ſolum interdicit vſum, & exercitium illius, qui vſus perneceſſe reſpicit etiam præterita.

21 Præiudicium releuans Parti Iudici dicitur cum penitus extinguatur iuriſdictio per preuentionem radicata, & tollitur ius in ſpecie quæſitum cum totali cauſæ terminatione.

22 Clericus eo ipſo, quod initiatur dicitur ei imprimi character indelebilis, quantumuis poſt delictum, & in fraudem ſe feciſſet initiari.

23 Clericus per charactere initiationis tangi non poteſt a Iudice Layco, ſed ſemper retinet priuilegium Canonis ſi quis ſuadente.

24 Iudex laycus retinet cognitionem, vt poſſit complere proceſſum, & ferre ſententiam condemnatoriam ſuper bonis Clerici.

25 Mediantibus citationibus, proceſſu, & ablatione bonorum etiam perſona Clerici dicitur affici moleſtia, & præuenta non ſolum cognitio cauſæ, ſed etiam perſona.

26 Motus proprius Principis tollit omnem præuentionem.

27 Quis non debet ex ſua fraude commodum reportare & ſtatim ſacramento ſoluendus eſt qui metu criminis de quo Reus fuerat poſtulatus nomen militiæ dedit.

28 Quando in vna cauſa ſunt plures rei, ad hoc vt veritas magis detegatur, & vniformis ſit iuſtitiæ determinatio debent omnes apud vnum Iudicem eſſe.

CASVS XXXII.

INSTABAT V. Gubernator Firmi ad ſuũ Tribunal remitti Firmanũ quemdam qui patrato ſacrilego, & proditorio ſcelere Ferrariam ſe contulerat, & in militum numerum redigi curauerat.

Videbatur prima fronte remiſſio deneganda, quia regulare eſt Militem non niſi à Iudice proprio Militum eſſe iudicandum iuxta notata in l.

in l. officium Regentis, §. officium Tribunorum, ff. de re militar. Farinacc. conſil. 4. num. 17. lib. 1. etiam ſi tempore commiſſi delicti delinquens non fuiſſet miles, quia priuilegium ſuperueniens eximit a iuriſdictione Iudicis Pagani, & mutatio ſtatus,& perſonæ operatur etiam mutationem fori, gloſ. 2. in l.nemo poteſt, ff. de leg. 1. Albert. in cap. 1. quæſt. 13. num. 21. de hæret. in 6. Barboſ. ad l.ſi quis poſteaquam num. 174. verſic. illud certum, ff.de iudic. Couar.pract.quæſt.cap. 32.num.4.verſic.Prima concluſio,Clar.in pract.crim.§.fin.quæſt. 36.num.43. Menchac.Illuſtr.quæſt.cap.28.num.23. & ſeqq. Modern. de iuriſd. par.4.centur.2. caſ. 121 in princ. & num. 5.qui æquiparant ad hunc effectum militem cœleſtis, & terreſtris militiæ, prout etiam Oldrad. conſil 4.num 1.circa finem.

Vltra quod nec poteſt dici mutatio cum delinquens nedum puniri poſſit a iudice originis,& delicti,ſed etiam a Iudice domicilij, Clar.in prax.quæſt. 38. verſic. eſt autem,Tob. Non.conſil. 98. n.5. Farin.quæſt.7.verſ.Secus ſi iudex: Miles autem dicatur ibi habere Domicilium vbi ſtipendia mereatur l.municeps, §.fin. ad municipal.l. Magiſteriæ in fin.C.de iuriſd. omn.iud, Bald. in l.3. num.3. ff.de offic. Præſid. Barboſ. ad l. ſi quis poſteaquam num.7. ff.de iudic.

Sed vbi etiam tractaretur de mutatione, quia Iudex Paganus præueniſſet in formanda inquiſitione,& citatione Rei adhuc a Magiſtro Militum cauſam debere terminari probat text.in l.qui cum 4. §. reus, ibi capite puniendus eſt, nec remittendus eſt eo vbi reus poſtulatus eſt, ff.de re militar.

Et quamuis huic textui videatur alter contrarius in d. l.ſi quis poſtea 7. ff. de iudic. vbi Reus in ius vocatus ſi miles eſſe cœperit forum reuocare non poteſt, eo quod fuerit præuentus,& iſto caſu priuilegium ſuperueniens non eximat, vt ibi notat Bart. & communiter ſcribb.

Tamen facilis eſt conciliatio cũ hic poſterior textus loquatur in iudicio ciuili in quo ferè omnes admittunt præuentionẽ operari,non obſtante priuilegio ſuperueniente, ſiue militiæ armatæ, ſiue Cæleſtis, vt per Ioan. Andr. in cap. 1. de obligat. ad ratioc. Specul. tit. de Reo, §. 1.verſic.Sed quid ſi Anchar. in c. ea quæ q.

14. de reg. iur. in 6. Adden. ad Cappell. Toloſ. deciſ. 147. Borgn. deciſ. 10. num. 32. par. 5. Nauarr. in cap. non dicatis 12. quæſt. 1. Albert. in d. cap. 1. quæſt. 13. num. 23. de hæret. in 6. & poſt alios, Barboſ. in d. l. ſi quis poſtea num. 203. verſ. ſecunda eſt concluſio, ff. de iudic.

Prior verò text. in dicto §. Reus loquitur in iudicio criminali, & capitali, in quo non obſtante præuentione priuilegium vtriuſque militiæ locum habere admittunt, ſcilicet in cæleſti, Oldr. conſ. 4. num. 1. Couar. d. cap. 32. num. 4. Plac. de delict. c. 35. in princ. Clar. d. §. fin. quæſt. 36. num. 43. Barboſ. d. l. ſi quis poſtea num. 214. verſ. Tertia ſit concluſio Modern. de iuriſd. d. cap. 121. num. 10. Caball. quæſt. 563. Petr. Caball. reſol. crimin. caſ. 108. num. 1. & caſ. 147. num. 5. Surd. conſil. 396. num. 9. & in armata, ſeù terreſtri, Decian. tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 23. num. 2. Cabal. dicto caſ. 147. num. 12. & ante eos Oldrad. conſil. 4. in princ. Coter. de Iur. Milit. lib. 2. cap. 6. quos tamen nec Decian. nec Caball. allegant. Ex quibus videbatur inferri nedum non eſſe locum remiſſioni ad alium Iudicem, ſed potius ſi captus fuiſſet à predicto Vice Gubernatore ad Magiſtrum Militum remitti oportere iuxta textum in l. 1. C. de exhiben. reis, l. de milite, ff. eod. l. fin. C. de re milit. lib. 11. l. Magiſteriæ vbi gloſ. C. de iuriſd. omn. iudic. Farinacc. d. conſil. 4. num. 18. & in Fragment. litt. M. num. 218. verſic. Milites autem.

Sed negotio diligenter examinato, ac facti circunſtantijs ponderatis contrarium aſſerere, ſum coactus; aderat enim præuentio tam in inquirendo, quam in citando, tempore, quo iſte firmanus fuit receptus in Militem, & aderat connexio cauſæ reſpectu aliorum Sociorum criminis, vt in informarionibus ab eod. Vice Gubernatore datis.

Ex præuentione autem is potiſſimum reſultat effectus, quod cauſa ſit proſequenda corā Iudice, qui citare incepit, etiam ſi poſt præuentionem citatus forum mutauerit, & etiam conditionem perſonæ, adeò vt priuilegium ex mutatione acquiſitum nihil proſit, quoad cauſam in qua præuenta eſt iuriſdictio, vt probant text. in l. penult. ff. de iuriſd. omn. iudic. l. incola 34. ff. ad Mu-

ad Municipali Federic. de Sen. conſil. 97. num. 3. in fin. Marian.Soc.cap. penult. num. 27. Bero. conſil. 109. num.8. lib. 3. Decian. d.tract.crim.lib.4.c.22.num. 1.& ſeq. Valaſc.conſil.97. per tot. & in milite probat text.in d. l. ſi quis poſtea vbi Barboſ. ſub num. 110. ff.de iudic.

Et quamuis in contrarium videatur vrgere textus ſuperius relatus in l. qui cum §. Reus, ff.de re milit.loquens in cauſa criminali in qua nos verſamur.

Tamen vix eſt, vt in propoſito caſu inter vnam cauſam, & aliam poſſit conſtitui iuridica differentia ad effectum de quo tractatur; regulariter enim valet argumentum de cauſa ciuili ad criminalem,l.abſentem, ff.de pœnis,& in materia præuentionis quod dicitur in cauſa ciuili habere locum etiam in criminali probat textus in l.hoc accuſare,§.hoc beneficio,ff.de accuſ.& ibi not. Bart.num.3.idem Bart.in l.Vranius num. 12.ff.de fideiuſſ.& in l.1. num.3.ff.de pœnis.

Neque vrget textus in dicto §.Reus, quia ibi non dicitur Militem puniendum pro illo delicto pro quo fuerat ab alio Iudice citatus,ſed fortaſſe ex eo,quod auſus fuerit ad Militiæ honorem aſpirare,antequam innocentiam ſuam oſtenderet, quod capitale crimen reputatur,l.vnic.C.de reis poſtul.lib. 10.& ideo non mirum ſi Magiſter Militum non tenetur delinquentem ad ſuum Iudicem remittere antequam illum puniat de iſto nouo delicto adnot. in l. ſi cui in fin. ff. de accuſat. & per Guido Pap.deciſio. 202.& hunc intellectum primo loco tangit gloſ. in eodem §. Reus in verbo Capite, quem probant ibidem Alber. & Fulgoſ. num. 1 in fin. Lancell. Dec. col. 1. in fin. Iacob. num. 11. & Oldrad.ac magis placere teſtatur Barboſ.ſub num. 166.verſ. magis ergo mihi placet.

Quo textu euitato facile etiam tollerentur auctoritates in contrarium allegatę aliquę enim ſuper illo fundantur inhærendo 2. intellectui gloſæ, qui non placet Doctoribus præcitatis.

Aliquæ verò fundantur in ſimili de electo ad magiſtratum, qui quidem non eximitur à poteſtate Iudicis ordinarij,a quo inceperat citari, ſed dumtaxat temporaliter ſuſpenditur iuriſdictio diſius ordinarij abſq;eo,quod tribuatur alteri donec magiſtratus

clarat quemadmodum ſic intelligi debere textum in d. l. non diſtinguendum ſcilicet ſi quis, ff. de recept. arbitr. & l. reos, ff. iudicat. ſolu. l. ſi adulterium, §. fin. ff. ad l. Iul. de adult. declarat. Barboſ. loc. cit. num. 129. & ſeq. & eſt de mente Aret. in cap. cauſam il ſecondo num. 9. de Teſtib. Nimirum quia iſto caſu præiudicium eſt modicum vti conſiſtens in tempore adnotat. in l. quoties, C. de precib. Imper. offer. & tangit ſolum partem, non autem Iudicem, & fundatur in maiori vtilitate publica ne quis retrahatur à Magiſtratibus, l. de eo, ff. de iudic. nec etiam tangit aliquo modo ſubſtantiam litis, ſed ſolum reſpicit vſum, & exercitium illius, qui vſus perneceſſe reſpicit etiam præterita, Ant. in cap. ſi quando num. 18. de conſtit. Barboſ. vbi ſupra num. 154. in caſu verò omnimodæ exemptionis dicitur fieri releuans præiudicium parti, & Iudici, cum penitus extinguatur iuriſdictio per præuentionem radicata, & tollatur ius in ſpecie quæſitum cum totali cauſæ terminatione, ſicuti conſiderat Couar. d. cap. 23. num. 4. Cabed. deciſion. Luſitan. 24. num. 8.

Aliquæ autem fundantur in caſibus ſpecialibus, in quibus à Principe fuerat conceſſum priuilegium fori, etiam quoad cauſas coram alijs pendentes, de cuius præuentione ipſe Princeps notitiam habebat, & ſic procedere text. in l. ſi quis, ff. ſi quis caut. & l. item Vulpianus, ff. de excuſ. tutor. declarat Fulgoſ. in dicta l. ſi quis poſtea, quam ſub num. 1. Barboſ. num. 123. & ſeqq. Ant. de Matth. tract. de prorog. iuriſd. num. 57. Ruin. conſil. 76. num. 6. lib. 1. Lancellott. de attentat. par. 2. cap. 4. limit. 21. num. 17. quæ ſpecialitates benè demonſtrant regulam vigere in contrarium, & factum Principis dumtaxat futura reſpicere, & non cenſeri alicui præiudicare, vt per Ant. de Matth. loco proximè citato.

Aliquæ demum fundantur in exemplo Clerici, in quo conſideratur ratio multum diuerſa. Clericus enim eo ipſo, quod initiatur dicitur ei imprimi character indelebilis quantumuis poſt delictum, & in fraudem ſe fecisset initiari, Bart. in l. 1. num. 3. in fin. ff. de pœn. Panorm. in cap. 1. num. 5. de oblig. ad ration. Imol. conſ. 118. Couar. loco ſupracitato, Clar. §. fin. quæſt. 36. num. 4. Decian. tract. crim. cap. 9. num. 60. & num. 138.

Et ex iſto charactere naſcitur effectus, quod tangi non poſſit à Iudice layco, cum ſemper retineat priuilegium Canonis, ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4. vt per Alex. de Neuo conſ. 59. num. 15. & conferunt quæ in Clerico coniugato tradunt Gonz. ad 8. reg. Cano. §. 5. gloſſ. 5. num. 6. Garz. de Benef. par. 2. cap. 2. num. 19. qua ratione poſt alios concluſionem latè firmarunt Marcab. conſil. 44. num. 65. Borg. deciſ. 10. num. 2. de delict. par. 5. Modern. de iuriſd. d. cap. 12. num. 10. verſic. 4. articulus, Barboſ. loc. cit. num. 213. verſ. & ratio eſt.

Et quamuis nonnulli tenuerint ſaltem Iudicem laycum retinere cognitionem, vt poſſit complere proceſſum, & ferre ſententiam condemnatoriam ſuper bonis tamē hoc habet aliquam repugnantiam cum in conditione inſit probatio, & in executione condemnatio, vt notatur in l. eum, & minores, C. ſi adu. rem iudic. & tangit Barboſ. d. l. ſi quis num. 163. quicquid ipſe poſtea tenuerit ſub num. 217. & mediantibus citationibus, proceſſu, & ablatione bonorum, etiam perſona Clerici dicatur affici moleſtia ex alleg. per Surd. conſil. 95. & conferunt plures relati per Marcheſm. de commiſſ. par. 2. tit. de com. aperit. oris num. 134. verſic. Contrariæ verò fol. mihi 320. & rurſus in com. ſeq. Auocl cauſ. num. 40. & ſeqq. adeo, vt vix vnquam poſſet practicari niſi etiam tempore ordinis Iudex laycus præuenisset in ſententia, vel carceratione, quia tunc ordo non reperiret eum liberum, & ſui iuris, ſed diceretur præuenta non ſolum cognitio cauſæ, ſed etiam perſona, & bona, vt per Io. Andr. in cap. 1. in fin. de oblig. ad ratioc. Alberic. in cap. 1. quæſt. 13. num. 26. de hæret. in 6. Federic. conſil. 97. num. 8. Franc. dec. 384. num. 11. & 395. par. 2. & in ſimili Rot. deciſ. 1. de for. compet. in antiq. Put. deciſ. 394. par. 1. March. de com. par. 3. fol. mihi 321. num. 97.

At in alijs iſtæ ſpecialitates locum non habent, & in milite in puncto iuris non poſſe firmare benè animaduertit, Caball. d. caſ. 147. num. 12. licet ſubdat eſſe tenendum, quod ego abſolutè non puto verum, ſed ſolum vbi quis fuiſſet iuſſus, aut ſaltem requiſitus, vel rogatus a Principe, vt in militiam ingrederetur, quia tunc non diceretur proprio facto, & voluntate mutaſſe

 taſſe

falſe conditionem, ſed potius facto Principis cuius motus proprius tollit iſtam præuentionem, vt ad declarationem d. l. ſi quis poſtea quam, tradit Rip. in cap. 1. in fin. de reſcript. num. 20. Anton. de Matth. de prorogat. iuriſd. Cabed. dec. Luſitan. 24. num. 5. & deciſ. 25. in princ. Barboſ. in ead. l. ſi quis poſtea num. 114. verſic. nota ſecundo, & num. 119. & 133. verſic. nam ad primum, & num. 168. verſ. & 2.

Secus autem ſi ſponte ſua eſt ingreſſus poſt delictum commiſſum, & citationem emanatam, quia tunc dicitur in fraudem feciſſe ad euitandam pœnam arg. l. fin. ff. de bon. eorum qui ſibi mort. conſciuer. l. ſi quis Decurio vbi Bald. num. 3. C. de falſ. & in terminis tradit Bart. in l. 1. num. 3. ff. de pœn. Feder. conſ. 97. num. 8. Imol. conſ. 118. Albert. Zoc. tract. de perfect. Clerical. lib. 2. cap. 6. num. 2. Cott. in mem. in verb. Laycus, Gutierez. pract. quæſt. par. 1. quæſt. 5. num. 5.

Et conſequenter non debet ex ſua fraude commodum reportare, vt per Bart. loc. proximè citato, Bald. in l. officialis num. 2. C. de Epiſc. & Cleric. & poſt alios Franch. deciſ. 384. num. 3. Plach. de delict. cap. 35. Clar. d. quæſt. 36. num. 43. Gamb. de mer. præſt. quæſt. 6. num. 27. Matth. de prorog. iuriſd. num. 57. Vio. com. op. in verb. Clerici verſ. ordo Eccleſiaſticus Barboſ. vbi ſupra num. 120. cum ſit regulare, quod priuilegium per dolum acquiſitum nihil proſit acquirenti, l. hos accuſare, ff. de accuſat, & ſpec. ad rem noſtram, l. 1. C. qui milit. non poſſunt, & l. fin. ff. de re milit. & in indiuiduo ad iſtum caſum videtur textus in l. fin. ff. de re milit. ibi qui metu criminis de quo Reus fuerat poſtulatus nomen militiæ dedit Sacramento ſoluendus eſt quem tex. ad hoc etiam expendit Caball. d. caſ. 147. num. 13.

Accedebat in propoſito connexitas cauſæ reſpectu aliorum delinquentium, qui a dicto Vice Gubernatore detinebantur. Vnde expediebat Principi omnes ad eumdem remitti, vt veritas magis detegeretur, & vniformis eſſet iuſtitiæ determinatio adnotat. per Socin. in cap. fin. num. 3. de mut. pet. Dec. conſil. 12. num. 17. Staſil. de litt. iuſt. cap. citatio perſonalis num. 10. Marchéſ. de vnion. cauſ. §. vnico num. 3. & ſeqq. par. ſecunda fol. 249.

His

—His igitur ad Ducem relatis fuit vt ſupra concluſum, & executum.

ARGVMENTVM.

Miles falſum deponens coram Iudice non ſuo, num ab illo poſſit puniri, & carcerari in ſtationibus, vel potius ab Auditore Militiarum dumtaxat.

SVMMARIVM.

1 *Milites non niſi coram ſuis iudicibus conueniri poſſunt, nec ſi in culpa fuerint ab alijs coerceri.*
2 *Clericus Teſtis productus, ſi coram Iudice layco falſum perhibeat teſtimonium ab eo puniri non poterit.*
3 *An idem procedat in milite.*
4 *Diſpoſitio text. in l. nullum, C. de teſtibus non habet locum in Iudice ad ſolum examen delegato.*
5 *Diſpoſitio dicti text. procedit in quocumque Iudice qui falſos teſtes punire poteſt.*
6 *Declaratur text. in l. magiſterie, C. de iuriſd. omn. iudic.*
7 *Argumentum de Clerico ad militem non procedit, vbi iura diuerſimodè inter eos ſe habent.*
8 *Militi armatæ. Militiæ non imputatur ignorantia iuris.*
9 *Miles poteſt fori priuilegio renunciare.*
10 *Clericus non poteſt priuilegio fori renunciare.*
11 *Vbi conceſſa eſt iuriſdictio id quoque conceedi videtur, ſine quo iuriſdictio concedi non poteſt.*
12 *Difficilium, & impoſſibilium idem eſt iudicium.*
13 *Monachus delinquens poteſt in ipſomet conuentu a ſuo iudice carcerari.*
14 *In territoria alieno, nemo niſi de licentia ſui Domini iuriſdictionem exercet.*
15 *Actus carcerationis iuriſdictionis eſt.*
16 *Caſtra ſtationeſue territorium ſunt Militantium, ibiq; non niſi Præfecti Militum ius dicunt.*
17 *Confugiens ad militaria ſigna carcerari non poteſt.*
18 *Num aduocati in foro, & ſcholares in ſcolis capi poſſint.*

Miles

Sed nihilominus contrarium probat expreſſus textus in l.nullum,C.de teſtib vbi cautum legitur eum qni ad Iudicem quemlibet, licet non ſuum dicendi gratia teſtimonij fuerit, ingreſſus armatam forte militiam, vel quamlibet aliam fori præſcriptionem ad euadendum Iudicis motum alleget, audiendum non eſſe, & poſt Bart. ibi etiam cœteri notant, & quamuis diſpoſitio iſtius textus non procedat in Iudice ad ſolum examen delegato, vt ibidem notat gloſ. in verbo præcipimus, Guglielm. de Cun. & Alber. in l. mandatum, ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. Anchar. conſil. 174. & alij per Giurb. d. conſil. 59. num. 92. tamen hæc limitatio non applicabatur caſui noſtro; quia omiſſo, an locumtenens haberet iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, certe habebat talem, ex qua in ſimiles delinquentes animaduertere poterat, quod ſufficit, Angel. in l. vacantia, C. de bon. vacant. lib. 10. num. 149. Couar. practic.quæſt.cap. 18. num. 9. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 38.num. 32. Farin. quæſt. 61. num. 48. Giurb.d.conſil.59.num.92.

Et prædictis ita ſe habentibus non obſtabant allegata in contrarium, nam d. lex Magiſteriæ, C. de iuriſd. omn.iudic. recipit limitationem ex d.l.nullum,C.de teſtib.ſimile vero deſumptum a Clerico non procedit in caſu iſto, ſtante clara diſpoſitione legis in contrarium, nam quamuis de milite ad Clericum, & è contra ſuſceptum ſit argumentum frequens, & validum, ceſſat tamen, vbi iura diuerſimodè inter eos ſe habent Euerard.in Topic. loc. 22. circa fin. & in ſpecie Bald. qui optimè declarat in l. 1. C. de iur. & facti ignor. Matth. ſing. 61.not. quod Clerici Et hinc videmus, quod licet militi armatæ militiæ non imputetur ignorantia iuris, l. 1. C. de iur. & facti ignor. Militi tamen Cæleſtis Militiæ imputatur, Abb. in cap. 1. de Cleric. egrotan. Doctor communiter in d.l.1.C. de iur.& facti ignor.& omnium plene Alex. in l.Miles, ff. de re iudic. Et etiam videmus militem poſſe quoquomodo teſtamentum condere, l. 1. ff. de militar teſtam. Non ita Clericum, Craſſ. in §. teſtamentum, quæſtione quinta in fin.Merlin. de legit.lib.5.tit.ſecundo quæſt. 16. num. 6.

Ex deciſione igitur huius quæſtionis inferebatur bene argui

poſſe.

poſſe, vt in ſecunda quæſtione reſponderetur affirmatiuè, nam ſi locumtenens poterat militem punire, poterat conſequenter vigore mandati eiuſdem a Satellitibus etiã in ſtationibus capi, cum vbi conceſſa eſt iuriſdictio demandandi carceribus id quoque concedi videatur, ſine quo iuriſdictio expediri non poteſt, l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudic. Euer. in Topic. legal. loc. 94. Monach. deciſ. 29. num. 15. Præſertim cum difficile admodum eſſet militem capere niſi in ipſis ſtationibus, vbi moram trahit, difficilium, aut de impoſſibilium idem eſt iudicium, l. apud Iulianum, §. conſtat, cum ibi not. ff. de legat. 1. Et ideo videmus, quod vbi monachus eſt puniendus, poteſt in ipſomet Conuentu carcerari.

Prædictis tamen omnino neglectis, dixi militem in ſtationibus capi non potuiſſe, bina impulſus ratione, Prima quia nemo in territorio alieno, niſi de licentia Domini iuriſdictionem exercet, l. fin. ff. de iuriſd. omn. iudic. l. 5. ff. de offic. Proconſul. Bart. Bald. & Angel. in l. fin. C. vbi & apud quem in integr. reſtit. ag. Caball. reſol. crim. caſ. 120. num. 3. Sola ad decreta Sabaud. tit. de venat. decreto, vt facilius gloſ. 1. num. 1. Barboſ. in l. 1. tit. 1. num. 103. ff. de iudic. Giurba conſil. 59. num. 19. cum ſequen, & actus carcerationis iuriſdictionis eſt Doctor in l. Imperium, ff. de iuriſd. omn. iudic. Decan. deciſ. 26. num. 10. Et Caſtra, ſtationeſue territorium ſunt militantium, ibique non niſi Præfecti militum ius dicunt, l. fin. cum ſuis §§. C. de re militar. lib. 12. num. 1. Cotor. de iur. milit. cap. 6. lib. 2.

Secundo quia, cum Paganum ad Caſtra confugientem ibi capi improbatum ſit, vt de Planco refert Tacit. lib. 1. Annal. dum inquit. neque aliud periclitanti ſubſidium, quam Caſtra, & Legiones illic ſigna, & aquilam amplexus, religione ſe tutabatur, & de Iucilliano quodam, qui conſcius fraudum, & noxarum ad militaria ſigna confugerat, Marcellin. lib. 25. & recens exemplum Don Aloſij Ycartis Brixię copiarum Regis Catholici Ducis, qui militum furorem ſignorum amplexu euaſit, vt refert Ginut. in diſciplina militar. tit. de delict. militum qui pœna vltimi ſupplicij puniuntur num. 86. multo ergo minus miles, ſi delictum militare non admiſit, vt in ſpecie vult Decian. tract. crim.

Digitized by Google

crim. lib. 6. cap. 50. num. 12. qui extendit ad Aduocatos, & ſcholares, vt minime in foro, vbi cauſas agunt, & in ſcholis capi poſſint, & num. 11. & 13.

Contraria autem ſolum conuincunt, vt cui punire datum eſt, data ſit etiam poteſtas carcerandi, non tamen inde fit, vt carceratio qui actus iuriſdictionis eſt exercere poſſit, vbi ratione loci, actus fieri non poteſt; vt videmus in Eccleſijs, & in territorijs, & iuriſdictionibus diſtinctis.

Et in puncto officialis delinquentem capere volentis, quod ſi eum inſequi incipiat iu ſuo territorio non poſſit fugientem in alieno territorio capere notarunt, Bald. Florian. de S. Petro in l. Sicuti, §. Ariſto ſi ſeru. vend. vbi Paul. Caſtr. not. & ibi gloſ. in verbo facere licet, dicit nota, in ſuo facit quod vult quilibet, non in alieno, & alleg. concord. vt in ea, & Bald. vbi ſupra, reiecta oppoſitione, cap. quinto de adulter. dicentis licere marito adulterum, è domo fugientem etiam extra Domum capere firmat propoſitionem per caſus poſitos in d. §. Ariſto, & quia mutatio territorij inducit mutationem poteſtatis. Ang. l. ſi Dominium de fur. l. quis ſit fugitiuus, ff. de edilic. edict. ſequitur Aret. de maleſic. ſuper verbo quod fama ſub num. 26. verſic. quærit an ſi officialis vbi infert quod iudex loci capturæ poteſt captum repetere c. ex parte de ver. ſignif. il 1. vbi liquet, quod capitulum Carnotenſe excommunicauit quamdam Comitiſſam, quia officiales nolebant reſtituere quemdam Latronem ab eis captum in territorio dicti Capituli, & ita dicit Bart. in l. ſi cui de accuſ.

Demum, & in tertia dubitatione reſpondi, nec militem eſſe ad Locumtenentem remittendum, ſed poſſe per Militiarum Auditorem coerceri, ac ſi quid facinoris admiſit ab eo puniri, qui in captura perſonæ præuenit, quandoquidem tex. in d. l. nullum, C. de teſtib. licet delinquẽtem militem efficiat de foro Iudicis, corã quo deliquit, eum tamen non abdicat a iuriſdictione ordinarij militũ Iudicis, ſed vterque poteſt procedere, Bald. in d. l. nullũ ad fin. Couar. pract. quæſt. cap. 18. n. 8. Rol. conſ. 12. n. 17. vol. 2. Surd. conſ. 56. n. 31. Giurb. conſ. 59. n. 118. Caball. caſ. 117. n. 3. Afflict. dec. 219. n. 2. Franch. dec. 147. n. 4. & dec. 181. num. 5. Et proinde præuentioni inter eos locus erit, Guid. Pap. deciſ. 562. latè

R Clar.

Clar, § fin, quæſt. 36. num. 42. & quæſt. 38.

Præueniens autem in captura perſonæ præfertur præuenienti in citando, vt ſic realis prçuentio præferatur verbali Farinacc. quæſt. 7. num. 53. Theſaur deciſ. 90.

Ex quibus, vt miles non eſſet ad Prætorem Ferrariæ remittendus Duci placuit.

ARGVMENTVM.

Miles delinquens extra Caſtra à quo Iudice ſit puniendus.

S V M M A R I V M.

1 *Commeatus militibus non eſt dandus, niſi ob res proprias neceſſarias componendas.*

2 *Elogium vna cum Milite Deſertore Præſes ad ducem exercitus debet mittere, & num. 7. & declara num. 6.*

3 *Elogium idem eſt quod proceſſus.*

4 *Miles, non eſt remittendus, quando grauius delictum in Prouincia admiſit.*

5 *Homicidium connumeratur inter grauiora crimina.*

6 *Miles, agens in deſertione, ſi in prouincia grauius delictum committat non eſt remitten.*

7 *Miles non poteſt conueniri niſi coram ſuo Iudice ciuiliter, & criminaliter.*

8 *Ampl. etiam ſi inter militem, vel paganum, & ſit quæſtio.*

9 *Crimen grauius à non graui quomodo diſtinguatur.*

Homicidium in rixa reputatur caſuale.

Homicidium in rixa exilio eſt puniendum.

CASVS XXXIV.

MILES Equeſtris, qui ob res proprias neceſſarias componendas commeatum obtinuerat, iuxta Liu. lib. 3. primæ Decad. quem ſequitur Claud. Cotor. de iure milit. lib. 1. cap. 38. littera E. Ceſenam Patriam rediens, equo cui inſidebat, ruſticum quemdam imprudenter offendit, quamobrem ruſticus ira percitus Militis caput ſtipite percuſſit, qui tam Leuem ob cauſam, ſe tam inique deluſum aſpiciens, Sclopi ictu, quem præ manibus habebat, illum interemit.

De quo homicidio a Curia Romandiolæ fabricato proceſſu, & milite coram Duce ab hæredibus occiſi accuſato, ideo in cuſtodiam deuoluto ad indagandam veritatem inſtabatur pro prędicto proceſſu. Vnde hęſitabatur, an de iure a Rectore Prouinciæ eſſet tranſmittendus, & de illius tranſmiſſione eſt tex. in l. deſertorem, ff. de re militar. vbi quod nedum Elogium ad ſuum Ducem Præſes mittet, ſed etiam deſertorem; Elogium enim, quod ſint litteræ deſignantes, qualiter quis deliquit, quod idem eſt, quod proceſſus, eſt gloſ. in d. l. Deſertorem in verbo Elogio, quod idem explicat lexicon iuris in verbo Elogium, facitque illud Quintiliani, non eſt Iudices, quod putetis ideo nullum adiectum, ad exheredationem iuuenis Elogium, quia de ſcelere conſtaret.

Non obſtat textus in d. l. deſertorem, vbi excipit caſum, niſi quid grauius in Prouincia admiſerit, & ſic homicidium, quod inter grauiora crimina connumeratur, Guid. Pap. conſ. 89. num. 4. vnde ex diſpoſitione textus, nedum Elogium, ſed neque miles etiam repertus foret remitten.

R 2 Nam

Nam reſpondetur, quod tex. loquitur in Deſertore, qui in deſertione agens, quid grauius committit, Balthaſſar. Ayal. de iur. & offic. bell. lib. 3. cap. 7. numero ſecundo cum alijs per Giurb. conſil. 59. num. 105. verſic. certi iuris eſt; At in caſu noſtro, Miles qui commeatum habebat, nec agebat in deſertione, nec quid grauius admiſerat, miles namque ſi in Prouincia repertus crimen publicum commiſerit, Rectorem Prouinciæ eum ſub cuſtodia conſtituere poſſe, & cauſam omnem, & perſonæ qualitatem ad Magiſtrum Militum referre, l. 1. C. de exhib. reis. Nec poteſt niſi coram ſuo Iudice conueniri, nec ſi in culpa fuerit coerceri, etiam ſi inter milites, vel paganum, & militem ſit quæſtio, l. Magiſterie, C. de iuriſdiction. omn. iud.

Nec verſabamur in delicto grauiori, vt requirit textus, quia crimen grauius a non graui dupliciter diſtinguitur, primo inſpecta qualitate facti a quo crimen deſcendere dicitur. Secundo inſpecta diſpoſitione pœnæ, Din. conſil. 43. Quod vtrumque abeſt in caſu noſtro, nam reſpectu facti homicidium in rixa, reputatur caſuale, Adden. ad Farinacc. conſil. ſecundo littera B. & reſpectu pœnæ exilio eſt puniendum, Giurb. conſil. 172. per tot.

Sed hoc ſit dictum ex abundanti, quia miles etiam ex grauiori delicto, niſi in deſertione agat eſt remittendus cum omni cauſa ad Iudicem Militum, vt per ſupradicta Iura, & alia firmat, Claud. Cotor. de iure milit. lib. 2. cap. 6. littera C. Giurb. per plures cumulat, conſil. 59. num. 105. verſic. Certi iuris. Et prædictis attentis Prouinciæ Præſes, qui erat Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Ottauius Corſinus Archiepiſcopus Tarſenſis proceſſum nulla interpoſita mora mihi tranſmiſit.

CASVS

ARGVMENTVM.

Miles in deſertione agens ſi graſſetur a quo ſit puniendus.

SVMMARIVM.

1 *Miles captus a Rectore Prouinciæ ad Iudicem militum eſt remittendus.*
2 *Rector Prouinciæ Deſertorem remittere non debet, quando quid grauius in Prouincia admiſit.*
3 *Deſertor eſt puniendus a Iudice loci commiſſi delicti.*
4 *Deſertor militiæ amplius miles non eſt.*

CASVS XXXV.

MILES qui deſeruerat militiam, & graſſabatur in Prouincia Romandiolæ captus a Præſide inſtabat ad Iudicem Militum remitti per tex. in d.l.de militibus, ff. de cuſtod. & exhib. reor. l. 1. C. de exhib. reis, vbi Bald. in ſumm. quod captus a Præſide Magiſtro Militum ſub fida cuſtodia remittendus.

Dixi tamen non eſſe remittẽdum per tex.in l.deſertorem, ff.de re militar.vbi quod Preſes deſertorem remittere debet,niſi quid grauius in Prouincia admiſerit,cumque plures graſſationes commiſiſſet, ne dum ibidem erat plectendus, ſed apud Rectorem damnandus, apud quem crimen contractum oſtendebatur, l. fin. ff. de accuſat.Balthaſſ.Ayal.de iur.& offic.belli. lib. 3. cap. 8. num. 2. Rouit. ſuper Pragm. Regni 16. de militib. num. 19. vbi alios cumulat.

Non obſtabant ſupradicta iura,quia illa loquuntur in milite,

Digitized by Google

faſſe conditionem, ſed potius facto Principis cuius motus proprius tollit iſtam præuentionem, vt ad declarationem d. l. ſi quis poſtea quam, tradit Rip. in cap. 1. in fin. de reſcript. num. 20. Anton. de Matth. de prorogat. iuriſd. Cabed. dec. Luſitan. 24. num. 5. & deciſ. 25. in princ. Barboſ. in ead. l. ſi quis poſtea num. 114. verſic. nota ſecundo, & num. 119. & 133. verſic. nam ad primum, & num. 168. verſ. & 2.

Secus autem ſi ſponte ſua eſt ingreſſus poſt delictum commiſſum, & citationem emanatam, quia tunc dicitur in fraudem feciſſe ad euitandam pœnam arg. l. fin. ff. de bon. eorum qui ſibi mort. conſciuer. l. ſi quis Decurio vbi Bald. num. 3. C. de falſ. & in terminis tradit Bart. in l. 1. num. 3. ff. de pœn. Feder. conſ. 97. num. 8. Imol. conſ. 118. Albert. Zoc. tract. de perfect. Clerical. lib. 2. cap. 6. num. 2. Cott. in mem. in verb. Laycus, Gutierez. pract. quæſt. par. 1. quæſt. 5. num. 5.

Et conſequenter non debet ex ſua fraude commodum reportare, vt per Barſ. loc. proximè citato, Bald. in l. officialis num. 2. C. de Epiſc. & Cleric. & poſt alios Franch. deciſ. 384. num. 3. Plach. de delict. cap. 35. Clar. d. quæſt. 36. num. 43. Gamb. de mer. præſt. quæſt. 6. num. 27. Matth. de prorog. iuriſd. num. 57. Vio. com. op. in verb. Clerici verſ. ordo Eccleſiaſticus Barboſ. vbi ſupra num. 120. cum ſit regulare, quod priuilegium per dolum acquiſitum nihil proſit acquirenti, l. hos accuſare, ff. de accuſat, & ſpec. ad rem noſtram, l. 1. C. qui milit. non poſſunt, & l. fin. ff. de re milit. & in indiuiduo ad iſtum caſum videtur textus in l. fin. ff. de re milit. ibi qui metu criminis de quo Reus fuerat poſtulatus nomen militię dedit Sacramento ſoluendus eſt: quem tex. ad hoc etiam expendit Caball. d. caſ. 147. num. 13.

Accedebat in propoſito connexitas cauſæ reſpectu aliorum delinquentium, qui a dicto Vice Gubernatore detinebantur. Vnde expediebat Principi omnes ad eumdem remitti, vt veritas magis detegeretur. & vniformis eſſet iuſtitiæ determinatio adnotat. per Socin. in cap. fin. num. 3. de mut. pet. Dec. conſil. 12. num. 17. Staſil. de litt. iuſt. cap. citatio perſonalis num. 10. Marcheſ. de vnion. cauſ. §. vnico num. 3. & ſeqq. par. ſecunda à fol. 249.

His

His igitur ad Ducem relatis fuit vt ſupra concluſum, & executum.

ARGVMENTVM.

Miles falſum deponens coram Iudice non ſuo, num ab illo poſſit puniri, & carcerari in ſtationibus, vel potius ab Auditore Militiarum dumtaxat.

S V M M A R I V M.

1 *Milites non niſi coram ſuis iudicibus conueniri poſſunt, nec ſi in culpa fuerint ab alijs coerceri.*

2 *Clericus Teſtis productus, ſi coram Iudice layco falſum perhibeat teſtimonium ab eo puniri non poterit.*

3 *An idem procedat in milite.*

4 *Diſpoſitio text. in l. nullum, C. de teſtibus non habet locum in Iudice ad ſolum examen delegato.*

5 *Diſpoſitio dicti text. procedit in quocumque Iudice qui falſos teſtes punire poteſt.*

6 *Declaratur text. in l. magiſterie, C. de iuriſd. omn. iudic.*

7 *Argumentum de Clerico ad militem non procedit, vbi iura diuerſimodè inter eos ſe habent.*

8 *Militi armatæ. Militiæ non imputatur ignorantia iuris.*

9 *Miles poteſt fori priuilegio renunciare.*

10 *Clericus non poteſt priuilegio fori renunciare.*

11 *Vbi conceſſa eſt iuriſdictio id quoque concedi videtur, ſine quo iuriſdictio concedi non poteſt.*

12 *Difficilium, & impoſſibilium idem eſt iudicium.*

13 *Monachus delinquens poteſt in ipſomet conuentu a ſuo iudice carcerari.*

14 *In territorio alieno, nemo niſi de licentia ſui Domini iuriſdictionem exercet.*

15 *Actus carcerationis iuriſdictionis eſt.*

16 *Caſtra ſtationeſue territorium ſunt Militantium, ibiq; non niſi Præfecti Militum ius dicunt.*

17 *Confugiens ad militaria ſigna carcerari non poteſt.*

18 *Num aduocati in foro, & ſcholares in ſcolis capi poſſint.*

Miles

Sed nihilominus contrarium probat expreſſus textus in l.nullum,C.de teſtib vbi cautum legitur eum qui ad Iudicem quemlibet, licet non ſuum dicendi gratia teſtimonij fuerit, ingreſſus armatam fortę militiam, vel quamlibet aliam fori præſcriptionem ad euadendum Iudicis motum alleget, audiendum non eſſe, & poſt Bart. ibi etiam cœteri notant, & quamuis diſpoſitio iſtius textus non procedat in Iudice ad ſolum examen delegato, vt ibidem notat gloſ. in verbo præcipimus, Guglielm. de Cun. & Alber. in l. mandatum, ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. Anchar. conſil. 174. & alij per Giurb. d. conſil. 59. num. 92. tamen hæc limitatio non applicabatur caſui noſtro; quia omiſſo, an locumtenens haberet iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, certe habebat talem, ex qua in ſimiles delinquentes animaduertere poterat, quod ſufficit, Angel. in l. vacantia, C. de bon. vacant. lib. 10. num. 149. Couar. practic.quæſt.cap.18. num. 9. Baiard. ad Clar. §. fin. quæſt. 38.num.32. Farin. quæſt. 61. num. 48. Giurb.d.conſil.59.num.92.

Et prædictis ita ſe habentibus non obſtabant allegata in contrarium, nam d. lex Magiſteriæ, C. de iuriſd. omn.iudic. recipit limitationem ex d.l.nullum,C.de teſtib.ſimile vero deſumptum a Clerico non procedit in caſu iſto, ſtante clara diſpoſitione legis in contrarium, nam quamuis de milite ad Clericum, & è contra ſuſceptum ſit argumentum frequens, & validum, ceſſat tamen, vbi iura diuerſimodè inter eos ſe habent Euerard.in Topic. loc.22. circa fin. & in ſpecie Bald. qui optimè declarat in l. 1. C. de iur. & facti ignor. Matth. ſing. 61.not. quod Clerici Et hinc videmus, quod licet militi armatæ militiæ non imputetur ignorantia iuris, l. 1. C. de iur. & facti ignor. Militi tamen Cæleſtis Militiæ imputatur, Abb. in cap. 1. de Cleric. egrotant. Doctor communiter in d.l.1.C. de iur.& facti ignor.& omnium plene Alex. in l.Miles, ff. de re iudic. Et etiam videmus militem poſſe quoquomodo teſtamentum condere, l. 1. ff. de militar teſtam. Non ita Clericum, Craſſ. in §. teſtamentum, quæſtione quinta in fin.Merlin. de legit.lib.5.tit.ſecundo quæſt.16. num.6.

Ex deciſione igitur huius quæſtionis inferebatur bene argui poſſe.

poſſe, vt in ſecunda quæſtione reſponderetur affirmatiuè, nam ſi locumtenens poterat militem punire, poterat conſequenter vigore mandati eiuſdem a Satellitibus etiã in ſtationibus capi, cum vbi conceſſa eſt iuriſdictio demandandi carceribus id quoque concedi videatur, ſine quo iuriſdictio expediri non poteſt, l. 2. ff. de iuriſd. omn. iudic. Euer. in Topic. legal. loc. 94. Monach. deciſ. 29. num. 15. Præſertim cum difficile admodum eſſet militem capere niſi in ipſis ſtationibus, vbi moram trahit, difficilium, aut de impoſſibilium idem eſt iudicium, l. apud Iulianum, §. conſtat, cum ibi not. ff. de legat. 1. Et ideo videmus, quod vbi monachus eſt puniendus, poteſt in ipſomet Conuentu carcerari.

Prædictis tamen omnino neglectis, dixi militem in ſtationibus capi non potuiſſe, bina impulſus ratione, Prima quia nemo in territorio alieno, niſi de licentia Domini iuriſdictionem exercet, l. fin. ff. de iuriſd. omn. iudic. l. 5. ff. de offic. Proconſul. Bart. Bald. & Angel. in l. fin. C. vbi & apud quem in integr. reſtit. ag. Caball. reſol. crim. caſ. 120. num. 3. Sola ad decreta Sabaud. tit. de venat. decreto, vt facilius gloſ. 1. num. 1. Barboſ. in l. 1. tit. 1. num. 103. ff. de iudic. Giurba conſil. 59. num. 19. cum ſequen, & actus carcerationis iuriſdictionis eſt Doctor in l. Imperium, ff. de iuriſd. omn. iudic. Decan. deciſ. 26. num. 10. Et Caſtra, ſtationeſue territorium ſunt militantium, ibique non niſi Præfecti militum ius dicunt, l. fin. cum ſuis §§. C. de re milit. lib. 12. num. 1. Coror. de iur. milit. cap. 6. lib. 2.

Secundo quia, cum Paganum ad Caſtra confugientem ibi capi improbatum ſit, vt de Planco refert Tacit. lib. 1. Annal. dum inquit. neque aliud periclitanti ſubſidium, quam Caſtra, & Legiones illic ſigna, & aquilam amplexus, religione ſe tutabatur, & de Iuciliano quodam, qui conſcius fraudum, & noxarum ad militaria ſigna confugerat, Marcellin. lib. 25. & recens exemplum Don Aloſij Ycartis Brixię copiarum Regis Catholici Ducis, qui militum furorem ſignorum amplexu euaſit, vt refert Ginut. in diſciplina militar. tit. de delict. militum qui pœna vltimi ſupplicij puniuntur num. 86. multo ergo minus miles, ſi delictum militare non admiſit, vt in ſpecie vult Decian. tract.

crim.

crim. lib. 6. cap. 30. num. 12. qui extendit ad Aduocatos, & ſcholares, vt minime in foro, vbi cauſas agunt, & in ſcholis capi poſſint, & num. 11. & 13.

Contraria autem ſolum conuincunt, vt cui punire datum eſt, data ſit etiam poteſtas carcerandi, non tamen inde fit, vt carceratio qui actus iuriſdictionis eſt exercere poſſit, vbi ratione loci, actus fieri non poteſt; vt videmus in Eccleſijs, & in territorijs, & iuriſdictionibus diſtinctis.

Et in puncto officialis delinquentem capere volentis, quod ſi eum inſequi incipiat iu ſuo territorio non poſſit fugientem in alieno territorio capere notarunt, Bald. Florian. de S. Petro in l. Sicuti, §. Ariſto ſi ſeru. vend. vbi Paul. Caſtr. not. & ibi gloſ. in verbo facere licet, dicit nota, in ſuo facit quod vult quilibet, non in alieno, & alleg. concord. vt in ea, & Bald. vbi ſupra, reiecta oppoſitione, cap. quinto de adulter. dicentis licere marito adulterum, è domo fugientem etiam extra Domum capere firmat propoſitionem per caſus poſitos in d. §. Ariſto, & quia mutatio territorij inducit mutationem poteſtatis. Ang. l. ſi Dominium de fur. l. quis ſit fugitiuus, ff. de edilic. edict. ſequitur Aret. de malefic. ſuper verbo quod fama ſub num. 26. verſic quærit an ſi officialis vbi infert quod iudex loci capturæ poteſt captum repetere c. ex parte de ver. ſignif. il 1. vbi liquet, quod capitulum Carnotenſe excommunicauit quamdam Comitiſſam, quia officiales nolebant reſtituere quemdam Latronem ab eis captum in territorio dicti Capituli, & ita dicit Bart. in l. ſi cui de accuſ.

Demum, & in tertia dubitatione reſpondi, nec militem eſſe ad Locumtenentem remittendum, ſed poſſe per Militiarum Auditorem coerceri, ac ſi quid facinoris admiſit ab eo puniri, qui in captura perſonæ præuenit, quandoquidem tex. in d. l. nullum, C. de teſtib. licet delinquētem militem efficiat de foro Iudicis, corā quo deliquit, eum tamen non abdicat a iuriſdictione ordinarij militū Iudicis, ſed vterque poteſt procedere, Bald. in d. l. nullū ad fin. Couar. pract. quæſt. cap. 18. n. 8. Rol. conſ. 12. n. 17. vol. 2. Surd. conſ. 56. n. 31. Giurb. conſ. 59. n. 118. Caball. caſ. 117. n. 3. Afflict. dec. 219. n. 2. Franch. dec. 147. n. 4. & dec. 181. num. 5. Et proinde præuentioni inter eos locus erit, Guid. Pap. deciſ. 562. latè

Clar, § fin. quæſt. 36. num. 42. & quæſt. 38.

Præueniens autem in captura perſonæ præfertur præuenienti in citando, vt ſic realis prȩuentio præferatur verbali Farinacc. quæſt. 7. num. 53. Theſaur deciſ. 90.

Ex quibus, vt miles non eſſet ad Prætorem Ferrariæ remittendus Duci placuit.

ARGVMENTVM.

Miles delinquens extra Caſtra à quo Iudice ſit puniendus.

S V M M A R I V M.

1 *Commeatus militibus non eſt dandus, niſi ob res proprias neceſſarias componendas.*

2 *Elogium vna cum Milite Deſertore Præſes ad ducem exercitus debet mittere, & num. 7. & declara num. 6.*

3 *Elogium idem eſt quod proceſſus.*

4 *Miles, non eſt remittendus, quando grauius delictum in Prouincia admiſit.*

5 *Homicidium connumeratur inter grauiora crimina.*

6 *Miles, agens in deſertione, ſi in prouincia grauius delictum committat non eſt remitten.*

7 *Miles non poteſt conueniri niſi coram ſuo Iudice ciuiliter, & criminaliter.*

8 *Ampl. etiam ſi inter militem, vel paganum, & ſit quæſtio.*

9 *Crimen grauius à non graui quomodo diſtinguatur.*

Homicidium in rixa reputatur caſuale.

Homicidium in rixa exilio eſt puniendum.

CASVS XXXIV.

MILES Equeſtris, qui ob res proprias neceſſarias componendas commeatum obtinuerat, iuxta Liu. lib. 3. primæ Decad. quem ſequitur Claud. Cotor. de iure milit. lib. 1. cap. 38. littera E. Ceſenam Patriam rediens, equo cui inſidebat, ruſticum quemdam imprudenter offendit, quamobrem ruſticus ira percitus Militis caput ſtipite percuſſit, qui tam Leuem ob cauſam, ſe tam inique deluſum aſpiciens, Sclopi ictu, quem præ manibus habebat, illum interemit.

De quo homicidio a Curia Romandiolæ fabricato proceſſu, & milite coram Duce ab hæredibus occiſi accuſato, ideo in cuſtodiam deuoluto ad indagandam veritatem inſtabatur pro prędicto proceſſu. Vnde hęſitabatur, an de iure a Rectore Prouinciæ eſſet tranſmittendus, & de illius tranſmiſſione eſt tex. in l. deſertorem, ff. de re militar. vbi quod nedum Elogium ad ſuum Ducem Præſes mittet, ſed etiam deſertorem; Elogium enim, quod ſint litteræ deſignantes, qualiter quis deliquit, quod idem eſt, quod proceſſus, eſt gloſ. in d.l. Deſertorem in verbo Elogio, quod idem explicat lexicon iuris in verbo Elogium, facitque illud Quintiliani, non eſt Iudices, quod puteris ideo nullum adiectum, ad exheredationem iuuenis Elogium, quia de ſcelere conſtaret.

Non obſtat textus in d.l. deſertorem, vbi excipit caſum, niſi quid grauius in Prouincia admiſerit, & ſic homicidium, quod inter grauiora crimina connumeratur, Guid. Pap. conſ. 89. num. 4. vnde ex diſpoſitione textus, nedum Elogium, ſed neque miles etiam repertus foret remitten.

ARGVMENTVM.

Miles in deſertione agens ſi graſſetur a quo ſit puniendus.

SVMMARIVM.

1 *Miles captus a Rectore Prouinciæ ad Iudicem militum eſt remittendus.*
2 *Rector Prouinciæ Deſertorem remittere non debet, quando quid grauius in Prouincia admiſit.*
3 *Deſertor eſt puniendus a Iudice loci commiſſi delicti.*
4 *Deſertor militiæ amplius miles non eſt.*

CASVS XXXV.

MILES qui deſeruerat militiam, & graſſabatur in Prouincia Romandiolæ captus a Præſide inſtabat ad Iudicem Militum remitti per tex. in d.l.de militibus, ff. de cuſtod. & exhib. reor. l. 1, C. de exhib. reis, vbi Bald. in ſumm. quod captus a Præſide Magiſtro Militum ſub fida cuſtodia remittendus.

Dixi tamen non eſſe remittẽdum per tex.in l.deſertorem, ff.de re militar. vbi quod Pręſes deſertorem remittere debet, niſi quid grauius in Prouincia admiſerit, cumque plures graſſationes commiſiſſet, ne dum ibidem erat plectendus, ſed apud Rectorem damnandus, apud quem crimen contractum oſtendebatur, l. fin. ff. de accuſat. Balthaſſ. Ayal. de iur. & offic. belli. lib. 3. cap. 8. num. 2. Rouit. ſuper Pragm. Regni 16. de militib. num. 19. vbi alios cumulat.

Non obſtabant ſupradicta iura, quia illa loquuntur in milite,

non autem in Deſertore, qui in deſertione agens grauius delictum in Prouincia admiſit, Ayal. d. cap. 8. num. 2. & quia deſertor militiæ non amplius miles eſt Claud. Coror. de iur. milit. lib. 2. cap. 6. littera B.

ARGVMENTVM.

An miles poſſit ſe ipſum obligare fideiubendo pro Commilitone.

SVMMARIVM.

1 *Refertur caſus.*
2 *Obligatio Cameralis habet paratam executionem.*
3 *Obligatio Cameralis adimit fideiuſſori beneficium excuſſionis.*
4 *Prorogatio termini, ſemper cenſetur facta cum eiſdem pignoribus oneribus, &c. prout erat in primo termino.*
5 *Militibus interdicitur fideiubere.*
6 *Obligatio Cameralis omnium legum auxilio renunciationem in ventre continet.*
7 *Miles ex charitate Commilitoni ſubuenire debet.*
8 *Miles in cauſa liberali, & pro coniuncta perſona poteſt eſſe Procurator.*
9 *Legum diſpoſitio hodierno vſu ad fauorem, & priuilegia militum tendentes non recipi ſecundum Ang.*
10 *Diſtinguitur ſenſus Angeli.*
11 *In militibus militiarum vulgo, Battaglione, ad nullum certum bellum conſcriptis diſpoſitio dd. ll. non attenditur ſecus in militibus ad certum bellum deſignatis.*
12 *Quiſque poteſt fauori ſuo renunciare, vbi non agitur de publica vtilitate ſecus ſi ſic.*
13 *Eſſet contra publicam vtilitatem ſi miles ſuis priuilegijs renunciare datum eſſet.*
14 *Fideiubere eſt interdictum militi fauore militia, non autem fauore ſui.*
15 *Adimere libertatem alicui beneficiendi eſt potius odium quam fauor.*

CASVS

CASVS XXXVI.

EXECVTIO Chirographi petita a quodam Hæbreò Mercatore contra Militem qui fideiuſſerat pro Commilitone debitore in quantitate ſcutorum ſex ex cauſa emptionis vnius veſtimenti, videbatur concedenda, quippe fideiuſſio erat clara, & camerali obligatione vallata, quæ paratam habet executionem Galleſ. ad ad formam Cameræ quæſt. 2. ibique addent. num. 4. Mohed. deciſ. 2. & 3. de except. Rota diuerſ. deciſ. 800. num. 6. par. 3. & fideiuſſori beneficium excuſſionis adimit Carol. de Graſſ. de except. 10. except. num. 46. Caroc. de excuſſ. bonor. quæſt. 3. num. 1. par. 2. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 16. tit. 16. n. 8. & tit. 17. num. 9. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 2. cap. 130. n. 6. & 7. & Rota ſæpius cenſuit, vt in deciſ. relatis per addent. ad Galleſ. quæſt. 32. num. 3.

Nec retardari poſſe videbatur, ex prorogatione vnius menſis ab ipſo Hæbreo creditore principali debitori adſoluendum conceſſa, quo tempore ille militiam deſeruit; non enim ideo fideiuſſor extitit a ſua obligatione exemptus, Iaſ. in l. 1. num. 26. C. de iudic. Cæphal. conſ. 331. num. 26. vol. 3. Gabriel de fideiuſſ. concluſ. 3. num. 1. verſic. tenendo tamen primam opinionem, Maur. de fideiuſſ. ſect. 10. §. 33. num. 10. cum ſeqq. Mart. Medic. dec. Senenſ. 67. n. 43. Prorogatio enim termini ſemper cenſetur facta, cum eiſdem pignoribus, cautionibus, cautelis, pœnis, renunciationibus, & clauſulis, prout erat in primo termino, Neguſ. de pign. 3. membr. 6. par. princ. num. 6. verſ. aduerte tamen, Gabriel de dilationib. concluſ. 2. num. 4. Medic. d. dec. 67. num. 43.

Sicut nec etiam ex prohibitione legis, qua fideiubere militi interdicitur, l. milites, C. de re milit. l. milites, ibiq; gloſ. C. locat. l. vnica,

vnica, C. negotiator. ne milit. lib. 12. Auth. de ſanctiſs. Epiſcop. col. 9. Gomez. var. reſol. lib. 2. cap. 13. num. 19. in fin.

Quandoquidem dictarum legum diſpoſitio hodierno vſu nõ recipitur, vt notat Angel. in d. l. milites, Carocc. de locat. & conduct. par. 1. tit. quibus non eſt permiſſum conductorẽ eſſe n. 8.

Et quando etiam earum vſus vigeret eis renunciatum cenſebatur vigore obligationis Cameralis, quæ omnium legum auxilijs renunciationem in ventre continet, Put. deciſ. 465. n. 3. lib. 2. cum alijs per Rot. dec. 143. num. 5. apud addent. ad Galleſ.

Quæ eo magis procedere videbantur, quia miles interceſſit ex cauſa emptionis veſtium ad fauorem Commilitonis, cui ex caritate ſubuenire tenebatur, cap. non ſatis 82. diſtinct. cap. 2. & cap. conſtitutus de fideiuſſ. Toloſ. in Syntagm. lib. 23. cap. 3. n. 23. ita etiam experimur in ſimili, quod licet miles nõ poſſit eſſe Procurator, l. Militem, C. de Procurat. tamen in cauſa liberali, & pro perſona coniuncta benè agere poteſt, l. 3. §. Milite, ff. de liberal. cauſ. in propoſito autem quis magis coniunctus reputari poteſt, quam Commilito, qui alter frater reputatur Claud. Cotor. de iur. milit. lib. 2. attenta maximè ſummæ modicitate, pro qua miles interceſſit, l. in rebus, §. poſſunt, ff. commodati cum concordantibus Barboſ. princip. & loca comm. in litt. M. num. 31.

At his, minime refragantibus, executionem denegandam cenſui, cum enim miles fideiubere non poſſit, ex iuribus ſupra relatis eius obligatio penitus inefficax, & nullius roboris iudicanda erat, Bart. in l. Marcell. & melius in l. cum lex num. 1. 4. & 10. ff. de fideiuſſ. Riminald. ſen. conſ. 61. num. 29. vol. 1. Alex. conſ. 66. circa fin. vol. 4. Bertazol. de clauſ. 7. gloſ. 19. num. 2.

Neque obſtant contraria, quia ad primum, quod diſpoſitio legum, quibus militibus fideiubere prohibetur, non fit in vſu, reſpõdetur diſtinguendo, quod aut ſumus in militibus militiarum, vulgo, Battaglione, ad nullum certum bellum, ſeu exercitium adſcriptis, & ſtipendia non recipientibus, & vera eſt opinio Angeli, leges prædictas non eſſe in vſu, vt quotidie experimur, aut verò loquimur de vere militibus ſtipendia recipientibus, & qui a ſignis ſine Ducis placito abeſſe nõ poſſunt, & contra Angel. verius ſentierunt. Add. de compend par. 1. quæſt. 3. in 3. præmiſſo, Roland.

land.conſ.66.in fin.lib.1.Gambar.deciſ. Luſitan.365. num.1.& 2. Franch. de Fideiuſſ. cap. 2. num. 317. Hering. eod. tractat. cap.7. num. 161. Maur. eod. tract. par. 2. cap. 4. num.3.

Quod verò Cenſeatur priuilegio dictarum legum renunciatum virtute obligationis Cameralis, Reſpondetur primo quod quando renunciari beneficio dictarum legum poſſet, renunciatio nequaquam cenſeretur inducta ſub clauſula illa generali omni legum auxilio, quæ in executiuis clauſulis, non in diſpoſitiuis poſita eſt prout poſt Amat. deciſ. March.26. num. 53. aduertit, Giurb. deciſ. 42. num. 24. præcipuè in ijs, in quibus de Magno agitur præiudicio, & in quibus expreſſio ſpecialis, & indiuidua requiritur, nec ſufficit vniuerſalis etiam geminata, Scrader.conſ. 13. num. 142. volum. 1. Aldouit. conſil. 69. num. 56. Giurb. dicta deciſ. 42. num. 25. & in puncto Maur. de Fideiuſſ. d.cap.4.num.75.

Sed propterea renunciatio, nec ei oberat, etiam ſi expreſsè concepta fuiſſet d.l.Milites.C.de re Milit. & l. Milites. C. locati. Toloſ. in Syntagm. d. lib. 23. cap. 3. num. 22. Caball. reſolut. Crimin. Caſ. 250. in ſimili Caſtan. de benef. deduct. ne egeat quæſt.8. num.66. Et ratio eſt euidens, quia licet quilibet renunciare poſſit fauori proprio l.penult. C. de pact. cum concordant. Si propriæ tamen vtilitati, ne quis renunciet, publicæ intereſt vtilitatis, tunc minime renunciatio ſuſtinetur l. 2. §. Sed quia. C. de iur. iur. propter calumn.damn. l. quos prohibet Prætor. ff. de poſtulat. cum alijs per Bartol. in l. ſi quis in conſcribendo.C.de pact. At contra publicam vtilitatem eſſet ſi militi hiſce priuilegijs renunciare permittereretur; cum fideiubendo, ac proinde faciendo ſe debitorem poſſit ſe ſubijcere ijs omnibus, quibus debitores obnoxij ſunt, in Principis perniciem, qui ſtipendia ſoluit, præſertim, quia interdicta eſt militi fideiuſſio, non propter eius fauorem (cum immo odium ſit ademptio libertatis benefaciendi) ſed in fauorem militiæ ne ſcilicet ratione æris alieni ab vſu armorum Principiſque ſeruitio arceatur Toloſan. in loco ſupra citato; ſicque cum non ſit priuilegium, meritò ei renunciari non poteſt gloſa in dicta l. Si quis in conſcribendo. C. de pactis.

AR-

in l. milites agrum 13. ff. de re militar. quibus concordant lex
3 milites 9. & lex non licet, & lex qui officij, ff. de contrah. empt.
agellus igitur parui valoris, quem emerat Ferrarienſis Miles vi-
debatur fiſco applicandus ex earum legum clara diſpoſitione, vt
in d. l. 9. ibi fiſco autem vindicatur prædium illicite compara-
4 tum, & in d. l. 13. ibi alioquin fiſco vindicabitur, &c. & latè Pe-
trin. Bell. de re militar. par. 7. tit. 7. à num. 5.

Neque obſtabat, quod diſpoſitio dictorum iurium deberet
intelligi de ijs militibus, qui alia prædia in iiſdem locis non ha-
bent, & qui nationales loci illius vbi emerunt non ſunt, quia imo
5 mo etiam iſtis vetatur, quandoquidem, & nationales, & prædia
in eodem loco habentes emere non poſſunt, niſi eorum antiqua
fiſcus diſtrahat d. l. Milites.

Non etiã obſtat quod milites poſſunt in Prouincia acquirere,
6 ex cauſa lucratiua, vt ſi hæredes inſtituantur d. l. Milites in fin.
Multò magis poſſint ex cauſa onerofa, cui plus fauetur, quam lu-
cratiuę, quia obiecto occurrit gloſ. ibi in verbo non prohiben-
7 tur, aſſerens, quod multa non poſſumus ex perſona propria, quę
nobis ex aliena permittuntur; ſic videmus in ſimili, quod & ſi
8 Decurio conducere res alienas non poſſit, ſi tamen ſucceſſerit ei
qui conduxerat permanere in conductione poteſt l. Decurio qui
ff. de decurion. & eorum filijs.

9 Et vlterius dicebatur eam eſſe rationem diuerſitatis, vt Miles
non emere, ſed ex cauſa lucratiua acquirere poſſit, quia ſi non
emit nullum damnum conſequitur, quia remanet cum prætio,
ſi hæreditatem non acquirit remanet cum manifeſto damno, ſic
10 Decurio, quia melius eſt ei vt locatori obligatus remaneat, quam
quod ad intereſſe iure hereditario teneatur remanere in condu-
ctione poteſt d. l. Decurio qui, vbi gloſ. in verbo remanet in ea.

Prædicta & ſi vera in ſe ſint, dixi tamen aliqua ratione militi
ſuccurrendum. Primo ex capite reſtitutionis in integrum, alle-
11 gabat enim miles ſibi iurium prædictorum diſpoſitionem nun-
quam innotuiſſe, & cum magis milites arma, quam iura ſcire
expediat, l. fin. C. de iur. delib. Cotor. de iur. milit. lib. 2. cap. 10.
ideo ex capite ignorantiæ iuris ei ſubueniendum, l. 1. C. de iur.
& fact. ignor. Cotor. ibi proxime, & licet in delictis iuris igno-

rantia

rantia militem non excuſet,l. 2. ff. de re militar. l. miles in princ.
13 ff. ad leg. Iul. de adult. tamen vltra quod iſtud delictum non videbatur, cum non omnia, quæ facere non poſſumus ſi fiant delictum ſint; quando etiam eſſet delictum, adhuc ignorantia iuris excuſaret, quia iura prædicta de ijs delictis loquuntur a qui-
14 bus natura dictat abſtinendũ eſſe: Secundo, quia ratio ob quam leges agrum comparare vetant eſt ne ob agri vultum exercitio
15 militari auocentur, quæ ratio cum nequaquam militaret in agello parui momenti, & in iſto milite qui per Colonos alia ſua iura colebat, ceſſabat, & legis diſpoſitio, l. in omni, vbi Bart. ff. de adopt. l. quod dictum, ff. de pact. Euerard. in Topic. loc. 85. Tiraq. in tractat. ceſſante cauſ. par. 1. num. 11. Surd. conſil. 375. num. 24. Quod, & clarè etiam colligitur ex d. l. Milites agrum, §. is etiam qui, vbi ſi miles qui agrum comparauit nulla de ea re quæſtio, nec mora miſſionem acceperit, inquietari prohibetur, ea ratione, quia ſtudio Culturæ ab officijs militaribus auocatus non fuit.

ARGVMENTVM.

Is apud quem deuenit pecunia, vel res furto ablata, An & quando teneatur ad eorum reſtitutionem vero Domino.

SVMMARIVM.

1 *Refertur caſus.*
2 *Accipiens rem furatam, ſiue extet, ſiue non etiam ſi non ſit factus locupletior tenetur Domino reſtituere.*
3 *Accipiens rem alienam a fure quocumque tit. tenetur eam vel æquiualens illius reſtituere.*
4 *Declara, quod vt procedat concluſio debet concurrere vnum ex his tribus aut accipiens fuerit in mala fide dum eam accepit, vel conſumpſit, aut quod res ipſa furata extet apud accipientem, aut quod accipiens ex ea factus ſit locupletior, ipſa re conſumpta.*
5 *Omnis obligatio reſtitutionis oritur, aut ratione iniuſtæ, & doloſæ acceptionis*

tionis, & actionis, aut ratione rei accepta, quæ remaneat in ſe ipſa, vel in aliquo æquiualenti.

6 *Quæ ſunt facti, non poſſunt niſi probationibus liquidari.*

7 *Non eſt credibile Sergentem pecuniam apud ſe habere, qui in diem viuit, aſſiduo militibus illam mutuat, & ludere ſolitus eſt.*

8 *Pecunia eſt facillime conſumptibilis.*

6 *Pecunia conſumitur non ſolum per impenſionem, ſed etiam per commiſtionem cum alia.*

10 *Non dicitur factus locupletior qui tantum recipit, quantum dedit.*

11 *Emens rem furtiuam bona fide, & eodem prætio, quo emerat alteri bona fide diſtrahens non tenetur reſtituere prætium acceptum, quia ex ea non eſt factus locupletior.*

12 *Factus locupletior, cum ſit quid facti, debet probari in dubio non præſumitur aliquis factus locupletior.*

13 *Ad probandum aliquem ex re aliena factum locupletiorem, non ſufficit probare rem illam expenſam fuiſſe in eius vtilitatem, ſed vtilitatem illam permanſiſſe.*

14 *Nemo in dubio cogendus eſt in vllo foro reſtituere.*

15 *Accipiens rem iuſto titulo non dicitur in mala fide.*

16 *Pecunia conſumpta in manibus furis per commiſtionem, & per mutationem alterius pecuniæ parit bonam fidem in eo ad quem poſtea peruenit.*

17 *Accipiens iuſto titulo rem à fure licet ſciat eſſe furatam non erit dicendus malæ fidei poſſeſſor.*

18 *Ex quauis iniuſta cauſa reſultat bona fides concurrente iuſto titulo.*

19 *Iuris error in milite cauſat bonam fidem.*

20 *Bona fides in dubio ſemper præſumitur.*

21 *Reprobatur Doctrina Scappij.*

CASVS XXXVIII.

FERRARIENSIS, quidam militem carceri dandum inſtabat, quia ſibi ſurripuiſſet ſcuta vigintiquinque; Et quia ſuſpicio, quam de illo conceperat fundata viſa fuit, inſtantia executionem habuit, Miles igitur examinatus furtum patraſſe confeſſus eſt; Et vlterius interrogatus, ad quid illud addicaſſet, reſpondit, ſcuta decem ſuo dediſſe Sergenti, à quo varijs vicibus ea mutuo rece-

perat, Quamobrem Ferrarienſis cum illam ſummam a Sergente repeteret, fuit controuerſia apud me, an vere Sergens deberet illam reſtituere; Et quia reſtitutioni locum non eſſe pronunciaui. Aduocatus Ferrarienſis habuit recurſum ad Ducem Exercitus impugnando ſententiam ex capite iniuſtitiæ, affirmans,
2 accipientem rem furatam, ſiue extet, ſiue non; Et etiam quod accipiens non ſit factus locupletior tenetur Domino reſtituere pecuniam furatam ex Doctrina,& auctoritate Scappij de iure non ſcripto lib. 3. cap. 44. num. 8. & ſeqq. vbi dicit ſic Romæ ab eo iudicatum.

Ipſe vero ſententiam hiſce fundamentis iuridicam tuebar. Cõmunis enim DD. ſentẽtia eſt, quod vt accipiens rem alienam
3 a fure quocumque titulo teneatur eam vel ęquiualens reſtituere concurrere debet vnũ ex his tribus requiſitis, nempe, aut quod
4 accipiens fuerit in mala fide, dum eam accepit, vel conſumpſit, aut quod res ipſa furto ſubtracta extet apud accipientẽ, aut quod ex ea factus ſit locupletior accipiens ipſa re conſumpta, ita Sayrus in ſua claui Regia plures referens lib. 10. cap. 2. num. 1. & ſeqq. Sancez. in ſumma, vbi pluribus idem probat. lib. 2. cap. 23. num. 2. & ſeq. Molin. tract. 2. de iuſtit. diſput. 717. tom. 3. idem colligitur ex Farin. de furt. quæſt. 177. num. 49. par. 3. Et ratio eſt,
5 quia omnis reſtitutionis obligatio oritur, aut ratione iniuſtæ, & doloſæ acceptionis,& actionis, aut ratione rei acceptæ quæ remaneat in ſe ipſa, vel in aliquo æquiualenti, vt communiter DD. teſtantur apud prædictos Auctores locis citatis.

Vtrum autem in caſu noſtro adſit aliquod ex dictis requiſitis inquirendum eſt ex confeſſione ipſius rei, vel ex indicijs,& cõie
6 cturis, quæ ex proceſſu colligi poſſunt, quia cum hæc ſint facti non poſſunt niſi probatione liquidari.

His tamen tanquam certis conſtitutis deueniendo ad ea, quæ probabiliter ſecundum iura ex coniecturis deduci poſſunt in caſu noſtro particulari, indubitanter dico Sergentem recipientem a milite pecuniam ipſi mutuo datam, non teneri eam in æquiualenti Domino Ferrarienſi reſtituere ex infraſcriptis.

Et primo quod non teneatur pecuniam illam reſtituere ex eo capite, quod ipſa in indiuiduo extet certiſſimum eſt, tum quia hoc

nullo

7 nullo modo probatur, nec credibile eſt pecuniam apud ſe Sergen tem habere, qui in diem viuit, aſſiduo, militibus illam mutuat, & ludere ſolitus eſt, Accedit etiam, quod pecunia eſt facillime
8 conſumptibilis, cum conſumetur, non ſolum per impenſionem ſed etiam per commiſtionem cum alia, vt optimè tradit, Petr. Nauarr. de reſt. lib. 3. c. 4. in noua edit. par. 3. dub. 6. n. 171. Sancez in ſumma d. lib. 2. cap. 23. n. 31. vnde facile potuit contingere,
9 quod antequam deueniſſet in manus eius fuerit per talem commiſtionem conſumpta, vt infra non inobſcure demonſtratur.

Quod autem non ſit ex ea factus locupletior, & conſequen-
10 ter nō teneatur ei illam reſtituere in æquiualenti apparet. Primo quia tantumdem accepit a milite, quanti eidē mutuauerat, argūmento eorum, quę communiter afferuntur a DD. de eo qui rem furtiuam bona fide emit a latrone eamdemque, eodem prætio, quo emerat alteri bona fide diſtraxit, quod nō tenetur reſtituere
11 prætium acceptum Domino rei, eo quod ex ea non eſt factus locupletior, vt pluribus citatis probat Sancez. d. c. 23. n. 25. Sayr. d. lib. 10. c. 2, n. 8. verſ. vndeque pallium, Molin. lib. 3. de reſt. tract. 2. diſput. 721. n. 6. & 7. & alij communiter.

Secundo quia, vt quis cenſeatur locupletior factus, cum ſit quid facti
12 debet probari imo in dubio non præſumi aliquē locupletiorē factū tenet pluribus citatis, Sancez. d. c. 23. n. 37. & n. 38. vbi ait ad probandum aliquem ex re aliena factū eſſe locupletiorē non ſatis
13 eſſe probare, rem illam expenſam fuiſſe in eius vtilitatem, ſed vlterius probandum eſſe, vtilitatem illam permanſiſſe, quod probat auctoritate plurimorum DD. ſcilicet Angeli, Iaſonis, Curtij Senioris Ludouici Gomeſij Cardinalis Tuſchi, locis apud ipſum citatis, & num. 3. ait neminem in dubio (an ſit locupletior factus)
14 cogendum eſſe in vllo foro reſtituere. Vnde cum nullo modo probetur dictum Sergentem fuiſſe factum ex dicta pecunia locupletiorem, nullo modo iudicaui cogendum reſtituere.

Quod autem neque adſit tertiū requiſitū videlicet mala fides in accipiendo, vel conſumēdo dictam pecuniam probatur. Primo
15 quia illam accepit iuſtiſſimo titulo ſcilicet reſtitutionis mutui nec tēpore acceptionis Militē diffamatū fuiſſe de furto, aut tale fa
16 cinus de eo ſuſpicari poterat. Secūdo quia pecunia illā quę furata

erat fuit conſumpta in manibus furis, ſaltim per commiſtionem, aut permutationem, iuxta doctrinam Sancez, & Nauarri ſupra allegatorum, fatebatur enim Miles ludo illius partem amiſiſſe, & inde recuperaſſe. Vnde potuit illam ex hoc capite bona fide accipere, & expendere.

Tertio, quia etiam ſi d. Sergens creditor pecuniam illam accepiſſet, & conſumpſiſſet, putans ſibi licere pecuniam ablatam
17 a fure accipere ſub titulo iuſto, & eam conſumere, non erit dicē-
18 dus malæ fidei poſſeſſor, & iniuſtæ acceptionis reus, quia bona fi-
19 des ex quauis iniuſta causa reſultat, & Iuris error præcipue in Milite cauſat bonam fidem, per tex. in l. 1. C. de iur. & facti ignor. in l. fin. poſt princ. verſ. arma etenim. C. de iur. delib. cum alijs per Lambertheng. de contract. gloſ. 1. in. ver. in alienationibus, & obligationibus.

20 Vltimo probatur, quia bona fides ſemper in dubio præſumitur & aſſerens contrarium debet probare, vt notiſſimi Iuris eſt.

21 Non obſtat authoritas Scappij, quia cum ipſe indiſtincte teneat emptorem, ſeu poſſeſſorem rei furatæ, etiam re non extante, & etiam, quod non ſit factus locupletior teneri Domino pretium reſtituere, ſatis ex prædictis liquet contra Communem ſentire, ideoque de eo curandum non eſt, ſed eius Doctrina omnino reprobanda, prout reprobauit Farinacc. de furt. quæſt. 177. num. 91.

VOTVM.

Domini Franciſci Coronæ Iuriſconſulti Reatini in eadem materia.

SVMMARIVM.

1 *Iura fauent damnum paſſo, vt res ſua à quocumque vindicare valeat, non attento contractu inito inter furem, & receptorem.*

2 *Limitantur prædicta quando agitur de pecunia recepta bona fide à Creditore.*

3 Per

Perreceptionem,& conſumptionem transfertur Dominium pecuniæ ad effectum vt excludatur participatio fraudis.

4 *Dum quis recipit à fure,id quod ſibi debebatur,excluditur lucrum.*

5 *Creditor dum ignorauit pecunias ad alium pertinere, nec ſibi fuit denunciatum ne exigeret,excludit malam fidem.*

6 *Dolus quomodo conſideretur reſpectu accipientis.*

7 *Conſumptio pecuniarum eo ipſo dicitur fieri,quo cum alia immiſcetur.*

8 *Inter pecuniam,& pecuniam eſt tanta ſimilitudo, vt humano ingenio diſcerni non poſſit.*

VOTVM.

PROPOSITÆ dubitationi,An Sergens,cui Miles reſtituit ſcuta decem mutuata detecto ex propria ipſius Militis confeſſione, quod erant de Scutis 25. derobatis Ciui Ferrarienſi,teneatur receptam ſummam antiquo Domino refundere.

Breuiter negatiue reſpondendum arbitror

1 abſque vlla prorſus dubitatione. Quamuis enim iura faueant damnum paſſo,vt res ſuas a quocunque vindicere valeat, non attento contractu inito inter furem, & receptorem, ad tex.in l. ſi mancipium.C.de rei vend.l.2.C. de furtis, cum alijs per Hieron. Laur.deciſion.Auenion 30.Ioſeph Ludou. deciſio. Peruſin. 42. Cappell.Tolos.dec.151.Farinac.de furt.quæſt.177.n.29. & ſeqq.

2 Tamen aliud eſt dicendum quando agitur de pecunia bona fide recepta a vero creditore, quia per receptionem, & conſum-

3 ptionem transfertur illius dominium,etiamſi fuiſſet aliena, ita vt a recipiente poſtulari nequeat, & actiones dirigendæ ſint contra illum, qui inſcio, vel inuito Domino ſoluit. Idem Pomponius ſcribit.ff.de euict.§.quod ſi frumentum.Inſt.de rer.diuiſ.l ſingularia. vbi Iaſ. n.13.Dec.n.6.Curt.Iun.n.19. ff. ſi cert.pet. & poſt plurimos,quos allegant,Menoch.conſil.25.n.15 & ſeq.Sur.conſi.4.n.10.& ſeqq.& cōſi.528.n.16.& 29.Coſt.de Port.& rat.q.74. num. 8. & trac. Re non integ. diſt.46.n.3.Macer.var.reſol.lib.2.

reſol. 60. cap. 17. Theſ. q. 16. n. 6. par. 2. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. p. 6. num. 33. Ioſeph. Ludou. dec. Peruſ. 45. num. 4. Rot. Rom. in vna Beneuentana Cenſus 18. Martij 1613. coram Reuerendiſſimo Domino Coccino Decano.

Quantumuis etiam ſit pecunia furtiua, quæ Creditori ſoluta
4 fuit, vt in ſpecie dixit Angel. in d. l. ſingularia col. 7. vbi profitetur eſſe caſum mirabilẽ, Imol. & Cuman. in d. l. Si alieni Surd. d. conſil. 528. num. 16. & in iiſdem terminis de pecunijs, quæ fuerant furto ſubtractę, cuidam Leuccio Vileterno Hæbreo Bancherio, & a fure ſolutæ fuerant Dionoræ Steuchæ illius Creditrici, quod non poſſent a dicta Dionora repeti, reuocando ſententiam prioris iudicis reſoluit Camera Apoſtolica die 2. Iunij 1626. referente Illuſtriſſimo Domino meo Cæſio eiuſdem Cameræ Clerico.

Sufficit enim, vt dixi receptio bona fide, & iuſto titulo ad effe-
5 ctum, vt excludatur lucrum, & participatio fraudis, quæ vtique ad reſtitutionem obligarunt, vt in lucrante cum damno alterius, Gramat. quæſt. 1. poſt dec. num. 7. Capic. deciſ. 48. eodem num. Trentacinq. var. reſol. lib. 3. tit. de ſolut. reſol. 23. & in participe de fraude eo quod in damnum illius ſemper res dicatur extare; Surd. d. conſil. 4. num. 44. & 48. Fontanell. loc. citat. par. 7. in princip.

Excluditur autem lucrum dum iſte Sergens recepit quod ſibi debebatur, & non vltra, l. ſi pro parte, §. ſi Dominus, ff. de in rem. verſ. l. Sed Iulianus, §. proinde, ff. ad Maced. Cumm. in l. ſi cum dotem, §. fin. poſt med. ff. ſolut. matrim. Surd. dicto conſil. 528. num. 33. 45. & 59. & excluditur etiam mala fides, dum ignorauit pecunias ad alium pertinere, nec ſibi fuit denunciatum ne exigeret, nec etiam ſoluens erat de furto diffamatus, qui ſunt modi deducendi malam fidem, Crauett. conſil. 116. n. 60. Surd. d. conſil. 4. num. 45. Fontanell. d. gloſ. 8. par. 7. num. 23. & ſeqq.

7 Dolus enim, qui operatur rem extare ſaltem iuris fictione non attenditur ex parte ſoluentis, nam reſpectu actus derobationis, qui cenſetur extraneus, & factus a tertio, ſed attenditur ex parte recipientis reſpectu actus ipſius ſolutionis in quo vtiq;

non

non ineſt ſecundum terminos prænarratos ex aliqua parte cum Miles iuſtè ſoluerit . & Sergens benè receperit , vt poſt alios declarat Surd. d.conſil. 528. num. 33. & ſeqq.

8 Neque laborandum eſt in probanda conſumptione pecuniæ ex parte recipientis , quia illam ſufficit allegare cum inducatur eo ipſo quod pecunia accipitur , Seu etiam contractatur , vt per Federic.de Sen. conſil.63. Marſ. ſing.67. Menoch. conſil. 30. n. 32. Barz.dec.86.n.54. Burg. de Laud.par.3.inſpect.39.n.7.Macer.d.reſol.60.caſ.15. & conferunt plenè deducta in Romana de poſiti 11.Aprilis 1627. coram R.P.D. Virili.

9 Non enim Doctores intelligunt conſumptionem materialiter ſcilicet pro annihilatione rei, & transfuſione in aliam , ſed illam ſumunt intellectualiter, quod pecunia dicatur conſumpta quando in indiuiduo , & certitudinaliter firmari non poteſt , quod illa eadem , quæ fuit ſoluta , vt benè declarat. Fontanell. d. cap.7. num. 4.

Cumque iſta certitudo vix vnquam haberi poſſit cum inter pecuniam, & pecuniam ſit tanta ſimilitudo, vt humano ingenio diſcerni non poſſit ſemper dicetur pecunia conſumpta,& non erit locus repetitioni, etiam ſi in eadem quantitate, & iiſdem ſpeciebus reperiatur, vt per Feder.d.conſil.63.Surd.d.conſil.528.n. 37.Fontanell.d.gloſ. 8. par.6.num.24.& par.7.num.37.Niſi forte in crumena manu recipientis ſit appoſitum bullettinum , quod ſunt, pecuniæ receptæ a Sempronio , vt in caſu Ambroſ. dec. Peruſ. 35. vel data cautio de reſtituendo ; vel factum inueſtimentum , & cum ſimili declaratione , quæ cautelę operantur pecuniam extare , vt per Fontanell. loco citat. num. 32. & 34. cum alias nunquam præſumatur identitas, & ſic exiſtentia pecuniarum , Aym.conſil. 198. Farinacc. in Fragm. in verbo Identitas, num. 2. & ſequentibus , Rot. deciſ. 441. num. 2. par. tertia diuerſorum.

Et ita ſentio ſaluo ſemper , &c.

CASVS

ARGVMENTVM.

Relaxatus ſub fideiuſſione de ſe repræſentando, etiam nouis non ſuperuenientibus inditijs, An ſemper poſſit ad Carceres reuocari.

SVMMARIVM.

1 *Refertur caſus.*

2 *Relaxatus ſub fideiuſſione de ſe repræſentando quando ſuper indicijs fuit diſceptatum, habetur pro abſoluto.*

3 *Pacta ſunt ſeruanda.*

4 *Fideiubens ſimpliciter, cenſetur fideiubere tantummodo pro cauſa antiqua, ſecus ſi addat, ex quacumque cauſa noua, & veteri.*

5 *Quando Reus ante factas defenſiones, & inditijs non diſcuſſis propter aliquam cauſam relaxatur cum fideiuſſione de ſe repræſentando, arbitrarium eſt Iudici illum ad Carceres reuocare, etiam quod noua non ſuperuenerint inditia.*

6 *Quando Iudex expreſsè reſeruat veteri inditia, cenſetur hoc facere, ne quando vult proferre ſententiam, ſi forſan inſtigenda ſit pœna corporalis, poſſit Reus illam fugiendo eludere.*

7 *Inanes circuitus tam in Iudicijs, quam in quibuſuis diſpoſitionibus ſunt vitandi.*

8 *Quando Iudex non habet inditia, vel ad condemnandum, vel ad torquendum, debet Reum fideiuſſoribus relaxare.*

9 *Referuntur plures caſus, quibus poteſt Iudex ad Carceres Reum reuocare.*

10 *Quando Reus, vel poteſt condemnari, vel torqueri, reuocatio ad Carceres non eſt inutilis.*

11 *Referuntur caſus, in quibus Iudex non poteſt ad Carceres reuocare.*

12 *Clauſula, etiam nouis; &c. poteſt ſolum operari effectum in caſu, vbi noua cumulantur inditia; non autem poteſt operari, vt Reus non pro veteri delicto, ſed pro nouo reuocetur.*

13 *Fideiuſſor, cum clauſula, etiam nouis, &c. intelligitur fideiuſſiſſe non pro nouo, ſed pro veteri tantum delicto.*

14 *Quando Iudex cauſa cognita, & factis defenſionibus, vel diſcuſſis inditijs, vel tortura illata, Reum ſub ſimplici fideiuſſione de ſe repræſentando relaxat, cenſetur eum abſoluere ab obſeruatione iudicij.*

15 Ab-

15 *Abſolutus ab obſeruatione Iudicij,& relaxatus,poteſt,nouis ſuperuenientibus inditijs,de nouo inquiri,& ad Carceres reuocari.*
16 *Relaxatus ſub fideiuſſione ſimpliciter, ad hoc vt poſſit reuocari ad Carceres,debet habere contra noua,& diuerſa inditia.*
17 *Antiqua inditia,an & quando poſſint coniungi.*
18 *Differentia inter fideiuſſionem ſimpliciter conceptam,& fideiuſſionem cum clauſula, etiam nouis,&c.*

CASVS XXXIX.

MILES de homicidio inquiſitus, & leuiter de eo inditiatus, cum factis defenſionibus, & inditijs diſcuſſis fuiſſet relaxatus cum fideiuſſione de ſe repræſentando, etiam nouis non ſuperuenientibus inditijs, paucis abinde diebus aufugit, & cum fideiuſſor fuiſſet ad repræſentandum citatus, & non obſtante,quod ſuperuenenerit nouum crimen, fugæ ſcilicet, fuiſſet ei Saluumconductum oblatum,iuxta tradita per Farinacc. quæſt. 34. num. 62. dicebat ſe adhuc ad repræſentandum non teneri, quia ſuper delicto, quo Miles fuerat relaxatus,nedum noua non ſuperuenerant indicia, ſed nec veterum inditiorum alia noua,& coadiuuatiua probatio. Et cum replicaretur ſtipulationem fideiuſſionis clarè cantare, etiam nouis,&c. Dubitaui, an eſſet repræſentationi locus.

Et videbatur ſine hæſitatione reſpondendum locum eſſe re-
2 præſentationi, quia licet regulariter relaxatus ſimpliciter ſub fideiuſſione de ſe repræſentando quando ſuper inditijs fuit diſceptatum, publicatus proceſſus, & datæ Reo defenſiones habeatur pro abſoluto ab obſeruatione Iudicij; ita vt niſi ſuperueniant noua inditia ad Carceres reuocari non poſſit, nec fideiuſſor ad repræſentandum compelli, Baſſ. in tit.de pluribus violent. n. 114. & in tit.de ſent.n.61.& 62.Brunor.a Sol.quæſt.17.poſt num.10. Foller.in Fragm.n.251.vbi amplius firmat inditia ſuperuenientia

non

non debet eſſe leuia, ſed ſufficientia ad Torturam, Crau. conſil. 321.nnm.4.verſic. non omitto, Non.conſ. 101.n.5.Gabr.conſil. 181.n.25.lib.1.Farinac.q.4.n.25.& conſil.2.n.8.&conſil.59.n.1 & 2.& 6.lib.1.Caball.reſol.Crimin.caſ.47.n.vlt.& caſu 93.n.53 Maur.de fideiuſſor 1.par.princ.ſection.2.cap.3.n.8. tamen diuer
3 ſum erit,quando ſtipulatio de repreſentando fuit concepta, etiam nouis non ſuperuenientibus inditijs, tunc quia tunc pactum eſt ſeruandum,& obijci poteſt fideiuſſori pacto conueniſti mecum, l.1.ff. de pact. & l.1.ff.de conſtit.pecun,cum alijs in propoſit. per Neuiz.conſ.11.n.20.& per Farin.q.33.Surd.dec.279.n.5.ſicut videmus in ſimili in alio fideiuſſore, qui ſimpliciter fideiubet nam
4 licet cenſeatur dumtaxat fideiubere pro cauſa antiqua, ſi tamen addat ex quacũque cauſa noua,& veteri, tenetur ex pacto etiam ex noua Reum repreſentare, Turrett.conſil.63. num. 17. vol. 2. Farin.q.34,n.33. tum etiam quia Reus non habetur pro abſoluto,nam Iudex illũ relaxando præſeruauit expreſſè vetera inditia, quod probatur, quia ſi etiam in caſu quo Reus ſimpliciter ante
5 factas defenſiones,&inditijs non diſcuſſis propter aliquam aliam cauſam relaxatur cũ fideiuſſione de ſe repreſẽtando,arbitrarium eſt iudici illum ad carceres reuocare etiam quod noua non ſuper uenerint inditia, vt poſt Clar. Foller. & alios,notarunt Farinacc. d.quæſt.4.n.25.verſ. Limita Caball.d.caſ.93. ergo multo magis
6 erit arbitrarium vbi vetera inditia expreſsè præſeruauit, cenſeri enim debet hoc feciſſe ne quando proferre vult ſententiam;ſi forſan infligenda ſit pœna corporalis,poſſet Reus illam fugiendo eludere, vt terigit, Farinacc.q.33.num.68.

Cæterum his non obſtantibus contrariæ ſententiæ adherendũ
7 eſſe reſpondi nixus vulgato iuris principio,quod inanes circuitus tam in iudicijs,quam in quibuſcumque diſpoſitionibus ſunt vitandi, Clem.auditor de reſcript.Tiraq.de retract.lignag.tit.2.§.2 gloſ.1.n.24.& 71.Menoch.cõſ.61.n.19.Franch. dec.273.in fin. at hic ſi reus ad carceres nouis non exiſtẽtibus indicijs reuocabatur, committebatur inanis circuitus; ergo Minor probatur,quia quando Iudex non habet inditia,vel ad condemnandum, vel ad
8 torquendum, debet reum fideiuſſionibus relaxare, Clar. quæſt. 36.verſic.In dubio autem, Ghirland.de relaxat.carcerat.tit.de fideiuſſ.

deiuſſ.Reor.q.2.n.2.ad fin. Farinac.q.33. num.69. Caball. reſolut.crimin.caſ.93. n.23. ſed cum fuerit iam relaxatus, eo quia non aderant inditia ad condemnan. nec ad torquendum, ſi ad carceres reuocabatur nouis non exiſtentibus inditijs, vel veteribus non coadiuuatis fuiſſet iterum relaxandus, ex præallegatis, ergo fruſtra fiebat talis reuocatio,& conſequenter inanis erat circuitus, vt benè in terminis conducunt tradita per Gabriel conſil. 181.num.7.lib.1.

Cautè dixi Reum fuiſſe relaxatum ſub fideiuſſione etiam no-
9 uis,&c.eò quia non aderant inditia ſufficientia, vel ad condemnandum,vel ad torturam, quia ſi relaxaretur aliam ob cauſam. ſcilicet propter grauem infirmitatem,vel aliam ſimilem de quibus, Farinacc.dicta quæſt.4.num. 25. verſic. Limita præcedentem,vel quia Iudex tunc arbitratus fuerit non adeſſe ſufficientia ad condemnandum,vel ad Torquendum, & poſtea viſo melius proceſſu comperiat talia inditia adeſſe; vel quia tunc inditia vere non aderant ſufficientia,ſed ſuperuentura expectabat prout paſſim contingit in cauſis in quibus plures cõplices prætenduntur; quorum aliqui ſint inditiati ad torturam,aliqui non, in quibus non inditiati relaxantur cum fideiuſſoribus cum clauſula etiam nouis, &c. in iſtis inquam caſibus a hiſque ſimilibus in quibus eadem viget ratio ſemper poterit Iudex reum ad carceres reuocare, ex Claro Föller. Farinacc. Caball. & alijs ſupra allega-
10 tis, & eſt ratio, quia tunc reuocatio ad carceres non eſt inutilis cum vel reus poſſit condemnari, vel torqueri & ſi adhuc inditia non ſufficiunt, de facili tamen poſſunt ſuperuenire, vel ex confeſsione complicium, vel ex alijs probationibus, quas fiſcus veriſimiliter, & certitudinaliter ſperat habere, quæ ſi reo innoteſcerent antequam ad carceres reuocaretur facilè aufugeret.

Cæterum ſi fuerit relaxatus cum clauſula etiam nouis, &c.
11 eo quia inditia non aderant, nec Iudex illa veriſimiliter, & quia ſi certitudinaliter ſuperuentura ſperat,vt quia nec complices habeat torquendos,nec alias veriſimiles probationes, tunc clauſula etiam nouis non operabitur, vt ſemper arbitrarium ſit Iudici fi-
12 deiuſſoribus relaxatum ad carceres reuocare,vt puta ſi committat aliud delictum, & ea vt dixi eſt ratio, quia fideiuſſor non

promiſit

promiſit repreſentare Reum, niſi pro illa cauſa pro qua retinebatur, & licet promiſerit repreſentare etiam nouis non ſuperuenientibus inditijs tamen non releuat, quia Reus nouis non cumulatis inditijs, vel antiquis coadiuuatis reuocari non poteſt ad carceres ad euitandum circuitum, quia eſſet iterum relaxandus ex notatis in terminis per Foller. in pract. in fragment. num. 25. Boſſ. tit. de ſent. num. 61. Non. conſil. 103. num. 5. idcirco clauſula illa, etiam nouis debet ſolum operari effectum in caſibus ſuperius relatis in quibus dixi, quod adhuc nouis non cumulatis inditijs Reus poteſt reuocari, ne alias in plus teneretur fideiuſſor, quam Principalis contra Regulam, l. græce, §. illud, ff. de fideiuſſor. Boſſ. in titulo de carcerat. fideiuſſ. committ. num. 52. non autem debet operari effectum, vt Reus non pro veteri delicto, ſed pro nouo reuocetur, pro quo fideiuſſor cũ non ſe obligauerit iniquũ eſſet, & non ſine fraude illum ad Reum repreſentandum compellere, quia licet promiſerit repreſentare cum dicta clauſula, etiam nouis, &c. tamen ſemper erit verum, quod promiſit non pro nouo, ſed pro antiquo delicto, & idcirco etiam non obſtante dicta clauſula militabunt ea, quæ in fideiuſſore ſine dicta clauſula notat Farinacc. quæſt. 34. num. 65. cum pluribus ſeqq.

Non obſtat ſi dicatur, quod ita intelligendo idem eſſet effectus fideiuſſionis ſimplicis de repreſentando, ac fideiuſſionis de repreſentando cũ dicta clauſula etiam nouis, &c. Cũ etiam fideiuſſor de repreſentando ſine dicta clauſula teneatur repreſentare
14 in caſibus ſupra relatis, etiam quod noua non ſuperueniant inditia, Farin. d. q. 4. n. 25. alijq; ibi per eũ, & etiam ſupra allegati, quia immo inter dictos fideiuſſores magna eſt differentia, quę vt benè diſtinguatur ſequentia duxi animaduertenda.

Et primo, quod quando Iudex cauſa cognita, & factis defenſionibus, vel diſcuſſis inditijs, vel tortura illata Reum ſub ſimplici fideiuſſione de repreſentando relaxat, cenſetur abſoluere ab obſeruatione iudicij, vt probant Doctores ſuperius allegati num.

Secundo, quod abſolutus ab obſeruatione iudicij, & ſic
15 vt ſupra relaxatus, licet poſſit nouis ſuperuenientibus inditijs

de nouo

de nouo inquiri, & ad carceres reuocari, inditia tamen debent eſſe noua, & diuerſa, non autem ſufficiunt antiqua etiam ſi melius probarentur, quia illa ſunt iam eliſa, nec poſſunt coniungi
16 cum nouis ſuperuenientibus, itaut ſimul iunctis Reus poſſit, aut de nouo torqueri, aut condemnari, Caball.d.caſ.93.num.93. cum ſeqq. Simach.Cattolic. inſtit. n. 18. rubric.de defunctis, n. 20.Farinac. in addit.ad ſua impreſſa opera q.4.n.30. verſic.ſublimita tertio: vbi ſub num. 47. verſic. Sublimita præcedentes ex- extendit, nedum ſi Reus ſit relaxatus poſt torturam illatam, ſed etiam in caſu quo eſt relaxatus factis defenſionibus, & diſcuſſis inditijs, quorum ea eſt ratio, quia inditia ſicuti per torturam, ita & per defenſiones purgantur, & abolentur, & purgata aboletaque amplius non reuiuiſcunt.

Et licet verum ſit, vt aduertit Farinac. loco proximè citato poſ
17 ſe contingere, vt tortura illata, aut defenſiones factæ inditia, vel non eliderint, vel in totum non eliderint, ideoque inditia non eliſa tanquam in totum non mortua, & ſublata poſſe medicina aliarum probationum reſtaurari, vel eo modo quo ſunt cũ nouis, & ſuperuenientibus coniungi, tamen eſt etiam verum, quod ſub ſequuta abſolutio ab obſeruatione iudicij, quæ fit, etiam quando Reus relaxatur fideiuſſoribus modo ſuperius explicato, parit præſumptionem, vt inditia fuerint plenè eliſa, Alberic. in l. Edictũ, n. 2. ff. de quæſtion. Clar. in prax. §. fin. q. 64. verſic. illata Reo tortura vbi etiam Baiard. Farinac. quæſt. 40. n. 2. cum ſeqq.

Ad euitandam igitur iſtam iuris præſumptionem, & quæſtionem, an inditia poſſint coniungi necne, inuenta eſt fideiuſſio cũ
18 clauſula etiam nouis, nam cum fideiuſſio ſimplex de repræſentando cauſa cognita habeat vim abſolutionis ea ſtante non poterit ex ſola pleniori probatione veterum inditiorum Reus ad carceres reuocari, nec minus vetera inditia cum nouis coniungi ex pręallegatis. At fideiuſſio cum clauſula; etiam nouis cum non habeat vim abſolutionis, & vetera inditia præſeruat poterit per eorum ſolam coadiuuationem, vel cum alijs coniunctionem merito Reus ad carceres reuocari, ſicque clara reſultat differentia inter prędictas fideiuſſiones.

Nõ obſtant contraria, quia ex prædictis patet ſolutio, nam licet

T fideiuſſio

fideiuſſio, etiam nouis, &c. non requirat ſuperuenientiam aliorum inditiorum, tamen quando ſumus in Reo relaxato factis defenſionibus, & diſcuſſis inditijs, vel tortura illata, requirit ſaltem probationum coadiuuationem ad euitandum circuitum ab omni diſpoſitione vitandum vt ſupra dictum eſt.

ARGVMENTVM

Commeatus ſine cauſa concedi non debet, & de inditijs contra Sergentem, qui pecunia corruptus, vt commeatum haberet pro quodam milite exhibuit falſam fidem Medici de ægritudine militis, & de pœnis ſimulantis languorem.

SVMMARIVM.

1 *Commeatus militibus eſt parciſſime concedendus.*

2 *Commeatus vt ſit concedendus requirit vrgentem cauſam.*

3 *Commeatus non eſt concedendus ex cauſa ægritudinis, niſi prius Iudex vna cum Medico eam veram indagauerit.*

4 *Falſitas in milite eſt Crimen capitale.*

5 *Falſitas in milite poteſt puniri pœna deportationis, & publicationis bonorum, vel alia arbitraria.*

6 *Tortura poteſt inferri ad veritatem eruendam, vbi agitur de Crimine Capitali.*

7 *Depoſitio socij criminis confirmata in tortura ad faciem Rei, iuncto aliquo adminiculo ſufficit ad torturam.*

8 *Inditium oritur ex aſſidua conuerſatione, & alloquutione cum Reo per paucos dies ante delictum.*

9 *Adminiculum ex ſecreta alloquutione reſultans magis eſt vrgens.*

10 *Alloquutio licet ſecreta non ſit, ſecreta tamen dicitur, ſi alloquentes recuſant aliorum communionem.*

11 *Falſum ſcripturam exhibens cenſetur eam fabricaſſe, niſi doceat authorem.*

Exhi-

12 *Exhibenti falſam ſcripturam non ſufficit nominare auctorem, ſed debet probare.*

13 *Comparatio litterarum debet fieri per peritos cum alijs requiſitis.*

14 *Adminiculum oritur ex comparatione litterarum.*

15 *Inditium oritur ex affectata inſtantia.*

16 *Inditium oritur contra eum, qui delicti ſocium certiorat, vt a manibus Curiæ euadat.*

17 *Militi languorem ſimulanti imponitur pœna vltimi ſupplicij.*

18 *Pœna vltimi ſupplicij ita demum militi irrogatur quando languorem ſimulat ſegnitie, & hoſtium timore.*

19 *Miles ex alia cauſa quam ſegnitie, ſeu hoſtium timore languorem ſimulans arbitrarie puniendus eſt.*

CASVS XXXX.

INSTETERAT pluries miles, & quidem Magnatum præcibus intercedentibus, vt ſibi commeatus concederetur, domum ad neceſſaria redituro; Verum quia Dux ſequutus conſilium Paterni in l. officium, ff. de re mil. qui commeatum parciſſime dandum reſcripſit, multoties exoratam miſſionem ſemper denegauit, vtpo-
2 te, quia nulla aderat concedendi vrgens ratio; Sergens illius Cen
turiæ non multis lapſis diebus retulit, ita militem ægrotare, vt
3 militaribus officijs fungi minime poſſet, exhibuitq; medici fidē,
& cum iuxta diſpoſitionem textus in l. ſemel, C. de re milit. lib. 12. de quo etiam Balthaſſar. Ayal. de iur. & offic. Bell. lib. tertio, capitulo ſexto, militi viſendo acceſſerim vna cum alio Medico, eum ſimulantem languorem, & fidem exhibitam nequaquam a Medico ibi deſcripto ſcriptā, ſed falſam inueni; Ambobus ideo cuſtodiæ datis miles de plano faſſus eſt ſe vt commeatū haberet, quindecim ſcuta Sergēti promiſiſſe, & illius cōſilio ęgrotū ſe finxiſſe fidē vero Medici eſſe falſam, & in ſui præſentia ab eodemmet Sergente ſcriptam depoſuit: at cum Sergēs omnia

negaret, & fidem a milite ſibi traditam contenderet compilato
proceſſu, inditia ex eo, vt tortura inferri poſſet ex ſequentibus re-
ſultare ſum arbitratus,

In primis autem aduerti nos verſari in delicto, vel capitali iux
4 ta textum in l. omne delictum, §. exploratores, ff. de re milit. vel
ſaltim puniendo pœna deportationis, ac publicationis bonorum,
iuxta l. 1. in fin. ff. ad l. cornel. de falſ. aut alia arbitraria iuxta opi-
nionem Cotorei de iur. milit. lib. 3. c. 9. Atq; ideo heſitandum non
6 videbatur, quin ſi ſufficientia vrgerent inditia, irrogari poſſet tor
tura, l. edictum, ff. de quæſt. l. leuia, ff. de accuſat. Brun. de in-
dic. & tort. 1. 2. cap. 26. dubit. 26. dubit. 17. num. 151. circa fin.
Henric. Bocer. in tract. de quæſt. ſeu tort. cap. 2. num. 1. Thom.
Metzeger. de tort. concluſ. 82.

Primum inditium reſultabat ex depoſitione Militis ſocij crimi
15 nis, quæ regulariter confirmata in tortura ad faciem Rei iuncto
aliquo adminiculo ſufficit ad torturam inferendam, Farin. q. 43.
n. 27. 42. 141. & 162. Brun. indit. & tort. par. 1. q. 3. n. 24. & 25.
Clar. in §. fin. q. 21. verſ. ſed quid in Criminibus exceptis Menoch.
de arbitr. lib. 2. caſ. 474. n. 47. Intrigl. ſingul. 176. n. 17. cum ſeq.

Adminicula autem hic non deerant, & primo aſſidua conuer
8 ſatio, & alloquutio paucos ante dies, Farin. q. 43. n. 171. vbi teſtatur
de magis recepta opinione, Grammatic. conſ. 75. n. 16. & not. 6. n.
3. Correr. in prax. in 2. tract. de indit. & tort. §. octauū inditiū n. 10.

Et licet alloquutiones non probarentur ſecretæ, quæ admini-
9 culum magis fouerent ex Farin. vbi ſup. q. 43. 2. 175. attamen pro
babatur; quod in alloquutionibus, & conuerſatione recuſabant
Commilitonū communionem, quæ idem videbatur operari, cū
eædē militent rationes, quæ in ſecreta alloquutione cōſiderantur.

Secūdo, quia fidem falſam exhibuerat, nam ea eſt præſumptio,
11 vt falſam ſcripturam habens cenſeatur eam fabricaſſe niſi de au-
ctore doceat. Salic. in l. ſi falſos, C. de falſ. Alex. conſ. 62. in cauſa
accuſationis col. 2. vol. 3, nec ſufficit nominare auctorem, niſi e-
12 tiam probetur, quod ille tradiderit, Iaſ. conſil. 64. vol. 4.

Et licet in caſu noſtro miles a Sergēte auctor datus redderetur
veriſimilis, ex quo de ſimulato militis languore, & de eiuſdem
intereſſe conſtabat, attamen veriſimilitudinem plura ſternebant,

primo

Digitized by Google

13 primo prædictæ alloquutiones, ſecundo, verſutia Sergentis hominis ſanè cauti, & cui veriſimiliter languor ſimulari non poterat, tertio quia miles neſciebat ſcribere, & ex comparatione litterarum facta a peritis iuxta praxim traditam a Farinac.conſ.70. n. 16. aduertebantur caracteres valde ſimiles ex quibus deſumi
14 adminiculum non eſt verendum, Farinac.vbi proximi.

Teſtium emanabat inditium ex illius importunitate, pluries,
15 enim, diligenter, & patienter inſteterat, vt miles mitteretur ex traditis in ſimil. a Crauett.conſ.134.n.32.Dec.conſ.189.

Quartum, & vltimum ſe obtulit in ipſa Sergentis carceratio-
16 ne, qui ſtatim captus cõmiſit cuidam, qui præſens erat, vt certũ redderet miliẽ de ſua carceratione, hortareturq; vt ſe abſconderet vel aufugeret, & ex hoc benè arguitur complicitas, vt videmus in eo, qui delinquentem abducit, ne capiatur concurrentibus præſertim adminiculis, Menoch. de præſumpt.lib.1.q.89. num. 35. cum aliis per Metzeger.de tort. conſ. 121.

Suppoſitus ideo torturæ, cum per mediam horam delictum minime faſſus fuerit, fuit dimiſſus: ſed ſubſequenter dubitari con
17 tingit de pœna militi irroganda, & ſe offerebat, tex.in l.omne delictum, §.exploratores, ff.de re milit.quæ militi languorem ſimulanti pœnam vltimi ſupplicij, imponit. Verum prædictę legi locum non eſſe, ſed potius arbitrariæ, cenſui, nixus receptæ diſtin-
18 ctioni, quod aut miles languorem ſimulat ſegnitie, vel hoſtium timore, vt puta ſi Dux militi aliquid cui vitæ periculum ineſt, mandet, & ipſe, vt munus iniunctum euitet, & periculum, languorem ſimulat, morte dignus eſt, & ita fuiſſe etiam ſeruatum teſtatur Petrin. Bell. de re militar. par.8. tit. vnic. num. 64. aut
19 vero alia de cauſa languorem ſimulat, & tunc pœna ſimulationis, attenta ſimulationis cauſa, & facti qualitatibus; ex arbitrio pendebit.

T 3 ARGV-

ARGVMENTVM.

Creditor qui egit contra Militem, coram Iudice incompetente, fruſtra obtinuit immiſſionem in bonis Militis debitoris, etiam quod egerit vigore obligationis Cameralis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex eſt potiſſima pars baſis, & fundamentum iudicij.*
2 *Iudex in omni negotio eſt competens adeundus.*
3 *Miles non poteſt conueniri, niſi coram Iudice ſuo.*
4 *Amplia tam in cauſa Ciuili, quam Criminali.*
5 *Amplia ſiue iudicium ſit inter milites, ſiue inter Paganum, & Militem.*
6 *Mandatum relaxatum à Iudice incompetenti nullitatis vitio ſubiacet.*
7 *Obligatio Cameralis operatur, vt quis in omni foro conueniri poſſit.*
8 *Obligatio Cameralis, renunciationem fori in ventre continet.*
9 *Militi permittitur poſſe renunciare fori priuilegio.*
10 *Miles poteſt renunciare exceptioni hoſtice introductæ ad publicam vtilitatem.*
11 *Obligatio Cameralis non operatur renunciationem eorum, quę ſpecialem & indiuidualem mentionem requirunt.*
12 *Ad renunciationem priuilegij fori requiritur indiuidua, & ſpecialis mentio, nec ſatis eſt vniuerſalis etiam geminata.*
13 *Miles per pactum priuilegio fori renunciare non poteſt.*
14 *Idem de Clerico.*
15 *Iſta interdictio renunciationis eſt inducta fauore ordinis Clericalis, non autem perſonis.*
16 *Eſt differentia inter militem militantem, & militem non militantem.*
17 *Affertur ratio.*
18 *Reges Galliæ conſueuerunt expedire litteras, per quas in militum litibus mandabant ſuperſederi donec Bellum perfectum eſſet.*
19 *Publius Seruilius Conſul bello Volſco edixit, ne quis bona militis, donec eſſet in caſtris poſſideret, vel venderet.*

CASVS

CASVS XXXXI.

PORREXERAT ſupplicem libellum Duci Exercitus ſignifer Guazzimannus quo exponebat, quod dum laboribus militaribus Ferrariæ operam daret, fuit cõuentus a creditore coram Præſide Romandiolæ ad ſoluendum ſcuta quingenta ex Inſtrumento Camerali obligatione munito, a quo in contumaciam relaxato mandato, fuit creditor vigore illius in poſſeſſionem aliquorum bonorum ex primo decreto immiſſus, & tunc inſtabat ex ſecundo decreto propter defectum oblatorum bona ſibi addici, propterea flagitabat commeatus conceſſionem, vt retardando immiſſionem Aduerſarij rebus ſuis poſſet proſpicere, plures etenim aſſerebat ſibi competere exceptiones.

Libello prædicto a Duce exercitus mihi tranſmiſſo, vt de præmiſſis cum Excellentia ſua ſermonem haberem.

Dixi iudicium contra Guazzimannum actum ſubiacere vitio
1 notæ nullitatis, & mouebar, quia cũ Iudex ſit potiſſima pars, Baſis, & fundamentũ iudicij eſt in omni negotio competens adeun
2 dus, Gayll. pract. obſeruat. lib. 1. obſeruat. 42. num. 9. Cum autem Præſes Prouinciæ non ſit Iudex competens militis, qui non
3 poteſt conueniri, niſi coram Iudice ſuo, l. Magiſteriæ, C. de iuriſdict. omnium Iudicum, vbi pluribus ſimilibus exornat, Ricc.
4 Collect. 267. par. 2. tam in cauſa criminali, quam ciuili, l. 1. C. de exhiben. Reis, Ayal. de iur. & off. Bell. cap. 8. num. 1. lib. 3. Petrin. Bell. de re milit. par. 7. tit. 3. n. 16. cum ſeqq. ſiue iudicium ſit in
5 ter Milites, ſiue inter Paganum, & Militem, Paul. de Caſtr. in d. l. Magiſteriæ in ſumm. Claud. Cotor. de iur. milit. lib. 2. cap. 6. ideo mandatum relaxatum ex defectu iuriſdictionis nullitatis

vitio

Digitized by Google

6 vitio Subiacebat, Bellamer. dec. 307. Verall, dec. 97. par. 1.
7 Et licet ex virtute Cameralis obligationis fiat, vt quis in omni foro cōueniri poſſit vt poſt Galles. & alios quos allegat Gratian.
8 decis. March. 180. num. 12. quippe continent renunciationem fori, cui renunciari poſſe militi permittitur, l. ſi quis in cōſcriben, C. de pact. vbi quod ſi miles profeſſus fuerit in Inſtrumēto ſe non
9 vſurum fori præſcriptione propter cingulum militiæ, pactum ſer
10 uandū erit, prout etiam renūciare poteſt exceptioni hoſticæ introductæ ad publicam vtilitatē, qua miles gaudere debet, Capicc. dec. 72. Nouar. ad pragm. Regn. collect. 133. n. 8. Vincent. de Franch. dec. 164. n. 9 tamē huic obiecto multipliciter reſpondebam.
Et primo quia cum tempore prędictæ generalis renunciationis miles non eſſet militię adſcriptus nec fore adſcripturum cogitaret; ideo talis exceptio vti de iure futuro in pręcedenti renunciatione non includitur, Craſſ. de except. cap. 13. num. 16. Alios adducit, Gratian. diſcept. Forenſ. cap. 411. num 9. tom. 3.
Tertio quia & ſi Cameralis obligatio cōtineat renunciationem
11 auxilij omnium iurium non tamen operatur renunciationem eorum quæ ſpecialem, & induiduam mentionem requirunt, at
12 priuilegij fori requirebatur indiuidua, & ſpecialis, nec ſatis erat vniuerſalis etiam geminata renunciatio, prout dicimus in materia renunciationis l. 2. ff. quod cum eo, quæ pariter ſpecialem, & indiuiduam renunciationem requirit, ideoque in renunciatione obligationis Cameralis non includitur ex deductis in Romana nullitatis obligarionis 24. Nouemb. 1617. corā Buratto, Anconitana Pecuniaria 1. Iunij 1622. coram Remboldo, Gratian. diſcept. Forens. par. 5. c. vlt. vel penult.
13 Tertio quia huiuſmodi priuilegio per pactum renūciare miles minime poteſt, vt dixi latius eod. caſu, cui pariter poſſunt addi ea quæ dicuntur de Beneficio cap. odoardus cui nullo modō per
14 Clerium renunciari poteſt, eo quod ſit, inductum fauore ordi-
15 nis Clericalis non autem perſonę, non obſtāte quouis Iuramento, vel obligatione camerali, ex deductis in Bonon. Cenſus 13. februarij 1625. coram Buratto.
16 Non obſtat text. in allegata lege ſi quis in cōſcribendo quia nō procedit in milite, qui in bellica expeditione reperitur, & cuius mi-

niſte-

niſterio Reſpublica indiget, ſed in alijs ex notat. per Baez. de inop. debitor.c.16.n.99. quem ſequitur Paſchal.de virib.Patr. po
17 teſt.c.9. par.2.n.38. eſt enim differentia inter militem militantem, & militem non militantem, gloſ.in d.l.Magiſteriæ, C.de iuriſdict.comn.Iudic.cum Prior ſit occupatus circa rem bellicam, & expeditiones non ſic poſterior, l. fin.C.de reſtit.milit.& ex his etiam tollitur id quod dicitur de exceptione hoſtica.

Dixi præterea, quod cum Dominus Guazzimannus non in fraudem creditoris, ſed diu ante aduentum exercitij actionis, & iuſſu ducis exercitus ſacramento militari, ſe aſtrinxerit, ne dum non poterat iudex contra ipſum procedere ad ſecundum decretum, ſed nec permitti, vt bona venderentur, l. ignorare, C. de reſtit.milit. & ibi Bald. & Salicet. Petr. Bell. de re milit. tit.3. n. 13. Balthaſſ. Ayal.de iur.& off.bell.lib.3.cap.7.num.4. hinc con-
18 ſueuerunt in Regno Galliæ expediri litteræ per quas in militum litibus mandabatur ſuperſederi, donec bellum eſſet expeditum, Guillel.de Bened.in repet.cap.Rainutius in verb. teſtamentum il 1.n.22.verſ.etiam Rex 2.col. fol.164.

His auditis Dux exercitus ſequutus edictum Publij Seruilij Cõſulis, qui bello volſco edixit, ne quis bona militis donec in Caſtris
19 eſſet, poſſideret, vel vẽderet Polib.hiſtor.lib.1. mandauit Pręſidi, vt coram ſe acta circumſcriberet, & creditori, vt actiones ſuas exerceret coram Iudice competente.

ARGVMENTVM.

Fructus ſpectantes ad Caſtellanos pro tempore, An, & quomodo diuidantur inter Anteceſſorem, & Succeſſorem.

SVMMARIVM

1 *Vſufructuarius. ſi decedat fructibus iam maturis recollectione imminente ea ad hæredes non tranſmittit, ſed in totum ad proprietarium pertinent*
2 *Beneficiarius ſi moritur pendentibus fructibus, eos ſucceſſor in beneficio in totum lucratur.*
3 *Fructus debentur pro rata temporis, ſi ſunt deſtinati ratione onerum, & laborum.*
4 *Fructus ſpectantes alicui ratione tituli, & iuris temporalis, ſi moriatur Titularis ad hæredem non tranſmittit.*
5 *Feudatarius ſi deceſſerit, pendentibus fructibus eorum ratam pro parte temporis quo vixit ad hæredes tranſmittit.*
6 *Affertur ratio prædictæ concluſionis.*
7 *In titularibus, reſoluto titulo, & iure ceſſat ratio acquirendi.*
8 *Iis, qui faciunt fructus ſuos ratione laborum in tantum ceſſat cauſa acquirendi in quantum ceſſat labor.*

CASVS XXXXII.

IMMINEBAT fere fructuum recollectio, quando Caſtellano arcis Imolæ ad alia euocato miſſus fuit ab Excellentiſſimo Generali Succeſſor, & orta inter eos controuerſia ſuper fructibus qui ex quibuſdam Terrulis a Caſtellano pro tempore percipi ſolent: quippe eos Caſtellanus antiquus ſaltim pro rata temporis, quo pondus Arcis ſuſtinuit ad ſe ſpectare, e contra vero Succeſſor vti pendentes, & non recollectos in totum ſuos eſſe contendebant; fuit a me quæſitum quid in hoc iuris eſſe exiſtimarem.

Et faciebat ſucceſſori duplex ſimile primum deſumptum
1 ab vſufructuario, qui ſi decedat fructibus iam maturis, & recollectione imminente adhuc eos ad hæredes non tranſmittit, ſed in totum ad proprietarium pertinent, nulla habita ratione emporis, quo vſuſructus durauit, & vſufructuarius vixit, l. ſingulos in fin. ff. de annuis legat. l. ſi vſufructuarius, ff. quibus modis

modis vsusfructus amittatur, l. defuncta 65. ff. de vsufruct. & ibi Bart. Alber. & Fulgoſ. Caualcan. de vſufruct. mulier. relict. num. 242. Honded. conſil. 58. num. 1. & 28. vol. 1. Surd. conſil. 227. n. 21. late Barboſ. in l. diuortio 2. par. ex n. 22. ff. ſolut. matrim. Caſtill. de vſufruct. q. 77. a n. 1. cum ſeqq. Monter. deciſ. Aragon. n. 11. cum ſeqq.

Secundum a Beneficiatio, quem ſi fructibus pendétibus mori
2 contingat, ſucceſſor in beneficio in totum eos lucratur, gloſ. in c. ſi propter de reſcrip. & in l. 1. C. de annon. ciuilibus lib. 11. quam ſequuntur communiter Doctores in l. Diuortio, §. non ſolum in fin. ff. ſoluto matrim. vbi pręcipuè Barboſ. par. 2. num. 56. & eſt opinio quam ſeruat Rota Romana, vt in deciſ. 240. num. 2. par. 1 recent. & decis. 376. num. 1. & deciſ. 401. num. 1. & deciſ. 476. num. 1. in impreſſis Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Ioannis Baptiſtæ Coccini Rotæ Decani, vbi aliæ allegantur etiam quod ſint a ſolo ſeparati non dum tamen in horreo repoſiti, Calder. conſil. ſecundo de pecul. Cleric. Henric. Boich. in cap. fin. num. 4. eodem tit. Surd. conſil. 33. num. 14. Rota dec. 461. num. 4. par. 1. diuer. & dec. 268. num primo par. ſecunda recentior.

Sed nihilominus ijs non obſtantibus contrarium de iure reſpondendum putaui, adherendo diſtinctioni, quam in hac materia communiter receptam inueni, quæ ita ſe habet, aut fru-
3 ctus deſtinantur alicui ratione laborum, & onerum quibus ſubijcitur, & tunc pro rata temporis, quo onus, & laborem ſuſtulit, fructus lucratur, quamuis de tempore recollectionis onus, & labor deſierint, aut vero fructus alicui ſpectant ra-
4 tione tituli, & iuris temporalis, quod habet in re, & tunc ſi de tempore recollectionis fructuum titulus ſit extinctus, fructus nõ lucratur, ita Bart. in d. l. diuortio num. 11. & ibi Soccin. num. 3. Barboſ in par. 2. num. 13. ff. ſolut. matrim. Faber. in §. is vero n. 2. in fin. inſtit. de rer. diuis. Caſtill. de vſufruct. cap. 77. num. 28. & ſeqq.

In casu igitur noſtro, cum fructus, qui ex terris prædictis colliguntur ad Caſtellanos pro tempore ſpectent, eo quia munus arcis cuſtodiendæ ſuſtinent, non ſine iniuria poſſent pro rata temporis

temporis, quo munus obeunt, fructibus priuati ex præallegatis.

Facit in ſimilis doctrina Andæe de Iſern, in cap. 1. §. his con-
5 ſequenter num. 20. ad med. in vſib. Feud. vbi voluit, quod ſi feudatarius deceſſit pendentibus fructibus eorum ratam pro parte temporis, quo vixit ad hæredes tranſmittet, ea ratione, quia
6 fundum coluit ſeruitia Domino præſtitit, honoremque illi exhibuit, idem voluit, Alexand. in d. l. diuortio num. 3. ff. ſolut. matrim. dum dixit, ideo tex. in cap. 1. §. his conſequenter hic finitur lex decidere, quod ſi Vaſſallus viuat a Kalendis Martij, vſque ad finem Auguſti fructus pendentes pertinere ad hæredes Vaſſalli defuncti, & non ad Dominum, quia inquit, a Martio, vſque ad Auguſtum ſolent Vaſſalli magnos ſumptus facere in Equis, & armis, ſicque reſpicit onera quæ ſubeunt.

Et demum ita in puncto militis tenuit Afflictus in cap. 1. §. his conſequenter d. tit. hic finitur lex, & incipit conſtitutio num. 15. quem refert, & ſequitur Berlichius pract. concluſ. par. 3. conclu ſ. 43. num. 12. vbi ampliant etiam ad Doctorem.

Ad ea vero, quæ dicta ſunt de Beneficiario, & vſufructuario, reſpondebam inter eos, & militem, & quemcumque alium in cui ratione laborum terræ aliquæ excolendæ tradantur, diſcrimen eſſe maximum, quando quidem illi cum faciant fructus
7 ſuos ratione tituli, & iuris, quod habent in re, vtique reſoluto titulo, & iure ceſſat cauſa acquirendi, & ſic acquiſitum: iſti autem, quia faciunt fructus ſuos ratione laboris, in tantum ceſſa-
8 bit cauſa acquirendi, & ſic ipſa acquiſitio, in quantum ceſſabit labor, vt poſt Bart. late explicuerunt Barboſ. in d. 2. par. l. diuortio num. 45. verſic. poſtquam autem, ff. ſolut. matrim. & Caſtill. d. cap. 77. num. 28. cum ſeqq.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

An & quando executio ſit reuocanda prætextu ſcripturarum de nouo repertarum, Ex quibus probatur ſolutio, & de probatione inſtrumenti, quod non reperitur in protocollo, & teſtes in eo deſcripti ſunt mortui.

S V M M A R I V M.

1 *Immiſſio ex primo decreto quomodo fiat.*
2 *Exceptio ſolutionis, eſt exceptio peremptoria.*
3 *Exceptio peremptoria non poteſt opponi poſt concluſum in cauſa, minuſque poſt rem iudicatam.*
4 *Tarditas producendi ſcripturas in iudicio arguit ſuſpicionem falſitatis.*
5 *Scribendi modus eſt facilis imitationis.*
6 *Titus Imperator dicebat ſe optimum futurum falſarium, quia optimè innitabatur caractera.*
7 *In Ciuilibus ſuſpicio falſi pro falſitate habetur.*
8 *Solutionis exceptio eſt tam efficax, vt poſt concluſum in cauſa poſſit opponi, etiam ſi requireret altiorem indaginem.*
9 *Exceptio ſolutionis non eſt vere exceptio, ſed defenſio.*
10 *Iudex non admittens exceptiones peremptorias, temerarius eſt appellandus.*
11 *Priuilegium peculiare militum eſt, vt poſſint quandocumque de ſolutione opponere.*
12 *Miles ſi per iuris ignorantiam non oppoſuerit exceptionem etiam peremptoriam eam poſt ſententiam, & rem iudicatam poteſt opponere.*
13 *Miles magis arma tractare quam leges ſcire tenetur.*
14 *Exequutio non dicitur facta, niſi quando eſt per ſatisfactionem completa.*
15 *Inſtrumentum habens debita requiſita ſemper probat.*
16 *Ad hoc vt per mortem teſtium, & Notarij arguatur dubium falſitatis inſtrumenti tria copulatiuè requiruntur.*
17 *Liber Baptiſmatis, probat ætatem, quando eſt ab ordinario approbatus.*
18 *Duo homines non conſtituunt magnum numerum.*

V 19 *Hæres*

19 *Hæres iuſtam habet ignorantiam.*
20 *Inueriſimile eſt hæbreum feneratorem, diu abſque fenore otioſam pecuniæ quantitatem relinquere apud Chriſticolam.*

CASVS XXXXIII.

ARON Hæbreus producto inſtrumento obligatione Camerali vallato egit contra militem pro conſequutione ſcutorum tricentorum, quæ ſibi ab eo, tanquam Patris hærede debebantur. Pluribus præfixis terminis ad opponendum omnes exceptiones etiam peremptorias ſecundum Doctr. Rom. in l. eum Mulier ſub num. 19. verſic. Tertia ratio, ff. ſolut. matrimon. quem ſequitur Manent. deciſ. 69. num. 9. cum nihil pro milite deduceretur, contra bona hæreditaria Patris mandatum relaxaui; At facta executione, Hębreoque ſolommodo in poſſeſſionem bo-
1 norum ex primo decreto immiſſo iuxta l. ignorare, C. de reſtit. milit. Et ibi Bald. & Salic. Miles produxit inſtrumentum ſolutionis a Parente factæ, & quietantiæ ab hæbreo reportatę, inſtauitque bona ſibi reſtitui, & Aduerſarium in expenſis condemnari.

Sed eum non eſſe audiendum ſuadebatur ex eo, quod cum ſolutionis exceptio ſit peremptoria illa non poteſt opponi poſt con
2 cluſum in cauſa, minuſque poſt rem iudicatam, Cum. ſuper Riti-
3 bus Sicil. cap. 9. num. 23. maxime poſt factam executionem, quo caſu decretũ etiam virtute priuilegij militaris per quaſlibet exceptiones nõ poteſt retractari, Caſtrẽſ. in l. 1. C. de iur & fact. ign. Præſertim hic vbi fuerunt militi plures aſſignati termini ad opponẽ-

dum

dum exceptiones etiam peremptorias. Bal.in l. ab exequutione, ver. dubitabatur.C.quorum appellat.non recip. Gratian. diſcept. forenſ.cap.495. n.17.& 25.Ideo cum per conceſſionem tot ter-
4 minorum,ſolutionis exceptio non fuerit oppoſita, inſurgit contra eum doli præſumptio.Aym.conſ.75.n.9.Gratian.diſcept. Forenſ. cap.495.n.24.Tarditas enim iſta producendi,arguit ſuſpitionem falſitatis.Aym.conſil.28.num.6. quæ ſuſpicio cum augeretur ex alijs, merito videbatur repellendus.

Et primo,quia teſtes Inſtrumentarij,& Notarius rogatus erant mortui.Curt.Sen.conſil.56.nu.56. late Boer.deciſ.118.Menoch. conſil.42.n.32.lib.1.

Secundo,quia inter protocolla Notarij tale inſtrumentum nō reperiebatur regiſtratum, ſignum euidens, quod non rogauerit. Menoch.conſ.42. n. 12. Regulatur enim eſſentia inſtrumenti a Protocollo, ex his quæ dicit Seſſ. deciſ. Arag.72.

Nec comparatio litterarum facta a peritis per Iudicem de cō-ſenſu partium electis, iuxta Farinac.conſ.70.n.16. ei quicquam
5 opitulabatur,quia cum ſcribendi modus ſit facilis imitationis,po tuit adeſſe aliquis,qui ſcripta Notarij tam bene ſciuerit imitari,vt
6 ſimilitudinem omnino exprompſerit;Titus Imp.cum per ludum iocumque imitandi chyrographa ſuis cum manuenſibus certamen haberet, ſæpe dixit; charactera quæcumque ſe optime imitaturum, & ſi ſtudium huiuſmodi proſequeretur ſe maximum futurum falſarium, ex Suetonio in vita Titi. Ideo hu-
7 iuſmodi comparationes fallaces dixerunt Menoch. dicto conſil. 42. num. 33. in fine. Farinaccius conſil. 192. num. 14. Ex his igitur coniecturis exceptio ſolutionis omnino excluſa reddebatur. Caputaquenſ. deciſion. quarta, parr. ſecunda. In Ciuilibus enim ſuſpicio falſi pro falſitate habetur. l. Iubemus. C. de probation. Viu. deciſion. 81. Theſaurus quæſtion. forenſ. 47.

His non obſtantibus contrarium pronunciaui; Eſt enim
8 tam efficax ſolutionis exceptio, vt etiam poſt ſententiam poſſit opponi. Caſtren. conſil. 257. lib. 2. cum alijs per Maur. de ſolut. cap.80.num. 1. & ſententiæ executionem retardet, etiam ſi requireret altiorem indaginem. Alexand. in l. 4. §. Condem-

V 2 natum.

natum. num. 18. de re Iudic. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 411. n.
9 25. & optima ſane ratione, cum enim exceptio ſolutionis non ſit
vere exceptio, ſed defenſio. gloſ. in c. 1. in verb. defenſionis, de lit.
conteſt. Maur. d. c. 80. n. 7. poteſt propterea quandocunq. obijci ad
repellendum aduerſarium. Carol. de Graſſ. vbi ſup. tanto magis ſi
conſtat, quod eius actio ſit ſolutione perempta. Milanen. dec. Sicil.
10 14. li. 2. cuius exceptioni Iudex ex officio ſupplere valet. Idē Car.
de Graſſ. excep. 25. n. 6. & ſeqq. Immo ſi tales exceptiones non admittat contra imminentem executionum, merito temerarius eſt
appellandus. Magon. dec. Floren. 44.

Ideo non obſtabat, quod ſtantibus monitionibus prędictis poſt
ſententiam non poſſit doceri de ſolutione, quia in Militum Pri-
11 uilegijs contrarium peculiariter diſponitur, vt ſcilicet Miles; ſi
12 per Iuris ignorantiam exceptionem peremptoriam non oppoſuerit, eam poſt ſententiam, & rem iudicatam poſſit opponere, l. 1.
C. de Iur. & facti ignoran. Petrin. Bell. de re milit. par. 3. tit. 7. nu.
28. Milites enim magis arma tractare, quam leges ſcire tenentur, l. reg. ff. de Iur. & facti ignoran. l. vlt. ff. eodem. Ayal. de Iur. &
off. bell. cap. 7. n. 9. lib. 3. & poſſunt citra iniuriam leges, ac iura
ignorare. l. final. in princip. C. de iur. deliber. Cotor. de iur. milit.
cap. 34. lib. 2.

Neq; ad hoc erat attendenda replicatio, Priuilegium prædictū
14 procedere ante executionē factam, nō autē poſtea iuxta doctr. &c.
quia nō dicitur facta executio, niſi illa ſit per ſatisfactionē cōpleta.
Et in omnem caſum ita erat pronunciandum ex capite reſtitutionis in integrum per bonum ius Militis proueniens ex inſtrumento nouiter reperto.

Nec de prędicto Inſtrumento poterat dubitari, nam illud bene
15 habebat Notarij, & teſtium ſubſcriptionem, appoſitionē anni, indictionis, menſis, & diei, loci deniq. & publicationis coram teſtib.
ad notationem, quæ reddunt Inſtrumentum in forma probanti.
Neuiz. conſ. 23. num. 21. & 3. Seraphin. deciſ. 1236. num. 1. &
fuit dictum in Reat. depoſiti 18. Decemb. 1600. coram Penia.
Et veri ſemper præſumptionem inducunt, l. cum precibus. C. de
probat. l. Iuris gentium. §. quod fere. ff. de pact. nor. Doct. in l.
ſciendum. ff. de verb. oblig. Gabr. de Maleſ. concluſ. 2. num. 21.

præ-

præſertim quia erat recognitum per comparationem caracterũ Notarij,quę recognitio cum eſſet facta iuxta requiſita a Theſaur. quæſt. Forenſ.quæſt.24. erat attendenda.

Nec per non regiſtrationem inſtrumenti videbatur aliquod argui poſſe dubium falſitatis, nam cum conſtarēt protocollum illius integri anni eſſe furto ſubtractum idque in alijs cauſis coram alijs Iudicibus plene fuiſſe iudicatum, erat propterea danda fides inſtrumentis illo anno per eundem Notarium conſcriptis, & publicatis licet in Archiuio non exiſterent; & præterea docto de inſtrumento nihil releuat quod non reperiatur in protocollo potuit enim non protocollari in Curia Notarij, Aymon. conſil. 112.n.107.Gratian.diſcept.forenſ.cap.889.n.13.Couar.practic. quæſtion.cap.9. num. 3.Sola de protocoll. exhib. gloſ. vnic. numero 11. Surd.conſil.173.num.108.lib.2.Rot.deciſ. 484.num. 5.par.2.recent.

Neque per mortem Notarij, & Teſtium, nam vt hinc arguatur falſi ſuſpicio,tria copulatiue requiruntur; nempe quod Nota-
16 rius,& teſtes ſint iuuenes,quod ſint in magno numero,&quod a rogitu inſtrumēti ad obitũ modicũ intercedat interuallũ,Neuiz. coſ.8.n.62.a caſu noſtro aberant hæc omnia,nã quoad primũ notarius ad ſexageſimum annũ,vnus ex teſtibus ad quinquageſimũ ſextum, alter ad quinquageſimum octauum peruenerat, ex his, quæ ſcribit Menoch.de arb.Iud. caſ.59. qui cum videatur ponere in arbitrio Iudicis,cenſui militi donandum arbitrium,cum Ferrariæ ob aris craſſitudinē pauci ſint,qui hanc ætatē attingant ęta
17 tes autē prædictorum ex libris Baptiſmatis probari nõ videbatur controuertendum,Viu.dec.489.Pręſertim cum liber eſſet ab ordinario approbatus Polidor.Rip.obſeru.247.Riu.collecti 302.Secundum,cum duo non conſtituant magnum numerum optime
18 auferebatur vt per eundem,Neuiz.vbi ſupra;Denique deficiebat, & teſtium,quia a die rogitus ad obitum interceſſerat interuallum ſexdecim annorum.

Minus obſtabat tarditas productionis ad falſitatis ſuſpicionem arguenda,quia cum Miles vti hæres iuſtam haberet ignorantiam
19 l.qui in alterius & ibi Dec.n.1.ff.de reg.iur.nõ poterat prius producere, quam notitiam haberet.

V 3 Et

Et tollebatur circa hoc omnis ſcrupulus, quia habuit inſtrumentum prædictum a quodam Angelo olim ipſius Tutore Teſtamentario, a quo (ſtatim atque Venetijs Ferrariam redijt) fuit certioratus inter alias ſcripturas Patris hoc inſtrumentum adeſſe Rot. in d. Reat. depoſiti coram Penia.

Quod ſi aliqua culpa ex tarditate prædicta militi erat adſcribenda, quod ex ſupradictis non eſt dicendum, cum Aduerſarij dolo compenſabatur, qui petendo debitum iam ſolutum litem
20 iniuſtam inſtituit, Dec. in l. qui in Alterius num. 11. Et quidem inuerifimile erat hæbreū iſtum ſuapte natura fæneratorem induſtrium, & cautum tam diù diſtuliſſe petitionem ſui crediti, & tam ingentem pecuniæ quantitatem otioſam, & abſque fœnore penes Chriſticolam manere permiſiſſe. Eſt enim hoc donare, perdere ſnumq; iactare contra iuris præſumptionem, l. cum de indebito, ff. de probat. & in puncto hæbrei, Cæſar. Manent. conſil. 124. num. 10.

Et ex his videbantur ſublatæ ſuſpiciones omnes, quæ elidebantur ex alijs late Rom. conſil. 68. concurrente præſertim optima Notarij conditione, & fama necnon Angeli Tutoris ex quo emanauit inſtrumentum, & Patri debitoris, qui erat facultatibus non mediocriter opulentus, & ſolitus ſtatutis temporibus Creditoribus ſatisfacere, quæ omnia nedum coadiuuabant inſtrumentum verum, ſed etiam ipſo circumſcripto probabant ſolutionem ex his, quę firmat Afflict. decis. 13. num. 19. & alij cumulati a Molfeſ. ad consuet. Neapol. q. 11. num. 5. Adeo vt mandatum, non ſolum reu candum, ſed hębreum in expenſis condemnandum censuerim.

ARGVMENTVM

Quænam ſolemnitates in Teſtamento militis requirantur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Milites noſtri temporis non gaudent priuilegijs de quibus Romana Leges loquuntur.*

2 *Beneficia dictarum legum, ſi ad hodiernos milites extendantur ad eos dumtaxat trahenda ſunt, qui in expeditione, & diſcrimine belli ſunt.*

3 *Teſtamentum quando non eſt factum in hoſtium conflictu requirit duos teſtes ſaltim.*

4 *Iura ſimplicitati militum conſulendum exiſtimarunt, vt quoquomodo teſtati fuiſſent rata eſſet eorum voluntas.*

5 *Solemnitas iuris gentium requirit in teſtamento duos teſtes ſaltim.*

6 *Verbum volo iunctum cũ infinitiuo diſpoſitionem adimpletã non inducit.*

7 *Militibus quoquomodo teſtentur, conceſſum eſt vt rata ſit eorum voluntas, dummodo in expeditione ſint.*

8 *Miles tunc dicitur eſſe in expeditione quando certa ſtipendia ſumit, & a ſignis ſine Ducis conſenſu abeſſe non poteſt.*

9 *Reprobantur Theſaurus, Petr. de fideic. Peregr. eod. tract. Hond. conſ. qui dicunt milites noſtri temporis non frui priuilegijs de quibus loquuntur Romanæ leges.*

10 *Milites ſtationarij, & ad cuſtodienda Regna, vel Vrbes, electi gaudent dictis priuilegijs.*

11 *In milite magis eſt inſpiciendus effectus quam modus, vtrum ſcilicet ſint pro offenſione, vel defenſione.*

12 *Milites ſiue cuſtodiant Vrbes, ſiue eaſdem adoriantur, vtroque modo pro Principe mori parati ſunt.*

13 *Ratio qua Romani milites tantis priuilegijs decoratos voluerunt, vt ſcilicet pro tutela, & defenſione Romani Imperij omnibus ſoluti curis expeditiſſimi armis operam darent.*

14 *In Caſtris degentes indifferenter nullos tenentur rogare teſtes in teſtamento.*

15 *In militibus nuda voluntas ſpectanda eſt.*

16 *Reſcriptum Traiani Imperatoris, circa teſtes adhibendos in teſtamento militis.*

17 *Verbum volo coniunctum cum infinitiuo tunc perfectam non inducit diſpoſitionẽ, quando ad ſui eſſentiã expectat actum alterius voluntatis.*

18 *Verbum volo, quando non expectat eſſentiam alterius voluntatis, informat infinitiuum præſenti eſſentia.*

19 *Iure militari verba etiam enunciatiua in teſtamentis emiſſa inducunt diſpoſitionem.*

20 *Quis etiam de iure naturali poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ſtante diuerſitate locorum vbi bona poſſidet.*

21 *Priuilegium peculiare eſt militum, vt poſſint pro parte teſtati, & pro parte inteſtati decedere.*

CASVS

CASVS XXXXIV.

OBIIT in Caſtris miles. qui duos habebat fratres relicta ſchedula propria manu exarata, vbi ita cautum legebatur, voglio laſciare a Giuſeppe mio fratello queſta mia poca robba ch'ho qui, & a Franceſco non voglio laſciar niente, perche in queſta mia infermità non m'è mai venuto a vedere: & illa ad me perlata, petebat Ioſephus executioni tradẽdam eſſe quaſi defuncti fratris ſupremam voluntatem contineret, at Franciſcus, vt minime attenderetur ex pluribus ſuadere conabatur.

1 Primoque in puris terminis iuris communis rem planè expeditam aſſerebat cum omnia hic deficerent. quæ pro validitate teſtamenti neceſſaria recenſent Doctores in l. hac conſultiſſima, C. de teſtam. Aret. Oinot. Port. Vigl. & cœteri in §. ſed cum paulatim & in §. fin. inſtit. eod. tit. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 10. n. 91. & §. 12. n. 19. Couar. in cap. cum eſſes in princ. de Teſtam. Peralt. in l. ſi quis in princ. & n. 56. ff. de legat. 3. Gutier. in l. nemo poteſt n. 64. ff. de legat. 1. Dec. conſil. 103.

Iure vero militari ſuſtineri nec poſſe videbatur, tum quia milites noſtri temporis militum priuilegijs de quibus Romanę leges loquuntur minime potiuntur, vt notant relati per Theſaur. deciſ. 111. ſub num. 5. Petr. de fideicommiſſ. q. 10. ſub num. 164. verſ. & hæc quidẽ cõcluſio, Pereg. eod. tract. art. 3. n. 61. Hõded. cõſ. 83 n. 95. vol. 1. Tum & quia quando beneficia legũ militariũ ad milites hodiernos extẽdere velimus ad eos dũtaxat trahẽda ſunt, qui
2 in expeditione, & diſcrimine, Belli ſint, nõ ad eos, quos limitaneos aut ſtationarios appellamus, hoc eſt illos, qui ad Prouinciæ quietem, & ad repentinos hoſtium incurſus repellendos detenti

tenti ſunt. §. illis autem, & ibidem gloſ. in verb. Iure. Inſtit. de milit.teſtamen.& ibi Miſinger.num.2.l.diuus.ff.eod.Gaill. pract. obſeruat.lib.2.c.118.num.6.cum alijs quos congerit Odd. de Subſtit. par. 5. art. 5. præmiſſ.3. num.22.quales profecto videbantur Milites noſtri,cum nullum certum haberent hoſtem.

Quod ſi nec iſta videantur ſatis,& arbitremur milites noſtros potuiſſe iuxta leges militares ſupremam edere voluntatem, ex eo voluntas de qua agimus penitus inualida,& omni robore eliſa apparebat,quia cũ in hoſtiũ conflictu emiſſa non fuerit,debebat ſaltim
3 tim duorũ teſtiũ robore muniri; diſtinctio enim in hac materia illa recipitur,quod aut miles teſtatur in hoſtium cõgreſſu,ſicq. in extremo vitæ periculo,& tunc quocunq.modo teſtari valet,nulla prorſus adhibita ſolemnitate l.1. §. faciant. ff. de re militar. adeo quod ſi in vagina, clypeo, aut quocunque alia materia ſanguine ſuo adnotauerit, aut in puluere gladio ſcripſerit, quid poſt mortem ſuam fieri velit, nullo teſte rogato, validum erit teſtamentum. At ſi non in acie, & belli diſcrimine, ſed in caſtris ægrotus fortaſſe teſtamentum emittat,non niſi duobus teſtibus rogatis ratum erit.gloſ.in l.milites. C.de militar.teſtam. & in d. l. Di-
uus.in verb.conuocatis.ff.eod. Bart.& Doct.in d.l.milites. C.eod. Oinot. in rubr.n.14. Inſtit.de militar. teſtam. Scheneid. ibidem num.14.& 15.& communem aſſerunt Clar. in §. teſtamentum. quæſt.58.verſ. item quæro.Gaill.pract. obſeruat.d.c.118.num.6. & ad eum Greu. practic. concluſ.lib.2. concluſ.118. conſiderat. 2. num.3. Viu. deciſ. 291.num.2.& 3. Cotor.de iur. Milit.libr. 2. cap.17. Balthaſſ. Aal.de iur.& off.belli. lib.3.c.7.n.15. quam-
4 uis enim militum ſimplicitati iura conſulendum exiſtimarint, vt quoquo modo teſtati fuiſſent,rata eſſet eorum voluntas. l. 1.ff. de mil. teſtam. cum concordan. quæ recenſet Coraſius miſcellan. lib.6.c.22.n.1.Inde tamen non euincitur,quin ſolemnitates iuris
5 gentiũ,quod duos requirit teſtes,locũ habeant.Gail. vbi ſu. n.17.

Adnectebat et prædictis duo nõ leuia, primum deſumptũ ex verbis ſchedulę,quæ ita ſe habebãt,voglio laſciar à Gioſeppe,&c.
6 quod ſanè verbum volo,Infinitiuo iunctũ, diſpoſitionẽ adimpletam non inducit.l.Pamphilo.§.propoſitum.ff.de leg.2.& in l.2.C. de legat.Bar.in l.gerit.n.7.ff.de acq.hęr.& in l.ſerui electione.n.5.
ff.de

ff.de leg. 1.Bald.in Auth.& qui iurat.n. 17. C.de bon.auctor. Iud. poſſid. Menoch.de arbitr.Iud.cap.496.n.3.lib.2.

Alterum eſt,quia verba,de quibus in prænarrata ſchedula, loquebantur dumtaxat de parte fortunarum militis,ſcilicet,di que-
7 ſta poca robba,che ho qui,ex quibus euincitur militem teſtatum ſolummodo pro parte,ſicq. inutiliter.§.hereditas.verſ.neq.Inſt.de hæred.inſtit.l.Ius noſtrum,& ibi Decius num.2.Cagnol. num.5. ff. de reg. iur. Magdalen. de numer. teſt. par.2. caſ. 3. num. 72. Menoch.de præſumpt. lib.4. præſumpt.76. n. 10. Facchin. controuer.Iur. controuer.65.lib.4.Borel.conſ.99.n.8.Schenard. cõſ. 20.n.33. vol.1.Menoc.conſ.853.n.4.Molin.de Hiſp. primog. c. 10.n.15. Giurb.ad consuet.Meſſan. c. 6.gloſ.9par.1.n.6.

Cœterum licet prædicta non leuia, immo admodum vrgere vnicuiq. videri poſſint,ego attamen potiora arbitratus ſum, quæ infra ad teſtamenti validitatem pro actore ſubnectuntur.

8 Conſtat namque Militibus qui in expeditione ſint, conceſſum eſſe,vt quoquo modo teſtentur,rata ſit eorum voluntas. l. 1. ff.de milit.teſtam.l.Miles.§.final.& l.penult. C.eod. tit. Coraſ. miscell. lib.5.c.22. Cotor. de iur.milit.cap.17.lib.2.

Milites autem in expeditione eſſe tũc accipimus,quando certa
9 ſtipendia ſumunt,nec a ſignis ſine cõſenſu abeſſe datum eſt, iſtos enim veros eſſe Milites probat expreſſus text. in l. penult. ff. ex quib. cauſ. maior. & priuilegijs Romanorum Militum gaudere & frui, & dici in expeditionibus occupati, docuerunt Bald. in l.1. C. qui bon. cedere poſſ. Alex.in l.Centurio.n.23.ver. hoc tamen fallit. ff. de vulgar. & pupillar. Iaſ. in l. Milites, num. 1. & 2. & ibi etiam Caſtren.C.de milit.teſt.Dec.in rubr. poſt num. 4. C. eod. tit. ver. in ſecundo caſu. Præt. de Interpret. vlt. volunt.libr.3. ſolut. 8. n. n.6.Zaſ.de Compen. ſubſtit.ſub membr. 3. Craſſ.in §.ſubſtitutio,q.96.num.2.Coſta de Iur.& fact. ignor. inſpect. 84.num.13.Maſtrill. decis.173.n.19. & late his & alijs relatis Caſtanea de benef. deduct. ne egeat q. 8. n. 10. Græueus ad obſeruat.Gaill.concl. 118. n. 3. lib.2.Hering. de fideiuſſ. c.7. n.162. Frider.Prucchmenius de regal.c.4.memb.3.effect.2.n.12. Henriq.Docerius de Bello,& Duello lib.1.c.28.ver. Verumquid attinet ad primigeneris Milites.

Et

Et quia in omne momentum ad controuerſiæ huius diremptionem in contrariorum euulſione poſitũ erat ad id quod primo loco dicebatur milites noſtri tẽporis priuilegijs militum nequaquam potiri:reſpondebam contrarium vti verius communiori iuriſtarũ aſſenſu receptum eſſe,vt patet ex proximè , prææallegat ,
9 potiſſimum vero ex Græuco concl. 118.n.1.Pruuhemnio de regalib.d.c.membr. 3. & 2.n.12.Bocerius d.lib.1.cap.28. Caſtan. d.quæſt. 8. n. 8. quibus addo Didac.Perez.in ordinat.Real.regn. Caſtell. lib.3.tit.1.de los Caualleros, Menoch. conſil. 408. num. 56.Peregr. 84.num.24.vol.1. Maſtrill. deciſ.173. num.5. & 6. cum ſeqq.lib.2.Caſtill.deciſ.105.n.35. Merlin.de legit. lib.5. tit. ſecundo quæſt. 5. num. 5.

Quorum etiam conſenſu refellenda eſt diſtinctio , an milites ſtationarij, & ad cuſtodienda Regna,vel Ciuitates electi ſint, vel
11 potius ad dimicandum contra certum hoſtem, aut inuadenda aliena Regna obſidendũq; Ciuitates,cum enim omnes vacent armis,ſub ſignis ſint, ab eiſque abeſſe Duce in conſulto capitale ſit, certaque ideo ſtipendia ſumant,parum refert an pro offenſione , vel defenſione gladio cingantur; ſunt enim vtroque caſu pro defenſione Principis parati mortem obire , & ideo magis effectus ,
12 quam modus inſpiciendus eſt vt in ſpecie animaduerterunt DD. in l.Centurio , ff. de vulg. & pupill. & ibi præſertim Bolognett.
13 n.3. vbi ait veros militis eſſe ſumentes ſtipendia in Regno Neapolitano ad cuſtodiam Fortalitiorum,& Regni, Salic. in l.1.n.8. verſ.Vt potius conſideratur,ff.de iur.& fact.ignor.Bellin.in tract. de re milit.par.7.tit.3.de priuileg. milit.n.37. Farinac. conſ. 95. poſt n.2.Caſtill.d.deciſ.105.n.32.Caſtanea d. q.8. num. 12. Maſtrill.deciſ.173.n.21.ea enim fuit ratio qua Romani tantis priuilegijs milites decoratos voluerunt,vt ſcilicet pro tutela , & defenſione Romani Imperij omnibus ſoluti Curis expeditiſſimi operam armis darẽt,l. aduocati, C.de Aduocat.diuerſ.Iudic.quam ad milites extenſam eſſe dixerunt Cyn. Bald, Salic. & alij in l. 1. C.qui bon.ceder. poſſ.& in conſ.232.& 237. lib.3.

Sicuti , & pariter refellendam eſſe cenſui diſtinctionem ſi miles in conflictu teſtetur nullo teſte rogato , ſi verò in Caſtris duobus ſaltem teſtibus adhibitis teſtamentum ſubſiſtat , &

non

non aliter, quia immo indifferenter in Caſtris degentes milites nullos teneri rogare teſtes accurate deducit contrarijſque reſpondere adnititur, Henric. Bocer. tract. de Bell. & duell. lib. primo, cap. 25. pag. 118. & ſeq. cui adhæret Greueus pract. concluſ. lib. ſecundo concluſ. 118. conſiderat. ſecunda in fin. quibus, & ipſe me ſubſcribo, & vltra rationes per Bocerium adductas impellit me Reſcriptum illud Traiani Imperatoris de quo
15 in l. ſecunda, ff. de militar. teſtam. vt milites quoquomodo volent
16 poſſint teſtamentum facere ſufficereque nudam eorum voluntatem; non enim quoquomodo teſtamentum facere poſſent ſi duos teſtes rogare tenerentur, vt latins proſequitur Bocerius, & ſentit etiam Claudius Cotoreus de iur. milit. lib. ſecundo, cap. 17.

Nec reſiſtunt, quæ poſtremo loco dicebantur, & primo voluntatem iſtam imperfectam eſſe, eo quia dixit, voglio laſciare, ex natura infinitiui, quæ perfectam non inducit diſpoſitionem, quia id procedit quando verbum volo expectat ad
17 ſui eſſentiam actum alterius voluntatis, vt ſi dicat quiſpiam volo confiteri, volo eligere, quæ poſt ſe actum electionis, & confeſſionis requirunt, at ſi actus habeat a nuda voluntate eſſentiam, tunc verbum volo inducit perfectam diſpoſitionem,
18 vt in puncto habemus exemplum in l. & eo modo, ff. de legat. primo vbi teſtator dixit volo Caium eſſe mihi hæredem, nam dicitur Teſtator depoſitiuè vocaſſe Caium; illud enim infinitiuum informat verbum Volo, ſuper præſenti actus eſſentia, vt in ſpecie docuit Bald. in l. Cunctos Populos numero ſecundo, & ibidem Iaſon. in prima lectur. numero 17. C. de ſumm. Trinit. & fid. Catholic. Caſtrenſ. conſil. 457. viſis, & examinatis atteſtationibus columna prima, verſiculo Sed iſti Teſtes lib. primo, Alexand. conſil. 168. num. 3. lib. 5: & in conſil. 190. num. 32. lib. 6. & Ruin. in conſil. primo in fin. lib. ſecundo, idem Iaſ. in l. Serui electione n. 22. & num. 45. de legat. 1. & ibi quoque Ripa n. 18. idem docuit Crott. in l. 1. §. ſi quis ita 1. lect. num. 23. verſic. idem ſi dixiſſet de verbo obligatio, cum alijs per Menoch. de arbitr. d. caſ. 496. num. 16. cum ſequentib. Et ceſſat penitus omnis difficultas, quia iure militari verba

etiam

etiam enunciatiua in teſtamentis emiſsa diſpoſitionem inducunt, l.1.C.de milit. teſtam. Claud. Cotor. de iur. milit. lib. 2 cap. 18.

Secundò, nec illud, quod diſpoſitio iſta ſit dumtaxat de parte fortunarum, quia præterquam quod decedi etiam poteſt pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, ſtante diuer-
20 ſitate locorum, vbi teſtator habet bona Peregrin. conſ. 13. num. 15. lib. 2. Caldas de nominat. emphit. quęſt. 14. num. 11 Giurb. de conſuet. Meſsan. c. 6. gloſ. 9. par. 1. num. 6. & vbi etiam teſtamentum de iure naturali eſt validum, Magdal. de
21 numer. teſt. cap. 4. num. 48. Soccin. reg. 10. Giurb. vbi proxime hoc eſt expeditum in Militibus; illi enim peculiari priuilegio pro parte teſtati, & pro parte inteſtati decedere poſſunt, Bald. conſ. 245. num. 3. vol. 1. Molin. de contract. diſput. 124. verſ. excipe Magdal. de num. teſtium par. 2. cap. 4 num. 40. Tuſcus concl. 96. num. 22. Giurb. vbi proxime num. 5 Clauſ. in §. Teſtamentum quæſt. 16. Craſs. eod. §. quęſt. 8. Merlin. de legitim. lib. 5. tit. 2. quæſt. 5. n. 2. Caſtil. controuer. iur. cap. 17. num. 77. lib. 3.

ARGVMENTVM

Filiis familias milites de quibus ſit permiſſum facere teſtamentum, & an poſsint quandoque etiam Meretricem hæredem ſcribere.

S V M M A R I V M.

1 *Hæres ſcriptus in teſtimenio, immittendus eſt in poſſeſſionem bonorum.*
2 *Filijfamilias non poſſunt condere teſtamentum ſine parentum licentia, & ſi condiderint nullum eſt.*
3 *Fallit in filio familias Milite teſtante de peculio caſtrenſi.*
4 *Quæ dicuntur bona aduentitia, quæ caſtrenſia.*
5 *Parentum, & filiorum ſucceſſio exequata eſt.*

X *Paren*

6 *Parentes debent inſtituere, vel nominatim exheredare filios.*
7 *Filÿ familias tenentur vel inſtituere, vel exhæredare parentes.*
8 *Relatiuorum, & æquatorum eadem eſt diſciplina.*
9 *Inſtitutio turpis perſonæ Militi potiſſimum interdicitur.*
10 *Militi interdictum eſt donare turpi perſonæ.*
11 *Iuramentum non firmat ea quæ turpia ſunt, & iure improbata.*
12 *Inſtitutio hæredis ſi conditionalis ſit, conditionalis à iudice hæredi danda eſt immiſſio.*
13 *Conditio in hæreditatis inſtitutione adiecta, an vitiet Teſtamentum.*
14 *Militi datum eſt pure, & conditionaliter hæredem ſcribere.*
15 *Filius familias ſi teſtetur de caſtrenſi peculio non indiget patris licentia.*
16 *Priuilegium teſtandi de peculio caſtrenſi, etiam ad totã Militiam extenditur.*
17 *Filius familias Doctor poteſt de ſuo quaſi caſtrenſi peculio teſtari.*
18 *Quæ dicantur bona aduentitia, quæ caſtrenſia.*
19 *Bona cenceſſa à patre filio militiæ cauſa caſtrenſia ſunt.*
20 *Miles quicquid acquirit a parentibus, vel alÿs contemplatione militiæ caſtrenſe nuncupatur.*
21 *Viget præſumptio quod omnia quæ apud Militem in caſtris defunctum inueniuntur belli, militiaque occaſione parta ſint.*
22 *Filius, & parens debent adinuicem ſibi legitimam relinquere.*
23 *Militum teſtamenta an ſubiaceant querelæ inoffecioſi.*
24 *Correctio debet intelligi, vt quod minus fieri poteſt corrigat.*
25 *Si quid fiat in vno ex æquiparatis non inducitur in alio, quando æquiparata in aliquibus differunt.*
26 *Poteſt expurgari infamia agendo pœnitentiam, vitamque in melius commutando.*

CASVS XLV.

HELENA quæ fuerat meretrix a filio familias Milite hæres ſcripta exhibito illius elogio bino teſte, & propria defuncti ſubſcriptione munito, petebat in poſseſſionem
1 bonorum hæreditariorum immitti iuxta clarã iuris diſpoſitionẽ in l. finali, C.de edict. D.Adr. tollen.at nequaquam id concedendum defuncti parẽs

aiebar,

Digitized by Google

2 aiebat, quippe noti nimis iuris eſt filios familias, nec teſtamenta condere ſine parentum licentia, nec ſi condiderint rata eſſe l. qui in poteſtate, ff. de teſtam. Amat. dec. Marchiæ 42. Faber. in Codic. dec. 12. tit. de teſtam. Maynar. dec 2. & 3. lib. 5.

Occurrit autem obiectioni, quod id minime vſurpabatur ſi de caſtrenſi peculio filius familias diſponat, quia verſamur, inquit,
3 extra caſum caſtrenſis peculij, cum filij defuncti hæreditas ex ſcutis bis centũ, quæ ex diſtractione prædij materni, me permittente, pro pretio ab emptore accepit conflata ſit, quæ ideo
4 non caſtrenſia, ſed aduentitia reputanda ſunt, l cũ oportet, vbi Cyn. Bar. Bald. Fulgoſ. Caſtren. & Corn. C. de bon. quæ liber.

Porrò etſi de caſtrẽſi peculio quæſtio eſſet, adhuc pro inualidi te teſtamenti deciden. aſſerebat, dum filius teſtator patrem ſuperſtitem non inſtituit, nec nominatim exhæredem fecit, ex
5 æquata enim eſt parentũ, & filiorum ſucceſſio, l. nam etſi hoc,
6 ff. de inoffic. teſta. Vnde ſicut parentes filios inſt tuere, vel nominatim exhęredes facere ad teſtamẽti firmitatem neceſſe habent, §. I. & der tor. inſt. de exhęred. liber. Bal. in auth. nouiſſima n. 20. C. eod. gloſ. magna in auth. ex cauſa, C. de liber. præter. & ibi Bar. nu. 10. Clar. in §. teſtamentum q. 38. in princ. & q. 42. in princ. Craſſ. in §. teſtamentum q. 35. n. 2. ita idem obſeruandum
7 erit in filijs familias, vbi illi in aliquo caſu parentibus incõſultis teſtamenti factionem habeant, vt ſic relatiuorum & exequa
8 torum eadem ſit diſciplina; & in ſpecie notant Bald. conſ. 387. n. 1. & 2. lib. 2. Craſſ. in §. teſtamentum q. 74. in princ. Tiraquell. in l. ſi vnquam, in verbo Donbtione largitus nu. 288. C. de reuocan. donat. Surdus de aliment. tit. 1. q. 10. n. 7. & 8. Couar. in epith. de ſponſal. par. 2. c. 5. p. 5. nu. 16. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. queſt. 1. num. 2.

Et præterea, quia inſtituerat turpem perſonam meretricẽ nempe, quæ tamen inſtitutio Militi potiſſimum interdicta eſt
9 l. miles, § mulier, ff. de milit. teſtam. l. mulierem, ff. de his quibus vt indign. Angel. in dicto §. mulier, Bart. in d. l. mulierem, Cyn. & alij in l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. Palaz. Rub. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 37. n. 9. Tiraq. in l. 15. connub. gloſ. 1. n. 25.

X 2 Si-

Sicuti interdicta eſt donatio, l.2. C.de donat. inter vir. & vxor.(vbi milites meos, inquit Imperator) à focarijs ſuis fictis adulationibus ſpoliari nolo, Papon. de arreſt. 3.tit 18.lib.3. Tiraq.vbi ſupra n.25.& generaliter, quæcumque alia diſpo-
21 ſitio,quæ vel turpis ſit,vel bonis moribus repugnans l.ſi à milite,§.edictum prætoris,ff.de militar.teſtam. Cotor.de iur.milit.Ayal.de iur.& off.Bell.lib.3.c.7.n.19.Caball.reſol.crim.caſ. 264.n.370.etiã ſi emanet in prælio Gam.dec.Luſit.365. n.1.&
22 etiam ſi ſit iuramento roborata, quoniã iuramentũ ea non firmat quæ turpia ſunt,& iure improbata l.ſi quis inquilinos, §. fin. ff de legat. 1. Theſaur. dec.32. n. 6.cum ſeq.

Minimè tamẽ prædictis obſtantibus, Elenę immiſſionẽ denegandam non eſſe cenſui,ſi quidem de iure concedenda eſt conſtito de teſtamento non abolito nec Cancellato l.fin. C.de edict.Diu.Adr.toll.& ibi Bart.n.20.Menoch.de adipiſc. rem. 4.n.368.Hieron.de Laurent.dec.35.n.20.& ſeq.p. 1.& dec. 660.par. 2.recent.

Verum quia nec illius inſtitutio abſoluta, & pura erat, ſed
23 cum conditione,ſi caſtè, & honeſtè vixerit, conditionale fuit immiſſionis decretum, data ſcilicet cautione de honeſtè viuendo ad inſtar cautionis Mutianæ de qua Doctores in l. Mutianæ Cautioni, vbi præſertim Socin. ff. de condition. & demonſtr.Berou. conſ. 24. n. 16. vol.2.Rot. Lucen.diuerſ. dec.89. in princ. Ambroſ. dec. 6. n. 16. & ſeq. Seſſe deciſ. 31. num.46. Seraph. deciſ. 749. Et quamuis conditio adiecta inſtitutioni, vel vitietur ſecundum aliquos inter quos ſunt Bald. conſ. 84. lib. 4. Guid. Pap. deciſ.456. Bertrand. conſ. 135.lib.2.p.2.Rip.in l.1.n.7. ff. de vulgar.vel vt alij ſentiunt vitient teſtamentum,vt dixit idem Bald.conſ.504.lib.5.quem refert Rip.vbi pro. licet prima opinio verior ſit, quam ſectata etiam fuit Rota apud Seraphinum, & alibi vt teſtatur Maſc.var.reſol.c.34.n.4.& 5.lib. 1.attamen in terminis quibus verſamur conditionem prædictam nullam animaduerti diffi-
24 cultatem inijcere,cũ ex priuilegio,& purè,& conditionaliter hæredem ſcribere militi datum ſit l.in fraudem §. miles, ff. de mil.teſt.& l.certi,C.eod.tit. Cotor. de iur. milit.lib. 2.c. 13.

Et

Et iſtis attentis non obſtabant contraria, & primo non illud
quod filius familias non habeat teſtamenti factionem, niſi ad-
hibita, & præcedente patris licentia, quia id minime verum eſt,
15 ſi filius familias de Caſtrenſi peculio teſtetur, l. ex militari, §.
ſi filius, & l. ſi certarũ, §. ſi pater, & l. miles cum l. ſeq. ff. de mil.
teſtam. Cotor. de iur. milit. lib. 2. cap. 13. Bellin. de re mil. p. 7.
tit. 1. n. 4. Afflict. dec. 183. Cabal. caſ. 294. n. 367. quod priuile-
16 gium etiam ad inermem, ſeu togatam Militiam extendit Im-
perator in l. final. C. de inoff. teſtam. & ideo filiusfamilias Do
17 ctor poterit de ſuo quaſi Caſtrenſi peculio teſtari; Clar. in §.
teſtamentum q. 18. Item filius familias clericus l. 32. & Auth.
presbyteros, C. de inoff. teſtam. Item ſi filius familias Notarius
Cappell. Toloſ. quæſt. 10.
18 Et vere ſcuta illa bis centum, ex quibus defuncti hæreditas
19 conſtabat; non ex eo quod ex diſtractione prædij materni re-
dacta fuerint aduentitia potius, quam Caſtrenſia reputanda
erant, quia immo cum plenè cõſtiterit alienationem prędij fuiſ
ſe a patre permiſſam, & pretium filio condonatum, vt Militiæ
operam daret, caſtrentia dubio procul erant dicenda, quicquid
20 enim Miles, vel à parentibus, vel ab alio contemplatione mili
tiæ acquirit, caſtrenſe nuncupatur, l. ſi forte, & l. caſtrenſe, ff. de
caſtrenſ. pecul. Cotor. de iur. milit. lib. 2. cap. 11. præter quam
quod, quando etiam non conſtitiſſet pecunias prædictas fuiſſe
contemplatione belli, & Militiæ acquiſitas, ſufficeret fuiſſe
apud Militem reperta, viget enim præſumptio, quod omnia
21 quæ apud Militem in caſtris defunctum inueniuntur belli, Mi
litiæque occaſione parta ſint Cotor. vbi proximè.
Non obſtitit pariter quod patrem nominatim non inſtituerit,
22 quia licet exequata ſint parentum, & filiorum ſucceſſio, & v-
nuſquiſq; alteri ſuperſtiti legitimam teneatur relinquere, tamẽ
hæc concluſio minimè vſurpatur in teſtamentis Militum, quę
23 non ſubiacent quærelæ inofficioſi, l. teſtamentum, & l. fin. C.
de inoffic. teſtam. Cabal. caſ. 294. n. 363. & licet ex iure nouiſſi
mo authen. in §. & hoc de parẽtib. verſ. & in his qb. in auth. vt
cũ, de appel. cognoſc. caueatur militis teſtamẽta ſubiacere quę
relæ inoffic. ſi fil. nõ ſint inſtituti, vel exhęredati, Vaſq. in l. quo

niam in prioribus numeris 283.de inoff.teſtam. Odofr. inter conſ.vlt.volunt.conſ.5.n.4. Merlin.de legit.lib.3. tit.2.q.20. n.17.tamen eſt aduerten. prædictam auth. loqui dumtaxat de legitima à parentibus filijs relinquenda atque ideo cum ſit cor
24 rectoria eſt ſtrictiſſime intelligenda, vt ſcilicet non comprehendat legitimā à filijs familias parentibus relinquendā, quia correctio debet intelligi, vt quoad fieri poteſt minus corrigat latè Turret.conſ.42.n.16.vol.2. Itaut nec inducatur à maioritate rationis, glo.in auth.quas actiones, C.de ſacroſ. eccl. Bellon.conſ.53.n.1.cum ſeq.adeout ſi fiat in vno ex æquiparatis,
25 non inducatur in alio, quando æquiparata in aliquibus differunt Turret. conſ.100.num.79.lib.2.licet autem prædictæ legitimæ in multis à pari procedant, tamen & in multis differunt, vt latè Surd.conſ.341. n.33. verſ. quarto videmus, Roland.conſ.39.à n.13.Ceſal conſ.291. à nu.31. Menoch. conſ. 206. num. 74. & 79. alijque plures congeſti a Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. quæſt. 12. num.13

Non obſtat demum, quod inſtituerit turpem perſonā, quod
26 potiſſimum Militi vetatur ex allegat.quandoquidem hoc regulariter eſt verum, ſed requiritur, vt turpis ſit de tempore cōditi teſtamenti, cum non ſufficiat de præterito turpem fuiſſe, quoniam expurgari poteſt infamia agendo pœnitentiam vitamque in melius commutando vt poſt Mattheſil. ſing. 196. num.3. & ſing. 49. vbi Farin.in addit.n.7.& Peregr. de fideicom. art.36.nu.51.notat Merlin.de legitim. lib. 1 tit.2. q. 13. num. 23

ARGVMENTVM

An ij qui ſtipendiis militant in matricula non deſcripti gaudeant priuilegio teſtandi iure militari.

SVMMARIVM.

1 *Miles in expeditione decedens poteſt iure militari teſtamentum condere.*

Mi-

2 *Militari iure teſtari non poſſunt qui in numero ſeu matricula militum deſcripti non ſunt iuxta aliquos Doctores.*
3 *In priuilegijs militaribus non comprehenduntur milites non ſtipendiati iux. Rip. & alios.*
4 *Maiori prærogatiua digni ſunt militantes proprijs ſumptibus ſine incommodo, & pecunia Principis, quàm ſtipendia affectantes.*
5 *Stipendia non ſunt de eſſentia militum.*
6 *Milites non à merendo, vt aliqui putant, ſed à multitudine dicti ſunt.*
7 *Stipendia dantur militi ad meram indigentiam, nedum ſumptus quærit prædo craſſetur.*
8 *Stipendia non ſumuntur à Principe ad remunerationem, & decorem.*
9 *Stipendia circumſcripta neceſſitate turpiter accipiuntur.*
10 *Homines nobiles debent cauere, ne bello incumbant pro mercede.*
11 *Antiqui gloriæ auidi proprijs ſumptibus militarunt.*
12 *Modernis temporibus præferri debent ij, qui proprio ſumptu militant.*
13 *Milites voluntarij dicuntur inducere obligationem ſui Principi.*
14 *Milites ſtipendiati non inducunt obligationem ſuo Principi ad antidora nec legalem, nec moralẽ etiam ſi faciant id quod officio bonæ militiæ conuenit*
15 *Remiſſio mercedis magis debet mouere Principem ad recognoſcendum militẽ.*
16 *Reprobantur Ripa in l. Centu.io num. 11. ff. de vulg & pupill. & Merend. controu. iur. lib. 6. c. 8. n. 10.*
17 *Traianus erga optimos fideleſque Commilitones priuilegia conferre profeſſus fuit.*
18 *Auenturerij reputantur optimi fideleſque Commilitones; immunitatẽq; teſtandi Iulius Cæſar primus eis conceſſit.*
20 *Tempore Iulij Cæſaris vigebat mos proprijs ſumptibus militandi.*
21 *Priuilegium teſtandi directo, & principaliter emanauit pro voluntarijs, ſecundario vero extenſum fuit ad ſtipendiatos.*
22 *Potius poteſt dubitari, an priuilegium teſtandi extendatur ad ſtipendiatos, quam ad Auuenturieros.*
23 *Morientes in acie poſſunt quoquo modo teſtari.*
24 *Morientes in acie non eſt opus quod habeant qualitatem militarem ad hoc vt poſſint quoquomodo teſtari, ſed ſufficit quod tantummodo ibi moriantur.*
25 *Mercatores ſtantes in acie inſtante neceſſitate poſſunt quoquomodo teſtari.*
26 *Milites in matricula non deſcripti difficilius probant ſe milites.*
27 *Cæſar ferè omnia militum nomina retinebat.*
28 *Auuenturerij propria virtute dignoſcuntur.*
29 *Auuenturerij habent Duces qui eorum fortitudinem probant.*
30 *Intellectus ad text. in l. Titius, ff. de mil. teſt.*
31 *Intellectus ad tex. in l. eo tempore 42. ff. de mil. teſt.*
32 *Deſcriptus in matricula ſi non exercet non gaudet priuilegio.*
33 *Qui exercet licet non ſit deſcriptus in matricula priuilegio gaudere debet.*
34 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
35 *Deſcriptio non coarctat, quo minus probatio aliunde ſumatur.*

CASVS

Titius, ff. de milit. teſtam.

Cœterum quamuis auctoritates tantorum Patrum apud me valde vrgeant, attamen adduci non potui in illorum ſententiam, ſuadebat enim ratio naturalis, quod maiori prærogatiua digni eſſent militantes proprijs ſumptibus ſine incommodo, & Penuria Principis, eo quod pariformiter ſanguinem ſuum funderent, & magis glorioſè, & gratioſè agerent cum ipſo Principe, quam ſtipendium affectantes, vt benè in proprijs terminis conſiderat, Sforz. Odd. relatus ab eod. Merend. d. tract. de compend. p. 5. q. 3. permiſſ. 3. concluſ. 5. verſ aut non concurrunt.

Stipendia namque non ſunt ad eſſentiam militis, qui non à merendo, vt nonnulli putant, ſed à malis, ſeu multitudine de-
5 nominatur, vt inquit text. in l. 1. §. fin. ff. de milit. teſtam.
6 dantur enim ad meram indigentiam, ne dum milites ſumptus
7 quærunt predones fiant, vt inquit tex. in cap. militare 23. q. 1. Panuin. de viſit. par. 1. quæſt. 9. num. 36. Franch. Sortaſ. de Bell. & eius iuſtit. nu. 63. non autem ad remunerationem,
8 & decorem, adeo vt circumſcripta neceſſitate, turpiter ac-
9 cipiantur vt docent Alberic. in rubr. de teſt. num. 2. & 3. Purpur. in l. licet num. 52 C. de pact. Iaſ. in reper. l. admonen. num. 300. ff. de iureiur. Dion. de Franc. conſ. 69. num. 13. & 28. inter conſ. matr. lib. 1. Poſſeu. in ſuis Dialog. de
10 honore lib. 3. fol. 148. vbi monet homines nobiles cauere bello incumbere pro mercede, quia eſſent minus digni, & vterentur iſta arte liberali ad alium finem, quam honeſtum, &
11 antiquos gloriæ auidos proprijs ſumptibus militaſſe decidit Claud. Cotor. tract. de iur. milit. lib 1. cap. 34. Petrin. Bell.
12 tract. de re milit. par. 7. tit. 4. Modernis vero temporibus ſaltem præferri debere eos, qui proprio ſumptu militant Cotor. d. tract. lib. 1. cap. 18. Crauett. conſ. 489. num. 4. Menoch. conſ. 126. nu. 6. Dioniſ. Alicarnaſ. lib. 4. Antiq. Rom. peracto cenſu Franc. Patrit. in ſua Milit. Rom. par. 3. Nig. controu. lib. 2. controu. 201. n. 156. & ſeqq.

Nimirum quia iſti Milites voluntarij dicuntur inducere
13 obligationem ſuo Principi, quam nec legalem, nec moralem

ad

14 ad Antidora inducunt milites ſtipendiati, quantumuis faciant quod officio bonæ militiæ conuenit Roland.conſ.92.n. 32.lib.2.Cabed.dec.36. n. 12. p.2. comprobans auctoritate S. Tho 2. 2. q.106. art. 5.

Inde patet Doctrinam Ripæ loco citato non poſſe ſubſiſtere, cum nulla alia ratione ſe fundet, quã in defectu ſtipendij ſeu mercedis, quę ratio ex proximè dictis retorquetur cũ remiſ-
15 ſio mercedis magis debeat mouere Principē ad recognoſcen-
16 dũ militē, & pleniſſimã diſponendi libertatē, impartiendam,
17 prout Traianus ex animi ſui integritudine erga optimos fideleſq; commilitones cõferre profeſſus eſt, vt probat tex. in l. 1.
18 in princ. ff. de milit. teſtam. & ſi tales reputantur iſti Auuenturerij, vt ex Torq. Taſſ. colligitur in ſuo Goffred. lib. 3. ſtan. 37.

Quel di Dudone Auuenturier Drappello
Fior de gl'Heroi nerbo, e vigor del Campo
Rinaldo il più magnanimo, il più Bello

Vtique perſuaderi non poteſt, quod Imperatores noluerint ab huiuſmodi libertate illos excludere, eoque magis cum
19 immunitatem iſtam à legibus teſtamentorum Iulius Cæſar primus militibus conceſſerit, vt in eadem l. 1. in princ. & eo tempore mos vigebat proprijs ſumptibus militandi ex Cotor.
20 & Petr. Bell. ſup. cit. vnde ſit directo, & principaliter priuile-
21 gium emanaſſe pro voluntarijs, ſecundario vero fuiſſe extenſum ad ſtipendiatos, & ſic potius dubitari poſſe de comprehē-
22 ſione iſtorum, quam Aduerſariorum ex reg. l. 1. ff. de conſtit. Princ. colum. ſi quando, C. de inoff. teſtam.

Præterea tanto minus adherendum eſt Ripæ cum poſt excluſionem, illam limitet, quatenus dicti Auuenturerij more-
23 rētur in acie, & conflictu, quę limitatio, vt benè aduertit Sforz. Odd. in præcitata concluſ. 5. eſt de vento, quia non eſt opus quod moriētes in acie habeant aliquam militarē qualitatē, nã
24 etiam ſi eſſent Mercatores, & Baiuli, priuilegio potiri debēt,
25 propter inſtantem neceſſitatem, licet aliàs militari iure teſtari non poſſent, vt ad litteram probat text. in l. 1. verſ. omnes igitur omnino, ff. de ben. poſſ. ex teſtam. milit.

Quamuis autem Sforz. Odd. eadē concluſ. 5. deſcendat in opi-

26 opinione Ripæ verſ. Porro tamen, nihilominus mouetur ſolum ex difficultate probationis, eo quod iſti non deſcripti,& ſtipendiati vix poſſint probare ſe milites. Quę ratio in pręſenti caſu ceſſabat,cum defunctus eſſet optime notus Duci exer-
27 citus,qui more Cęſaris fere omnia militum nomina memoria
28 retinere conſueuerat, & huiuſmodi homines propria virtute
29 noſcantur, & ſoleant habere ſuos Duces, qui geſta referunt, & ſecundum opportunitatem eorum fortitudinem probant, vt ex eod. Taſſ. d. lib. 3. in arg.

Reſtan gl'Auuenturier di Duce priui

Et inferius ſtanz. 39.

Quegli è Dudone, & è da lui guardata
Queſta ſchiera, che ſchiera è di ventura

Et inferius cap. 20. ſtanz. 10.

Poſcia d'Auuenturier forma vn ſquadrone
E d'altri altronde ſcelti, e preſſo il mette,&c.
Mette loro in diſparte al lato deſtro
E Rinaldo ne fa Duce è Maeſtro

30 Nec quicquã vrget tex.in l.Titius ff. de mil.teſt.per Merend. alleg.quia ibi agebatur de teſtamento condito extra Caſtra,& longè ab exercitu antequam teſtator cæpiſſet vllo modo militare vt patebit ex lectura.

31 Melius ad id allegari potuiſſet textus,quem in iſtum caſum à nemine allegatum vidi in l. ex eo tempore 42.ff.de mil. teſt. ibi iure militari incipit poſſe teſtari, ex quo in numeros relatus eſt,& inferius ibi,debent.n.in numeros referri,& ſic videatur ſaltim requiri qualitas deſcriptionis,niſi qualitas ſtipendij. Sed conſideraui illũ textũ loqui in milite,qui ne actum, nec habitũ militiæ habebat,vt ita dicã,& numquã in exercitu fuerat, ſed dũtaxat lectus erat vt ad exercitũ proficiſceretur. Vnde nõ mirum,quod miles dici non poſſet cum ceſſaret exercitium,&
32 deſcriptio,quæ ſaltim videbatur neceſſaria,pro aliqua priuilegij applicatione,ſecus vero vbi ſumus in ijs,qui exercuerũt,&
33 actualiter exercent,ſolus .n.defectus deſcriptionis nõ videtur illis nocere,dũ aliter veritas apparet,vt probat tex. in d. l. 1. §. fin.

fin.ff.de bon poſſ.ex teſtam.milit.ibi,eſt enim miles quamuis in numeris non ſit,& faciunt,quæ generaliter dicuntur de ma-
34 tricula,quæ ſolet probare affirmatiuam quod deſcriptos,ſcilicet eſſe de illa profeſſione, non autem negatiuam, quod non ſint ſi conſtat effectualiter exercere ex traditis per Seſſ. deciſ. 143.in princ. & nu. ſeqq. Quia tota vis conſiſtit in exercitu, &
35 quemadmodũ ſi deſcriptus nõ exerceret non deberet gaudere priuilegio,vt per Bart.in l.Scrimiarios,C.de teſt.mil & in l.1. C.de veteran.lib.10.Franc.à Pont.de poteſt. Proreg.tit. de aſſenſ.reg.§. 7.n. 38. cum ſeqq Ita è conuerſo, & à fortiori, qui exercet debet gaudere, quamuis non appareat deſcriptus vt contrariorum ſit eadem diſciplina, l.1.ff.de acq.poſſeſſ. cum concord.

Ex quibus pro validitate teſtamẽti omnino reſpondendũ cenſui, non obſtante deficientia prædictarum qualitatum ſtipendij ſcilicet,quã habeo prorſus pro irreleuãti, & deſcriptionis quã cũ Odd.exiſtimo reddere difficiliorẽ probationẽ,ſed illã nõ coarctare,nec excludere,quominus aliũde ſumatur ex Menoc.præſũpt.lib.1.q.64 & de arbit.caſ.105.in princ & n.ſeqq.Seraph. dec.575.n.5.Rot.diuerſ.dec.26.n.1.dec. 110.n.3.& dec. 385. p.1.& ad propoſitum deſcriptionis,quod poſſit impugnari, & cõtrarium probari etiam pro excluſione deſcriptorum multa congerit, Nig.controu.25.per tot.vnde multò fortius ad probandum omiſſa, quæ non eſt probatio impugnatiua,& diſtractiua,ſed ſolum ſuppletiua Seraph.deciſ.619. num. 10. & deciſ. 818. num. 5.

ARGVMENTVM

Hæreditas non adita, An & quomodo tranſmittatur, & legatum factum filio, An & quomodo compenſetur cum legitima.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Defuncto Patruo ab inteſtato nullis relictis filijs, vel fratribus, nepotes ex fratre ſuccedunt.*
2 *Is ad quem de iure proximitatis deueniebat hæreditas, ſi non adiuerit eam, ad hæredes ſuos non tranſmittit.*
3 *Amplia prædictam concluſionem premaxime procedere in hæreditate extranei.*
4 *Is ad quem ſpectat hæreditas ſi hæreditate non adita infra annum deceſſerit tranſmittit ſuis hæredibus ius deliberandi.*
5 *Amplia prædictam concluſionem habere locum nedū in primo hærede morictē infra dictū tempus, ſed in eius hærede infra reſiduum temporis decedēte.*
6 *Ad hoc vt hæredis hæres habeat ius deliberādi de hæreditate, quā defunctus nō adiuit eſt probandum defunctum ſciuiſſe hæreditatem ſibi delatam.*
7 *Tunc dicitur delata hæreditas, quam eam quis adire poteſt.*
8 *Quando hæreditas eſt delata, & non agnita, ſi hæres cui fuit delata ignorauit delationem poteſt illius hæres petere reſtitutionem in integrum ex perſona defuncti ignorantis.*
9 *Ignorantia in iſto caſu tunc præſumitur, quando erat abſens ab illo loco, in quo teſtator morabatur niſi modica eſſet diſtantia.*
10 *Amplia procedere in abſentia ſiue neceſſaria, ſiue voluntaria.*
11 *Ex iſto ignorantiæ capite propter abſentiam poteſt peti etiam ab hærede extraneo infra triginta annos reſtitutio in integrum.*
12 *Hæres minoris viginti quinque annorum, qui non adiuit hæreditatem, gaudebit beneficio reſtitutionis in integrum.*
13 *Quanao pater legat aliquid filio ea conditione vt in legitimam imputet, licet non addat clauſulam itaut amplius petere non poſſit, nihilominus legatum cenſetur ea mente relictum, vt in integram legitimæ portionem reputetur.*
14 *Quando teſtatur relinquit vni filio legatum, alteri hæreditatem cenſetur legatarium ab hæreditate excludere.*
15 *Pater legan. filio, cum in reliquo alium inſtituerit videtur mentem habere, vt ab eo reliquo filius legatarius ſit excluſus.*
16 *Lex omnimodo, C. de inoff. ſucceſſit loco querelæ inofficioſi, & loco cuiuslibet iuris annullandi teſtamentum.*
17 *Querela inofficioſi aduerſūs teſtamētō dicitur aduerſari, & volūtati teſtatoris.*
18 *Teſtamentum dicitur iuſta ſententia voluntatis teſtatoris.*
19 *Filio agnoſcenti legatum quod ſibi pro legitima pater reliquit eripitur omnis actio agendi ad ſupplementum etiamſi nullam de legitima eiuſque ſupplemento renunciationem feceris.*
20 *Quod peti prohibitum eſt peti non poteſt.*
21 *Pactū inter patrem, & filium de legitimæ ſupplemento non petendo inane eſt.*
22 *Limita ſi poſt mortē patris cōſtiterit filiū apertiſſimè paternū iudiciū agnouiſſe*

23 *Ex ſimplici agnitione legati deſumitur Paterni iudicij approbatio quod declara num.*
24 *Agnitio præfert neceſſario relationem ad diſpoſitionem relinquentis.*
25 *Relatio operatur vt relatum dicatur expreſſum.*
26 *Simplex agnitio non officit petitioni ſupplementi.*
27 *Simplex agnitio ad hoc vt obſit petitioni ſupplementi requiritur ſpecifica, & indiuidua illius renunciatio.*
28 *Intellectus ad tex. in l. ſi quando, §. generaliter, C. de inoff. teſtam.*
29 *Filio poteſtas eripitur impugnandi voluntatem, quam ſemel approbauit.*
30 *Pater tenetur filio relinquere integraliter ſuam legitimam.*
31 *Pater ſi filio integram legitimam non relinquat, quicquid eſſet de iure ff. hodie filius agit ad ſupplementum.*
32 *Filius tunc non poteſt hæredi quæſtionem circa ſupplementum inferre, quando pater probibuerit plus petere, conſtiteritq; filium paternam diſpoſitionem voluiſſe adimplere.*
33 *Supplementum legitimæ, quod pater filio probibere non poteſt, à filio refutari valet.*
34 *Filius ſola agnitione legati, etiam quietantia de recepto facta, ſupplemento legitimæ renunciare non cenſetur,*
35 *Ea cenſenda in dubio eſt parentis mens, vt ſi legatum legitimam non abſorbeat, pro rata cum legitima ſit compenſandum.*
36 *Mens compenſare volentis præſumitur, vt nolit minori maiorem ſoluere quãtitatem, ſed æqualitatem ſeruare, & ſic compenſationem pro rata inducere.*
37 *Pater erga filium naturali inſtinctu proclivis eſt*
38 *Mens in patre, talis præſumenda eſt, qualis de iure eſſe debet.*
39 *Quæſtio, An filius conſequatur ſupplementum legitimæ, diſcutitur à Doctoribus ob duplicem finem.*
40 *Receenſetur Doctorum opiniones in hac materia.*
41 *Filius pro relegata à patre habet hypothecariam, quæ regulariter datur pro conſequendo legato.*
42 *An filius habeat hypothecariam pro ſupplemento legitimæ, ſicut habet pro re legata.*
43 *An ſtante legato, ſupplementum legitimæ cenſeatur à Patre probibitum.*
44 *Diſcutiuntur opiniones Doctorum in hac materia.*
45 *Eſt compatibile, vt quis me excludat à ſua hæreditate, & quod non probibeat quominus conſequi poſſim ab eius hæreditate, quod mihi debetur.*
46 *Diuerſa ſunt excludi ab hæreditate, & probiberi, ne creditum peti poſſit.*
47 *Legitima eſt debitum hæreditatis.*
48 *Petitio ſupplementi legitimæ ſucceſſit loco querelæ.*
49 *Querela tendit ad reſciſſionem teſtamenti, ſupplementum ad confirmationem*
50 *Filius agnoſcens legatum omni probibitione exutum, agnitione non obſtante conſequi valet id quod ad integrandam legitimam legato deeſt.*
51 *Approbatio iudicij paterni ex agnitione legati non inducitur in ea parte, qua ſupplementum probibetur.*

CASVS

CASVS XLVII.

PARENS natu maiore, qui operam militiæ dabat inſtituto hærede, minori legatũ ſcut.mille adſcripſit, hoc inſuper addito, quæ volo, vt in ſuam legitimam imputet; agnito à filio legato, fratri de recepto quietantiam fecit. Verum cum poſtea ſciuerit prius obijſſe inteſtatum in Ciuitate Mediolani defuncti parentis fratrem, & patruum ſuum reſpectiue opulenta relicta hæreditate; fuit ideo de duobus dubitatũ. Primò, num hæreditas prædicti patrui præmortui ſpectaret ad filium hæredem inſtitutũ a patre, qui poſtea defunctus eſt fratris hæreditate nõ adhita, vel potius ſpectaret ipſis duobus fratribus nepotibus. Secundò, & quatenus ſpectaret fratri, vti hęredi patris, & ſic quod prædicta hæreditas patrui auxerit hæreditatem patris, modo ſtante agnitione legati poſſet, vel non, agere ad legitimæ ſupplementum.

Et ad primam dubitationem videbatur prima fronte reſpondendum hęreditatem non ſpectare ad filium hæredem inſtitutum, ſed ad ambos fratres pro ęquali portione, quia defuncto patruo ab inteſtato nullis relictis filijs, vel fratribus nepotes ex alio fratre ſuccedũt, vt late Boer.conſ 32.Caſſan.ad Conſuet. Burgun.tit.de ſucceſſ.§.6.gl.10.n.2. Si vero patruus non habent.Natt.conſ.672.n.20.26.& 28.

Neque obſtat, quod hic patruus deceſſerit relicto fratre, patre prędictorum filiorum, quia cum & ille deceſſerit hęreditate non adita non potuit illam ad hęredem tranſmittere, l.quo
2 niam ſororem, C.de iur.delib.l.1. §.in nouiſſimo, C.de caduc. toll.Bal.qui hoc probat vndecim rationibus in l.1. n.51.& ſeq. C.qui admitti Bart.in l.is poteſt num. 13.ff. de acquiren. poſſeſſ. Honded. conſil.94. num. 29. lib. primo, quę concluſio pręmaxime procedit in extraneorum hæreditatibus, Borgn.

deciſ. 9. num. 40. par. 1. Honded. vbi proxime.

Neque dicatur quod ſaltim trãſmiſerit ius deliberandi cum mor
4 tuus fuerit infra annum, iux. l. cum in antiquioribus, C. de iur. deliber. quæ nedum habet locum in primo hærede moriente
5 infra dictum tempus, ſed & in eius hærede infra reſiduum temporis decedente Gomez. variar. reſol. lib. 1. tit. de tranſmiſſ. hęredit. quæſt. 18. num. 2. vbi de commun. quandoquidem ad
6 hoc probari debuiſſet defunctum ſciuiſſe hæreditatem ſibi delatam Alex. conſ. 121. n. 9. vol. 1. & quod ad id probandum debeat eſſe cautus ipſe, & eius Aduocatus tradit Gomez. c. 9. n. 53. & tamen huiuſmodi ſcientia hic omnino ceſſabat.

Sed nihilominus dixi hæreditatem ſpectare ad fratrem à Patre hærede inſtitutum, quia dubium non eſt quin frater defuncto fratre ſine filijs ſuccedat, excluſis proprijs filijs, nec minus dubitari poteſt, quin hęreditas in caſu noſtro eſſet delata Patri, quia ille ſuperuixit, & delata hæreditas, tunc dicitur quando quis eã adire poteſt l. delatũ, ff. de verb. ſign. Marant. in l. is poteſt n. 347. ff. de acquir. hęred. Hond. conſ. 16. n. 29. cum ſeqq. lib. 1. Porrò quando hæreditas fuit delata, & nõ agnita, ſi hæres cui fuit delata ignorauit delationem poteſt illius hęres petere reſtitutionem in integrum ex perſona defuncti ignorãtis, Gomez. d. cap. 9. nu. 53. Honded. latè conſ. 83. num. 10. & d. conſ. 94. num. 29. lib. 1.

Et quidem ignorãtia præſumitur, quando erat abſens ab illo loco
9 vel Ciuitate in qua morabatur cõſanguineus niſi modica eſſet diſtantia, Marant. in d. l. is poteſt n. 237. ff. de acq. hęred. poſt Bart. & Alex. Socin. in l. qui duos ff. de reb. dub & procedit in
10 abſentia ſiue neceſſaria, ſiue voluntaria Socin. in d. l. qui duos n. 15. ff. de reb. dub. per illum tex. in l. Pantonius, ff. de acq. hęred. & poteſt peti ex iſto Ignorantię capite etiã ab hęrede extra
11 neo infra 30. annos reſtitutio in integrũ ex generali clauſula ſi qua mihi, &c. Craſſ. in art. de acq. hęred. q. 20. n. 5. lib. 2.

Sicut pariter eodem beneficio reſtitutionis in integrum gaudebit
12 hęres minoris 25. annorum ante mortem non adeuntis, quia cũ ex hoc dicatur lęſus tranſmittit beneficiũ reſtitutionis in integrum ad ſuos hęredes, vt latè tradit Gom. d. c. 9. pluries de cõi

lib.

lib. 1. §. 8. de tranſmiſſ. n. 15. Coſta in l. Gallus, §. & quid ſi tantum in fin. ff. de liber. & poſthum. & tranſmittit tã ad ſuos,
13 quàm ad extraneos, licet hæreditas extranea etiam ad ipſum delata ſit, Surd. dec. 138 n. 10. & 11.

Et ideo cũ in caſu noſtro diſtãtia nõ eſſet modica à territorio Ferrarien. ad Ciuitatẽ Mediolani, merito ſupradicta locũ habebãt

Neque obſtat quod hæreditas non adita non tranſmittatur, nec minus tranſmittatur ius deliberandi ſine ſcientia, quia ſufficit fuiſſe tranſmiſſum ius petendi reſtitutionem in integrum ex capite ignorantiæ.

Ad ſecundam dubitationem videbatur pariter reſpondendum contra filium legatarium, vt minime ſcilicet poſſet agere ad ſupplementum legitimæ.

Et in primis dubitandũ non videbatur, quin pater prohibuerit filio ſupplementũ petere, quia quãdo pater legat, exẽpli gratia fi-
14 lio centũ, ea conditione vt illa in legitimam imputet, licet non addat clauſulam, itaut amplius petere non poſſit pro ſua legitima, ſed de dictis centum ſit tacitus, & contentus, aut aliã ſimilẽ, nihilominus legatum cenſeri ea mente relictũ, vt in integrã legitimæ portionẽ imputetur firmarunt Bart. in l. l. berto, §. filiũ in fi. ff. de ann. legat. Alex. in l. quod de bonis, §. cũ fideicõmiſſum, ff. ad l. falcid. & in l. ſi in teſtamento n. 6. ff. de vulg. & pupill. Caſtrenſ. in l. ſeruius col. 1. num. 2. C. de inoff. teſtam. Socin in l. ſi ex toto n. 3. ff. de legat. 1. Rip. in l. in quartã n. 115 ff. ad l. falcidiam & conſulendo Bart. conſ. 14. n. 3. circa fin. Alex. conſ. 136. n. 1. Curt. ſen. conſ. vlt. n. 4. Ruin. conſ. 55. n. 8. lib. 2. & conſ. 27. n. 16 lib. 3. Surd. conſ. 185. n. 22. Peregr. de fideicom ar. 36. n. 151. in fin. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 3. q. 6. num. 3. Mangil. de imputat. & detract. q. 1. n. 18. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 138. num. 7. Put. dec. 137. n. 4. lib. 2. Rot. Roman. deciſ. 60. num. 5. apud Pacif. de Saluian. iuxta nou. impreſſ.

Quorũ dicta ea ſane valida ratione comprobantur, quia quãdo
14 teſtator alicui relinquit legatum, alteri vero hæreditatem, cenſetur legatarium ad hæreditate excludere argumento l. maritus, C. de procurat. & l. cum Prætor. ff. de iudic. ſic Pater

legando filio,cum in reliquo alium inſtituerit, videtur mentē ſuam eſſe,vt ab eo reliquo filius legatarius ſit excluſus, ita in ſpecie Ruin.d conſ.27.n.16.lib.3.Surd.d.conſ.181.nu.22.

Rurſus,quia ſupplementum petitur à filio condictione legis om nimodo,C.de inoff.teſt.& tamē remediū d.legis ſucceſſit loco quærelæ,& loco cuiuslibet iuris annullan. teſtamen. & notat ibi Bar.& Salic.in l.ſcimus,C.eo.t.t.&in auth.preſbyteros,C. de epiſc. & cler.ſed quærela non eſt dubium quin aduerſetur teſtamento,l.papinianus,& l.circa,ff. de inoff. teſtam. ergo, & aduerſabitur menti,& voluntati teſtatoris,cuius iuſta ſententia teſtamentum eſt,§.teſtamentum,inſtit.de teſtam. ordinan. & hoc argumento vſus fuit, Bart.d.conſ.14. Stante autem teſtatoris prohibitione,cum filius legatum agnouerit erepta eſt ei omnis actio agendi ad ſupplementum etiam ſi ſpecificè nullam,de legitima,eiuſque ſupplemento renunciationem fecerit Bal.in l.1.col.penul.n.34.verſ.item pone filio,C.de iur.fiſc.li. 10.Iaſ.in l.quoniam in prioribus in fin.C.de inoff.teſtam.Benedict.in c.Rainutius in 1.par.in verſ.reliquit n.40.limit.9.de teſtam.alijq. per Pariſ.conſ.9.lib.3.per to. Dec.conſ.687.n.3.& 4.in princ.Soc.iun.conſ.122 n.9.15.& 21.Rimin.iun.conſ.31. n.58.& ſeqq.lib.1.Honded.conſ.89 n.58.lib.1.omnium latiſſimè Menoch.conſ.206.à n.95.vſque ad n.124.lib.3.conſ 453. n.10.vſq.ad 17.lib.5.& conſ.1005.n.24.li.11.Surd.cō̄ſ.357.n.32.

Et quamuis ab iſtorum opinione multi recedant inferius citādi, ea tamen videtur verior,cum pro ea non leuiter vrgeat tex.in l.2.C.de iur.dot.prout illum inducit Menoch. d.conſ.453.n.11 verſ.tertio ſuffragatur,in eo.n.textu mater permiſit filiam ſtipulari ſibi reddi dimidiam dotis propriæ,deinde certum quid filiæ prælegauit,dubitatum fuit,an ex quo prælegatum continebat qd minus ipſa dote,potuerit filia petere ſupplemētū, niſi ipſa mater voluerit filiā eſſe eo prǽlegato contentam;& cōſequēter ex iſto textu bene infertur, ꝙ ſtante prohibitione ſi legatum agnoſcatur,peti non poterit,quod peti prohibitum eſt. Sicut pariter admodum mouet text.in l.ſi quando,§. illud verſ.ſed hoc ita,C.de inoff.teſtam.ibi enim poſtquā Imperator ſanciuit inane prorſus eſſe pactum inter patrem, & filium

lium de legitimæ ſupplemento non petendo, hanc limitat ſanctionē ſi poſt mortē patris conſtiterit, filiū apertiſſimè paternū iudicium agnouiſſe: at ex ſimplici agnitione legati deſumitur aperta paterni iudicij approbatio, neceſſario. n. agnitio præſefert relationem ad diſpoſitionem relinquentis, relatio autem operatur, vt relatum expreſſum dicatur, Bart. in l. 1. §. fin ff. ſi famil. furt. fecisſ. dicat. & in ſpecie ita ratiocinati ſunt Dec. d. conſ. 687. n. 3. Pariſ. Surd. Menoc. alijq; pro hac ſētētia adducti

Et quāuis pro cōtraria ſentētia allegetur tex. in l. ſi quando, §. & generaliter, C. de inoff. teſtam. vbi quod non officit petitioni ſupplementi ſimplex agnitio, ſed requiritur ſpecifica, & indiuidua illius renunciatio, tamē illud optimè euitari poſſe videbatur animaduertendo quod ibi Imperator nō refert casū in quo pater legauerit adiecta ꝓhibitione plus petēdi, ideoq; ſpecificā mentionē, & renūciationē legitimę, de qua ibi tūc demū requiri, quādo aliquid à filio circa legitimā eiuſq; ſupplementū diſponitur, quod in patris elogio minime cautū reperitur, nō ita ſi à patre legitimæ ſuppletio prohibita ſit; quia tunc ꝑ electionē legati, quæ eſt approbatiua voluntatis, erepta eſt filio poteſtas impugnandi amplius voluntatem quam ſemel approbauit ex reg. tex. in l. cum ab vno in princ. ff. de legat. 2. ita Pariſ d. conſ. 9. n. 4. lib. 3. Socin. iun. conſ. 122. n. 15. & 21. Surd. cōſ. 357. n. 33

His tamē paruipenſis ſupplementū filio deberi ſum arbitratus Regula. n. eſt clara, patrē teneri filio ſuā legitimā integraliter relinquere, quod ſi non integram reliquerit, quicquid olim eſſet de iure digeſtorum, hodie filius agit ad ſupplementum, vt eſt tex. in l. omnimodo, C. de inoff. teſtam vbi communiter Doct. quos referunt Vaſq. de ſucceſſ §. 30. n. 79. Craſſ. in §. legitima q. 32. num. 23. Merlin. de legit. tit. 3. lib. 3. quæſt. 1. n. 1.

Et licet verum ſit quod ſi pater legat aliquid, quod legitimæ menſurā nō attingat, & prohibeat filio, vt plus petat, & cōſtet filiū paternā diſpoſitionē voluiſſe adimplere, nō poſſe amplius circa ſupplementū hęredi quæſtionē inferri ex tex. in l. ſi quando, §. & generaliter, C. de inoff. teſt. & ibi Bald. n. 1. Iaſ. n. 2. Menoch. cōſ. 1079. n. 12. Ruin. cōſ. 56. n. 9. verſ. Secundus caſus li. 2. Peregr. de fideic. ar. 36. n. 63. Cæph. cōſ. 563. n. 15. 18. & 29. ea ratione

tione quia licet à patre ſupplementũ phiberi nequeat;à filio tamẽ refutari valet ex reg.tex.in c.ad apoſtolic.ext.de reg.iur.& l.ſi quis in cõſcribẽdo,C.de pact.tamẽ hic vtrũq;defuit, Primo ꝙ pater prohibuerit filio plus petere; ſecũdo & quatenus prohibuerit deficit voluntas filij, qui ex ſola agnitione legati etiã cum quietantia de recepto ſupplemẽto renunciare nõ cẽſetur.

Primũ probatur,quia hic pater expreſsè non prohibuit filiũ plus petere,ſed voluit dũtaxat vt ſcuta mille legata in legitimã imputaret;quo caſu eã cẽſeri parẽtis mentẽ,vt ſi legatũ legitimã non abſorbeat,pro rata,dũtaxat cũ legitima ſit cõpenſandũ,dixerunt Bald.in l.hac edictali C.de ſecund.nupt.Salic.in l.fin.n. 3.C.de his qui ſub. mod.verſ.ſi autẽ vt in debito Vaſq.in l. ſi quando,§.& generaliter n.8.C.de inoff.teſt.Fulgoſ.conſ.83.ꝑ tot.Dec.conſ.235.n.7.Anan.conſ. 67 n.2.& ibi latè Bologn. Pariſ.conſ.9.n.2. & ſeq.lib.3.Menoch. conſ.1079.n.11. Gabr. conſ.137.n.4.cum ſeqq. lib.2. Neguſ de pign.4.memb.2.p. n. 164. in 24. caſu verſ. quam tamen concluſionem.

Et iſtorũ opinio fũdatur ratione deſũpta ex tex.in l.pen.ff.de ali. & cibar.leg.vbi quod mẽs cõpenſare volẽtis præſumitur vt nolit cũ minori maiorẽ exoluere quantitatẽ,ſed ęqualitatẽ ſeruare,& ſic cõpenſationẽ pro rata inducere ita Imol. in l. creditorem,ff.de legat.2. Paul.de Caſtr.in l. ſi compenſandi, & ibi etiam Alex.C.de hæred.inſtit.Ruin conſ.92.n.9.vol.5.Rolan. conſ.65.n.23.verſ.idem etiam vol.2.quæ ratio protinus militare debet in patre, quẽ erga filiũ procliuẽ naturali inſtinctu experimur,§.ius naturale inſt.de iur.nat.& qui ideo de iure naturæ legitimam filio relinquere debet ad l. omnimodo C. de inoff.teſt.in eo igitur talis præſumenda erit mens,qualis de iure eſſe debet l.tale pactum,§.fin.cum ibi notat. ff.de pact.

Neq;obſtãt rationes,& auctoritates ſup.in contrariũ cumulatæ, quia pro reſpõſione eſt aduertendũ,queſtionẽ iſtã,an filius cõſequatur ſupplementũ legitimæ de voluntate patris executã à DD.ad duplicẽ finẽ;Primo ad effectũ actionis, quam filius petens ſupplementũ poſſit experiri, aliqui.n. qui tenent filium petere ſupplemẽtum de voluntate patris,dicunt adeo peti de illius voluntate,vt cenſeatur ab ipſo legatum,vt propterea ſicut

cut pro relegata filius habet hypothecariã,quæ regulariter ex diſpoſitione l.1.C.commun.de legat.datur pro conſequendo legato·ita & eamdẽ actionẽ habet pro conſequendo ſupplemento,quaſi illud vti acceſſoriũ cenſeatur à patre ſub eadẽ diſpoſitione legatũ,& iſti ſunt Fulg.d.conſ.33.& Neg.loc.ſup. alleg.

Secundo diſcutitur ad effectum ne filius ſi acceptat legatum,vel approbat patris diſpoſitionem prohibeatur poſtea petere ſupplementum,nã ſi illud cenſetur à patre prohibitũ,vtiq;per approbationem paternę diſpoſitionis iuxta plurium,& forſan veram,& communem ſententiam,filius non poterit aliud conſequi;quod non contingit,ſi non cenſeatur à patre prohibitum.

Hoc præmiſſo,aut quærimus an ſupplementum petatur ex voluntate patris ad effectũ actionis, itaut filius quaſi ſupplemẽtum fuerit à patre legatum,habeat hypothecam,ſicuti illam habet pro relegata,& negatiua eſt ſententia,quã tenuerũt ex ſuper. relat.Bart.Caſtrenſ.Alex.Rip.Peregr.Merlin.& alij,& ſine dubio,& communior,eſt verior ex fundamentis per eos adductis, quæ non eſt neceſſe vt diſcutiam.

Aut verò quærimus an ſupplementum cenſeatur à patre prohibitum,ad effectum vt filius citra impugnationem paternæ diſpoſitionis illud conſequi non valeat,& aſſentiendum eſt ſententiæ,quæ filio fauet,nimirum non cenſeri à patre prohibitũ, idque ex ratione ſuperius ponderata.

Cui minimè obſtant, nec auctoritates,nec rationes contrariæ,nõ auctoritates quia plures ex alleg·præcipuè Bart·in d·l·liberto §. filiũ nõ dicit,ſed ſupponit,quod filia egerit ad ſupplementũ cõtra voluntatem defuncti,Alex.in l.ſi in teſtamento n. 6. ff. de vulg.& pupill.firmat filium petere ſupplementum contra voluntatem patris , eo quia fuerat prohibitum plus petere Caſtrenſ. in l· ſcimus, Soccin. in l. ex toto, & Ripa in legat.l in quartam ponunt quæſtionem ad effectum actionis , & quàmuis ibi dicant peti ſupplementum contra voluntatem patris, hoc dicunt nõ quia ſit a patre prohibitũ,ſed quia pleraq; quæ ſunt pręter voluntatem,vt quia de illis nõ ſit diſpoſitum dicuntur largo modo contra voluntatem,glo.in auth.quę res, C.de ſacroſ.Eccl·Cæteri vero qui pro eadem ſententia ſunt adducti,vt

Rota

Rota Grat. Pereg. & Merli. vtuntur in eadẽ q. eorumdem Doctorum, & verbis, & argumentis, qui propterea eamdem recipiunt conciliationem.

Non obſtãt etiam rationes, nam illa, quod præter quam in legato cenſeatur filius reliqua hæreditate excluſus, eſt vera, ſed nihil concludit, quia bene ſe compatiuntur, vt quis me à ſua hæreditate excludat, & nihilominus non prohibeat, quominus conſequi poſſim ab eius hęreditate id quod mihi debetur; diuerſa enim ſunt, excludi ab hęreditate, & prohiberi, ne creditum peti poſſit, cum igitur legitima ſit debitum hęreditatis, vt inquit tex. non bene arguitur ex inſtitutione facta de altero ad prohibitionem, ne filius vlterius petat.

Non vrget pariter, ꝙ quęrela contrarietur menti teſtatoris, & ꝙ ſupplementũ ſuccedat loco quęrelę, quia huic obiecto occurrit Bolognin. in addit. ad d. conſ. 67. Ananię, negando aſſumptum, quia imò contrarium eſt verius, nam quęrela tendit ad reſciſſionem teſtamenti ſupplementũ ad confirmationẽ, & tutelam, l. omnimodo, C. de inoff. teſt. & ibi Doct. Dec. cõſ. 633. n. 1. Crau. cõſ. 109. & bene animaduertit, licet ad alium effectũ Merli. de legit. li. 3. q. 10. n. 13. & tenuit Rot. dec. 439. n. 5. & 6. apud Greg. XV. Secundò, & quatenus concederemus ſupplementum fuiſſe à patre prohibitum adhuc per ſolã legati agnitionem filium minimè ſibi pręiudiciũ intuliſſe, quominus ſupplementũ conſequi valeat, eſt verior opinio, quã ſequuti ſunt, Bal. in l. quãdo, §. & generaliter n. 1. C. de inoff. teſtam. & ibid. Vaſq. n. 8. quia alios refert Suar. in l. quoniã in priorib. C. eod. Guliel. de Bened. in c. Raynut. in verb. reliquit n. 28. extra de teſtam. Lup. de donat. inter vir. & vxor. §. 16. n. 16. Brun. in tracta. quod ſtantib. maſculis fœm. non ſucced. ar. 9. n. 62. Mantic. de coniect. vlt. volun. li. 10. tit. 2. n. 19. Peregr. de fideicom. art. 36 n. 94. Paſchal. de virib. pat. poteſt. p. 2. c. 4. n. 5. Fuſar. de ſubſtit. q. 296. n. 47. Merlin. de legit. lib. 3 tit. 2. q. 10. n. 1. & 2. Angel. de legit. cõtradictor. q. 13. n. 56. & 58. & cõſuluerunt Caſtren. conſ. 73. verſ. potiſſimè illud, n. 2. lib. 1. Rui. conſ. 79. n. 3. 4. 5. & melius conſ. 56. n. 8. verſ. Sed hodie ſecus li. 2. & conſ. 140. n. 7. lib. 4. Ioan. de Amic. conſ. 58. nu. 3. Ladere. conſ. 177. num. 9.

Rub. Alex. conſ. 43. n. 10. & 11. Menoch. conſ. 10079. n. 14. & conſ. 71. n. 4. Ceph. cōſ. 42. n. 4. & cōſ. 95. n. 8. & ſeq. & cōſ. 175. n. 14. & cōſ. 563. n. 12. & cōſ. 479. n. 73. & cōſ. 617. n. 74. cū ſeq. Honded. cōſ. 89. n. 12. lib. 1. qui tamen n. 58. dubitat. Surd. conſ. 45. n. 13. & cōſ. 212. n. 9. Turret. conſ. 1. in 1. dub. vol. 2. Borell. conſ. 22. n. 9. Bertaz. conſ. cri. 402. n. 62. lib. 2. Intrigl. dec. 9. n. 2. & ſeq. Mago dec. Lucen. 85. n. 8. Greg. XV. dec. 489. nu. 21. & ſeq. vbi concordantes adducit add. n. 27. & dicit plenè Rot. in Romana legitimę 27. Iun. 1614. coram Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Card. Veroſpio, quæ eſt in recent. dec. 553. n. 9.

Relati autem Doct. ad ſuam tuendam opinionem expendunt text. clarum in l. ſi quando, §. & generaliter, C. de inoff. teſtam. ibi, quādo ei relictum, & donatum ſimpliciter agnouerit, &c.

Rurſus & rationem deſumptam ex text in l. ſcimus, §. ſancimus, & l. quoniam in prioribus C. de inoff. teſtam. vt nimirum omne grauamen, & quælibet prohibitio de vlterius non petendo, legis diſpoſitionem a legitima eiecta ſint, & proinde requiri ſpecificam filij renunciationem. Et quamuis Pariſius d. conſ. 9. voluerit quod in d. §. & generaliter non appareat patrem prohibuiſſe plus peti, & ideo ex eo non bene inferri ad caſum in quo pater expreſſè prohibuit plus peti, ego tamen Pariſio nō attento, quem in ſpecie reprobarunt Turret. d. conſ. 1. & Cephal. d. conſ. 95. n. 17. animaduerti clare apparere quod in d. §. generaliter deciditur caſus in quo legatum fuit relictum ad ſcripta prohibitione vlterius petendi; idq. ex eo mihi verū perſuadeo, nam quando pater legat ſimpliciter filio prohibitione ſe mota cēſetur velle, vt legatum ſi minus legitima ſit pro rata tantum compenſetur, vt proinde ſi tūc filius ad ſupplementum agat potius ſequi, quā impugnare iudiciū paternū videatur, vt ſupra probatum eſt à n. 8. at in dicto caſu, §. & generaliter ſupplementi petitio paternæ intentioni aduerſabatur, clare n. in tex. legimus, ꝙ poſt pactum cum hærede non poterit filius ſupplementum petere, ſubdens (verba ſunt textus) tunc ſi omni excluſa quærela paternum amplecti compellitur iudicium; ſi ergo ſupplementi petitio contra paternum iudicium erat, conſequens eſt, ꝙ pater vltra petere filio interdixerit; &

pro-

proinde iſte textus efficaciter probat quod legatum legitimæ menſuram non explens ea conditione relictum, vt filius illud pro legitima capiat, nec vltra conſequi poſſit, ſi ſimpliciter agnoſcatur, non tollit quin filius ſupplementum conſequatur.

Hac igitur opinione retenta non obſtabit text. in l. 2. C. de iur. dot. quia etſi ibi dicatur filiam non poſſe contra matris virum agere, ſi mater adiuerit legato conditionem, nè à viro dotem peteret, & filia illud agnouit, hoc contingit, quia filia erat ibi creditrix dotis, ex cauſa voluntaria, hoc eſt ex contractu donationis, quia mater paſſa fuit filiam ſtipulari ſibi dotem reddi donandi animo, vt dicit ibi text. Et proinde non mirum ſi legatum agnoſcat teneatur adimplere mentem legantis iuxta reg. l. cum à matre, C. de rei vendic. at diuerſum eſt in legitima, in qua ſi legans adijciat legato onus, vel conditionem de vlterius non petendo, illico tale onus, & conditio legis diſpoſitione repelluntur, ac ſi adiecta nō eſſent, l. ſcimus, §. ſancimus, & l. quoniam in prioribus, & vtrobique paſſim Doctor. C. de inoff. & proinde mirum etiam non erit ſi filius agnoſcens legatum omni onere, & prohibitione exutum, agnitione non obſtante conſequi valeat, id quod ad integrandam legitimæ mēſuram legato deeſt. Clarius id deſumitur ex reſponſione ad text. in l. ſi quando, §. illud, C. de inoff. teſtam. ex eo enim ſolum elicitur concluſio, quod vbi apertiſſimè conſtat filium agnouiſſe paternum iudicium, teneatur illud ſeruare, at ex agnitione legati, nequaquā inducitur approbatio iudicij paterni, in ea parte, qua ſupplemētū prohibetur, quia ſi a legato, legitimę lex detraxit, vt dictum eſt, quamcumq; prohibitionem, & onus, conſequenter dum filius illud agnoſcit, agnitio non operabitur approbationem conditionis, quæ legato amplius non cohęret, vt optime declarauit, Bal. in d. § & generaliter, Bertrand in l. hac edictali, §. ſi verò plus, nu. 6. C. de ſecund. nupt. Barboſ. in l. ſi cum dotem, §. ſi Pater, ff. ſolut. matrim. n. 22. ver ſic cuius opinio. Ruin. conſ. 36. n. 8. lib. 2. Cęphal. conſ. 617. n. 190. Peregr. de fideicom. art. 36. n. 94.

Et ex prędictis infertur reſpuendam eſſe aliquorū diffinitionē, q dixerūt, q ſi filius legatū agnoſcat, ſciēs prohibitionē ei annexam ſibi præiudicat, ſecus ſi ignorās, quia imò indiſtinctè ſtā-

te

te, quod miniſterio legis prohibitio ſit ſublata, nunquam ſibi præiudicat, vt in ſpecie aduertit Cœphal. dicto conſilio 617. num. 193.

Pariter, & reijciendam eſſe Menoch. & Surd. traditionem, dum dixerunt ille in conſilio 453. num. 14. hic in conſilio 317. num. 34. verſic. Non obſtat, reijci quidem quaſcumque prohibitiones, & conditiones, ſed ita demum ſi filius id petat, & reijci velle declaret, idem Surdus conſil. 570. num. 6. & 7. quem ſequuti ſunt Fuſar. de ſubſtitution. quæſt. 296. num. 6. & 11. & Rota in Romana fideicommiſſi de Victorijs 10. Martij 1627. coram R. P. D. Merlino, quia rectius contrarium ſtante, vt dixi, quod lex prohibitionem ſine filij declaratione ipſo iure detraxit, ſenſierunt Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. tit. 8. num. 3. cum ſeqq. Fachin. controuerſ. iur. lib. 12. cap. 10. per tot. & expreſsè reprobato Surdo, Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. quæſt. 13. num. 8. & in iſtis terminis lib. 3. tit. 2. quæſt. decima, num. 7. verſ. ſecunda autem Franciſc. Niger Ciriac. controuerſ. forenſ. cap. 124. num. 24. lib. primo, & cap. 274. num. 69. cum ſequentib. lib. 2. Rota in Anconitana Legitimæ coram R. P. D. Dunozetto.

Rurſus, & reijciendam eſſe eorum opinionem, qui dixerunt filium ſibi præiudicium inferre, ſi non ſolum legatum agnoſcat, ſed & vlterius de recepto quietet hæredem, nulla ſibi de ſupplemento facta reſeruatione, nam & quietatio nihil vltra operatur, quam confeſſionem de recepto, non autē renunciationem proprij iuris, vt in ſpecie animaduertit Bald. quem Doctores communiter ſequuti ſunt in dicto §. & generaliter Peregr. de fideicommiſſ. art. 36. num. 93. Argel. de legitimo contradict. q. 13. art. 5. num. 19. vbi plures cumulat Rotæ deciſiones.

ARGVMENTVM

Filius approbans teſtamentum Patris, vbi eſt prohibitum legitimè ſupplementum, vel renuncians hæreditati, & bonis paternis, An nihilominus poſſit petere ſupplementum.

S V M M A R I V M.

1 *Generalis renuuciatio hæreditatis paternæ ſupplemento legitimæ non præiudicat.*

2 *Renunciatio legitimæ, & ſupplementi illius non inducitur, niſi ſpecificè facta de ijs mentione.*

3 *Contrarium tenent plures.*

4 *Renunciatio generalis regulariter non refertur ad legitimam.*

5 *Quando lex aliquid diſponit, & determinat fieri non cenſetur determinare pro forma, niſi vlterius procedat formam deſcribendo.*

6 *Explicatur textus in l. ſi quando, S. generaliter, C. de inofficioſ. teſtament.*

7 *Verius eſt vt renunciatio legitimæ fieri poſſit, etiam non facta illius ſpecifica mentione.*

8 *Sufficit filium approbare paternum iudicium, ad hoc vt ſupplementum ei prohibitum petere poſſit.*

9 *Filius alternatiuè inſtitutus in certo legato, vel in legitima, agnoſcendo legatum non poteſt amplius petere nec legitimam, nec ſupplementum.*

10 *Renunciatio concepta verbis valde amplis fortius ſtringit.*

11 *An filius approbando teſtamentum paternum ſibi præiudicet in ſupplemento latè diſcutitur, & referuntur opiniones hinc inde.*

12 *Lex alter à legato pro legitima, omnem prohibitionem, & onus remouet.*

13 *Diſpoſitio nunquam trahitur ad legitimæ renunciationem quotieſcumque poteſt verificari in alio.*

54 *Paria ſunt aliquid exprimi in ſpecie, & exprimi in genere, ſi genus illud non poteſt verificari, niſi in vna ſpecie.*

15 *Compromiſſum fieri non poteſt ſuper re iudicata, niſi facta illi renunciatione.*

16 *Rei iudicatæ quando renunciatum cenſeatur.*

17 *Filius per appprobationem generalem teſtamenti, an cenſeatur renunciare tam legitimæ, quam doti maternæ ſtante paterna prohibitione.*

18 *Renunciatio cum clauſulis geminatis fortius operatur.*

19 *Item renunciatio legi dicenti generalem renunciationem non valere.*

20 *Lex non fingit patrem prohibuiſſe ſupplementum ſi illud prohibuit.*

CASVS

CASVS XLVIII.

OCCASIONE præcedentis diſputationis, fuit mihi quæſitum, vt reſponderem, quid iuris eſſe cenſuerim, ſi adſcriptum ſibi legatum, quod menſuram legitimæ non attingit, ea conditione, vt in legitimam imputetur, & addita prohibitione plus petendi, filius nedũ ſimpliciter agnoſcat, ſed vlterius progreditur hæreditati, & bonis paternis renunciando, vel teſtamentum, diſpoſitionem paternam approbat in omnibus, & per omnia, nulla tamen de legitima emiſſa ſpecifica renunciatione, an poſſit nihilominus petere ſupplementum, & quoniam magna eſt differentia inter renunciationem factam de bonis, & hæreditate paterna, & inter approbationem teſtamenti, & diſpoſitionis paternæ, idcirco diuidenda eſt hęc quęſtio.

Prima igitur fuit ſententia eorum qui voluerunt renunciationẽ generalem bonis & hæreditati paternæ nequaquã obeſſe ſupplemento, & iſti ſunt Bald. Ang. Alber. & Gugliel. de Cuneo in l. de his, ff. de trãſact. Aret. in §. tam autẽ n. 4. inſtit. de inoff. teſtam. vbi ampliat etiam ſi renunciatio ſit iurata, Alex. conſ. 89. n. 13. vol. 4. Dec. conſ. 81. n. 1. & conſ. 218. n. 3. verſ. non obſtat, late Bero. conſ. 93. n. 59. lib. 2. vbi etiam cum iuramento ſequitur Surd. conſ. 45. n. 52. cum ſequen. vbi late Cęphal. cõſ. 563. a n. 13. cum pluribus ſeq. Burat. conſ. 92. n. 9. Put. cõſ. 126. n. 7. Craſſ. in §. legitima q. 38. n. 21. Peregr. de fideicomm. artic. 36. n. 98. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 10. tit. 2. n. 19. circa med. Mangil. de imputat. & detract. q. 90. n. 14. & q. 7. n. 41 Grati. diſc. for. c. 743. n. 3. & videtur deciſũ apud Affl. dec. 178

Fundatur prædictorum opinio in ea concluſione, quod legitimæ eiuſque ſupplemento numquam cenſeatur renunciatum, niſi
2 de ijs fuerit indiuidua, & ſpecifica facta mentio, iux.tex.in l.ſi quando, §.generaliter, C.de inoff. teſtam. quam concluſionem non ſemel approbauit Rota vt in recent.dec.206 n.6. & dec. 449.n.4.& dec.653.n.9.par.1.& dec.489. n.22. vbi Addit. n. 27.apud Greg.XV.
3 Contrariam opinionem ſequuti ſunt Pariſ.conſ.9.per tot. præcipuè n.6.cum ſeq.& conſ.93.nu.x.& conſ.43.nu.30 cum ſeq.&conſ.108.vol.3.Curt.iun.conſ.159.per tot.ſed præcipue num.6.Soccin.iun.conſ.136.n.16.vol.1.Cœphal.conſ.153.nu. 77.& 78.Rol.conſ.99.n 22.& 37.vol.4.Berrett. conſ.155.n.7 Grauet.in reſponſ. pro Genero num. 344. Ruin.conſ.56.cum ſeq.vol.2. Becc conſ.34.nu.14.Menoch.conſ.71.nu.23.Surd. conſ.412.n.22.verſ. ad prædicta reſpondetur, vbi latè, & conſ. 212.n.53.Honded.conſ.63.n.89.lib.1.Suar.in l.quoniã in prioribus in x.ampliat.n.50. verſ. Secundus eſt caſus C. de inoff. teſt.Couar.& c.quamuis pactum,p.3.§.3.de pact.in 6.Tiraq.de legib.connub.glo.7.n.144.Fanue.de inuent.p.7.n.12.& in tractat.de inuent.diuerſ.q.243.n.127.cum ſeq.Gabr. de legitim. concl.8.n.16.Mantic de coniect.vltim volunt.lib.7 tit.8.n.11 Pereg.de fideicommiſſ.art.36.n.101.Gratian.diſcept.684.nu. 23.Merlin.de legitim.lib.3.tit.2.q.10.n.13. adnot ad Magon. deciſ. Lucen. 85.

Et mouentur iſti, quia licet renunciatio generalis regulariter nõ
4 referatur ad legitimam per tex. in l.ſi quando, §.& generaliter C.de inoff.teſt.refertur tamẽ, quãdo renũciatio non poteſt verificari in alio quã in legitima; idq ex reg.l.2.ff.de liber.& poſthum.& l.fundus, qui locatus, ff.de fund.inſtruct. vt in ſpecie deducunt Tiraq.Mantic.Soci.Menoc Bec.& Surd. Honded. ſuperius relati; cum ergo hic filius cui legatum quod legitimæ menſurã non attingit agnouerit, & vlterius progreſſus fuerit renunciando hæreditati, & bonis paternis, ſequitur quod cum iſta renunciatio ad aliud extendi non poſſit, quia filius in hæreditate, & bonis paternis nihil aliud prætendere poteſt niſi legitimam, merito ad legitimam ſit extendenda.

Retenta

Retenta igitur hac ſecunda opinione, fundamento eorum, qui contrarium tuentur deducto ex d.§.generaliter,quod ſcilicet requiratur ſpecifica,& induidua legitimæ mentio,vt illi renunciarum cenſeatur. Reſpondetur id nequaquam verum eſſe,& duplici medio contrarium probari,primo animaduertendo, quod Princeps in dubio licet circa actum faciendum ali-
5 quid diſponat,& determinet, tamen non cenſetur id determinare pro forma, ſed cenſetur velle poſſe etiam adimpleri, per æquipollens,niſi vlterius progrediatur, & procedat formã de ſcribendo,& prohibendo aliter actum fieri non poſſe,aliaque addendo formam inducentia de quibus Bart.& DD. in l. de his,ff.de tranſact.& in l.non dubium,C.de legib.Fel.in c.cum dilecta,extra de preſcript.& diffuse per Alber.Brun.de form. in c.quando aliquid cenſeatur traditum pro forma, cum ergo Imperator in d.§.& generaliter talem expreſſionem non induxerit pro forma,quia vlterius progreſſus non eſt prohibendo aliter non poſſe fieri,& annullando aliter factum quod ad formam requiri ſupra admonui,ſequitur vt talis ſpecifica mentio
6 non ſint neceſſaria,ſed ſufficiat æquipollens. Secundò, idem probatur ex tex.in l.ſi quando,§.illud, C.de inoff. teſt. vbi nihil aliud requirit Imperator ad legitimæ ſupplementiq. illius renunciationem de quibus pater in ſuo teſtamento cauit, niſi ꝙ conſtet filium apertiſſimè paternum iudicium agnouiſſe, cum ergo etiam non facta legitimæ mentione ſpecifica, poſſit conſtare de aperta approbatione iudicij paterni,ex generali renunciatione filii,ſi illa ad aliud referri non poſſit,niſi ad legitimam,vt ſupra probatum eſt,ex tex.in l.2.ff.de liber.& poſthum.& d.l.fundus qui locatus; eſt etiam conſequens neceſſarium,vt induidua ſpecialis mentio non ſit neceſſaria.
7 Et quod verè talis ſpecifica,& induidua mentio nõn requiratur probatur cõi,& recepta illa concluſione de qua Dec.cõſ. 687.per tot.præcipuè n.2.& in fin.cõſ.Curt. iun. cõſ.159.n.6. Pereg.conſ.67.n.18.lib.1.& de fideicom. art.36. n.97.Fuſar. de ſubſt.q.296.n.58.Merlin.de legi.li.3.tit.2.q.13.vbi alios cu
8 mulat,& quam etiam ſequuta fuit Rota vt in deciſionibus relatis per add.ad Greg.15.d.dec.489. ſcilicet quando pater al

ternatiuè diſpoſuit, vt vel filius eſſet legato contentus, & nihil aliud petere poſſet, vel quatenus legato non acquieſcat habeat ſuam legitimam; ſi enim filius ſciens legatum agnoſcat, etiam quod legitimę mentionem non fecerit erepta eſt illi via,
9 ne dum legitimam, ſed & eius ſupplementum petendi, ex ſola legati agnitione, quod tamen verum non eſſet, ſi requireretur expreſſa legitimæ renunciatio.

Porrò hæc poſterior ſententia multo magis eſſet amplectenda
10 in caſu quo renunciatio eſſet concepta verbis valde amplis, vt ſi dicat nihil aliud, ita poſt Ruin.in conſ.97.n.7.vol.1.Menoch.d.conſ.71.n.11.Peregr.de fideicom.art.36.n.101. Merlin.de legitim.lib.3.tit.2.n.13.

11 In ſecundo vero caſu, quod à præcedenti parum diſtat cũ filius approbat teſtamentũ paternũ, ſicut in præcedenti DD. variè ſentiunt; illi.n.qui neceſſariã aiunt legitimæ ſpecificam mentionem putant, vt non obſtante teſtamenti generali approbatione filius poſſit adhuc ſupplementum conſequi inter quos ſunt Anchar.conſ.152.n.8. vbi parit caſum in filijs approbantibus paternum teſtamentum in omnibus & per omnia, Iaſ.cõſ.162.n.3.vol.2.verſ.& per iſtud fundamentum vbi ponit caſum in quo filius approbauit teſtamentum, et promiſit omnia in eo contenta, rata, & firma habere, Dec.cõſ.688.n.7.vbi allegat Anchar.in conſ. ſup.cit. prout eumdem allegat, & ſequitur Pari.conſ.47.n.8.lib.2.Natt.conſ.255.n.3. Bero. conſ.93.n.59.lib.2.Rolan.conſ.26.n.22.lib.3. Crau.cõſ.200. n.6.in fi.Cęphal.conſ.563.n.29.verſ.Nouiſſimũ vero. Eugen. conſ.38.n.4.lib.1.Burſat.conſ.80.n.4.Port.cõſ 126.n.7.Odd. conſ.53.n.24.Berret.conſ.144.n.3.Gabr.conſ.96.nu.1.lib.1. Craſs.in §.legitima q.38.n.21.Pereg.de fideicom. art.36.n.87. Argel. de legit.contradict.q.13.art.5.n.58.qui allegat ad id Rotam in Romana legitimæ 11.Decemb.1609.coram bo. m. Manzanedo, & in Foroliuien. fideicommiſſi 10. Maij 1611. coram Eminentiſs.Card.Pamphilio, quę ſunt in recent.par.1. dec.209.& 449.n.3.& firmatur etiam in dec.653.n.9 eadem par.1.Magon.dec.Lucen.85.n.8.Merlin.de legitim.lib.3.tit. 3.quęſt.3.num.1.& 3.

Cœ-

Cœterùm diſſentiunt alij,qui aſſeruerunt, ꝙ per approbationē generalem teſtamenti,vbi prohibita legitimæ ſuppletio ſit,filius ſibi præiudicet, & hanc ſententiam probauit Rip. in l. in quàrtam n. 10.ff.ad leg.falcid.& Cagnol.in l.Papinianus,ff.de inoff.teſt.Lup.in rubr.de donat. inter vir.& vxor §.46. n.2.& conſuluerunt latè Dec.conſ.687. per tot.Berret.conſ.133.n.7 Surd.conſ.412.n.22.cum ſeqq.Socin.iun.conſ.136.n.7.lib.1. Cœphal.conſ.617.n.192.Pariſ.conſ.26.n.32.lib.2. vbi tamen loquitur in trebellianica,& cōſ.1.n.104.& 105. vbi in ſpecie loquitur de legitima,Mantic.de coniect.lib.7.tit.8 n.11.

Tertia ſucceſſit ſententia diſtinguens,quod aut filius expreſsè,& generaliter approbat teſtamentum patris; & tunc generalem iſtam approbationē nolunt petitioni ſupplementi obeſſe, aut verò vlterius progreſſus fuit approbando teſtamentum in omnibus,& per omnia, & talem approbationem includere etiam legitimam,ita ut ſupplementum peti nequeat, ita Rub. conſ. 33.n.12.& ſeq.Cæphal.conſ.317.n.28.Peregr.conſ.68.nu.13. & 14 lib 1.Menoch de prȩſumpt præſumpt.196. nu.24.lib.4. Merlin.de legit.lib.3.tit 2. q.10.n.18.

Sed non deſunt qui ab iſta quoque diſtinctione recedunt, & verè Anchar.qui videtur primæ ſententiæ auctor loquitur in filio,qui paternum teſtamentum approbauit in omnibus,&pdr omnia,& idem dicit Iaſon ideo illam aperte impugnat Berret. conſil. 144.n.3.

32 Fundamentum primæ ſententiæ vnicum in effectu eſt deſumptum ex l.ſi quando. §.& generaliter, & ex l.quoniam in prioribus,& l.ſcimus,§.ſancimus,C.de inoff.teſt. quia nempè quando pater minus legitima reliquit,& plus peti prohibuit, illico lex a legato prohibitionem illam detraxit,& repletionē ipſo iure induxit,dum ergo filius approbat teſtamentum, non poteſt dici vt approbatio trahatur ad ea, quȩ legis miniſterio iam a teſtamento deleta, & circumſcripta ſunt iuxta ea, quæ ſupradicta ſunt, nil mirum, ſi requiratur vt filius ſpecificam legitimæ mentionem faciat, ut bene Bald. in dicto §. & generaliter.

In hac Doctorum uarietate ad ueritatem eruendam duxi,aduerten-

Rota Grat.Pereg.& Merli.vtuntur in eadē q.eorumdem Doctorum,& verbis,& argumentis, qui propterea eamdem recipiunt conciliationem.

Non obſtāt etiam rationes,nam illa,quod præter quam in legato cenſeatur filius reliqua hæreditate excluſus, eſt vera, ſed nihil concludit,quia bene ſe compatiuntur, vt quis me à ſua hæreditate excludat,& nihilominus non prohibeat,quominus conſequi poſſim ab eius hęreditate id quod mihi debetur; diuerſa enim ſunt,excludi ab hęreditate,& prohiberi, ne creditum peti poſſit,cum igitur legitima ſit debitum hęreditatis,vt inquit tex. non bene arguitur ex inſtitutione facta de altero ad prohibitionem,ne filius vlterius petat.

Non vrget pariter,ꝙ quęrela contrarietur menti teſtatoris,& ꝙ ſupplementū ſuccedat loco quęrelę,quia huic obiecto occurrit Bolognin.in addit.ad d.conſ.67. Ananię, negando aſſumptum,quia imò contrarium eſt verius, nam quęrela tendit ad reſciſſionem teſtamenti ſupplementū ad confirmationē,& tutelam,l.omnimodo,C.de inoff.teſt.& ibi Doct. Dec.cōſ.633. n.1.Crau.cōſ.109.& bene animaduertit,licet ad alium effectū Merli.de legit.li.3.q.10.n.13.& tenuit Rot.dec.439.n.5.& 6. apud Greg.XV. Secundò,& quatenus concederemus ſupplementum fuiſſe,à patre prohibitum adhuc per ſolā legati agnitionem filium minimè ſibi pręiudiciū intuliſſe, quominus ſupplementū conſequi valeat,eſt verior opinio,quā ſequuti ſunt, Bal.in l.quādo,§.& generaliter n.1.C.de inoff. teſtam.& ibid. Vaſq.n.8.quia alios refert Suar.in l.quoniā in priorib. C.eod. Guliel.de Bened.in c.Raynut.in verb.reliquit n. 28. extra de teſtam.Lup.de donat.inter vir.& vxor.§.16.n.16.Brun.in tracta.quod ſtantib.maſculis fœm.non ſucced.ar.9.n.62.Mantic. de coniect.vlt.volun.li.10.tit.2.n.19.Peregr.de fideicom.art.36 n.94.Paſchal.de virib.pat.poteſt.p.2.c.4. n.5.Fuſar.de ſubſtit. q.296.n.47.Merlin.de legit.lib.3 tit.2.q.10.n. 1.& 2. Angel. de legit.cōtradictor.q.13.n.56.& 58.& cōſuluerunt Caſtren. conſ.73.verſ.potiſſimè illud,n.2.lib.1.Rui.conſ.79.n.3.4.5.& melius conſ.56.n.8.verſ.Sed hodie ſecus li.2.& conſ.140.n.7. lib.4. Ioan.de Amic. conſ.58. nu.3.Ladere.conſ.177.num.9.

Rub.

Rub. Alex. conſ. 43. n. 10. & 11. Menoch. conſ. 10079. n. 14. & conſ. 71. n. 4. Ceph. cōſ. 42. n. 4. & cōſ. 95. n. 8. & ſeq. & cōſ. 175. n. 14. & cōſ. 563. n. 12. & cōſ. 479. n. 73. & cōſ. 617. n. 74. cū ſeq. Honded. cōſ. 89. n. 12. lib. 1. qui tamen n. 58. dubitat. Surd. conſ. 45. n. 13. & cōſ. 212. n. 9. Turret. conſ. 1. in 1. dub. vol. 2. Borell. conſ. 22. n. 9. Bertaz. conſ. cri. 402. n. 62. lib. 2. Intrigl. dec. 9. n. 2. & ſeq. Mago dec. Lucen. 85. n. 8. Greg. XV. dec. 489. nu. 21. & ſeq. vbi concordantes adducit add. n. 27. & dicit plene Rot. in Romana legitimę 27. Iun. 1614. coram Eminentiſs. & Reuerend diſs. D. Card. Veroſpio, quæ eſt in recent. dec. 553. n. 9.

Relati autem Doct. ad ſuam tuendam opinionem expendunt text. clarum in l. ſi quando, §. & generaliter, C. de inoff. teſtam. ibi, quādo ei relictum, & donatum ſimpliciter agnouerit, &c.

Rurſus & rationem deſumptam ex text. in l. ſcimus, §. ſancimus, & l. quoniam in prioribus C. de inoff. teſtam. vt nimirum omne grauamen, & quælibet prohibitio de vlterius non petendo, legis diſpoſitionem a legitima electa ſint, & proinde requiri ſpecificam filij renunciationem. Et quamuis Pariſius d. conſ. 9. voluerit quod in d. § & generaliter non appareat patrem prohibuiſſe plus peti, & ideo ex eo non bene inferri ad caſum in quo pater expreſſè prohibuit plus peti, ego tamen Pariſio nō attento, quem in ſpecie reprobarunt Turret. d. conſ. 1. & Cephal. d. conſ. 95. n. 17. animaduerti clare apparere quod in d. §. generaliter deciditur caſus in quo legatum fuit relictum ad ſcripta prohibitione vlterius petendi; idq. ex eo mihi verū perſuadeo, nam quando pater legat ſimpliciter filio prohibitione ſe mota cēſetur velle, vt legatum ſi minus legitima ſit pro rata tantum compenſetur, vt proinde ſi tūc filius ad ſupplementum agat potius ſequi, quā impugnare iudiciū paternū videatur, vt ſupra probatum eſt à n. 8. at in dicto caſu, §. & generaliter ſupplementi petitio paternæ intentioni aduerſabatur, clare enim in tex. legimus, ꝙ poſt pactum cum hærede non poterit filius ſupplementum petere, ſubdens (verba ſunt textus) tunc n omni excluſa querela paternum amplecti compellitur iudicium; ſi ergo ſupplementi petitio contra paternum iudicium erat, conſequens eſt, ꝙ pater vltra petere filio interdixerit, &

pro-

proinde iſte textus efficaciter probat quod legatum legitimæ menſuram non explens ea conditione relictum, vt filius illud pro legitima capiat, nec vltra conſequi poſſit, ſi ſimpliciter agnoſcatur, non tollit quin filius ſupplementum conſequatur.

Hac igitur opinione retenta non obſtabit text. in l. 2. C. de iur. dot. quia etſi ibi dicatur filiam non poſſe contra matris virum agere, ſi mater adiuerit legato conditionem, nè à viro dotem peteret, & filia illud agnouit, hoc contingit, quia filia erat ibi creditrix dotis, ex cauſa voluntaria, hoc eſt ex contractu donationis, quia mater paſſa fuit filiam ſtipulari ſibi dotem reddi donandi animo, vt dicit ibi text. Et proinde non mirum ſi legatum agnoſcat teneatur adimplere mentem legantis iuxta reg. l. cum à matre, C. de rei vendic. at diuerſum eſt in legitima, in qua ſi legans adijciat legato onus, vel conditionem de vlterius non petendo, illico tale onus, & conditio legis diſpoſitione repelluntur, ac ſi adiecta nō eſſent, l. ſcimus, §. ſancimus, & l. quoniam in prioribus, & vtrobique paſſim Doctor. C. de inoff. & proinde mirum etiam non erit ſi filius agnoſcens legatum omni onere, & prohibitione exutum, agnitione non obſtante conſequi valeat, id quod ad integrandam legitimæ menſuram legato deeſt. Clarius id deſumitur ex reſponſione ad text. in l. ſi quando, §. illud, C. de inoff. teſtam. ex eo enim ſolum elicitur concluſio, quod vbi apertiſſimè conſtat filium agnouiſſe paternum iudicium, teneatur illud ſeruare, at ex agnitione legati, nequaquã inducitur approbatio iudicij paterni, in ea parte, qua ſupplemẽtũ prohibetur, quia ſi a legato, legitimę lex detraxit, vt dictum eſt, quamcumq; prohibitionem, & onus, conſequenter dum filius illud agnoſcit, agnitio non operabitur approbationem conditionis, quæ legato amplius non cohęret, vt optime declarauit, Bal. in d. § & generaliter, Bertrand in l. hac edictali, §. ſi verò plus, nu. 6. C. de ſecund. nupt. Barboſ. in l. ſi cum dotem, §. ſi Pater, ff. ſolut. matrim. n. 22. ver ſic cuius opinio Ruin. conſ. 56. n. 8. lib. 2. Cęphal. conſ. 617. n. 190. Peregr. de fideicom. art. 36. n. 94.

Et ex prędictis infertur reſpuendam eſſe aliquorũ diffinitionẽ, q dixerũt, q ſi filius legatũ agnoſcat, ſciẽs prohibitionẽ ei annexam ſibi præiudicat, ſecus ſi ignorãs, quia imò indiſtinctè ſtã-

te

te,quod miniſterio legis prohibitio ſit ſublata, nunquam ſibi præiudicat,vt in ſpecie aduertit Cæphal. dicto conſilio 617. num. 193.

Pariter, & reijciendam eſſe Menoch. & Surd. traditionem, dum dixerunt ille in conſilio 433. num. 14. hic in conſilio 337. num. 34. verſic. Non obſtat, reijci quidem quaſcumque prohibitiones, & conditiones, ſed ita demum ſi filius id petat, & reijci velle declaret, idem Surdus conſil. 570. num. 6. & 7. quem ſequuti ſunt Fuſar. de ſubſtitution. quæſt. 296. num. 6. & 11. & Rota in Romana fideicommiſſi de Victorijs 10. Martij 1627. coram R. P. D. Merlino, quia rectius contrarium ſtante, vt dixi, quod lex prohibitionem ſine filij declaratione ipſo iure detraxit, ſentierunt Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. tit. 8. num. 3. cum ſeqq. Fachin. controuerſ. iur. lib. 12. cap. 10. per tot. & expreſsè reprobato Surdo, Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. quæſt. 13. num. 8. & in iſtis terminis lib. 3. tit. 2. quæſt. decima, num. 7. verſ. ſecunda autem Franciſc. Niger Ciriac. controuerſ. forenſ. cap. 124 num. 24. lib. primo, & cap. 274. num. 69. cum ſequentib. lib. 2. Rota in Anconitana Legitimæ coram R. P. D. Dunozetto.

Rurſus, & reijciendam eſſe eorum opinionem, qui dixerunt filium ſibi præiudicium inferre, ſi non ſolum legatum agnoſcat, ſed & vlterius de recepto quietet hæredem, nulla ſibi de ſupplemento facta reſeruatione, nam & quietatio nihil vltra operatur, quam confeſſionem de recepto, non autē renunciationem proprij iuris, vt in ſpecie animaduertit Bald. quem Doctores communiter ſequuti ſunt in dicto §. & generaliter Peregr. de fideicommiſſ. art. 36. num. 93. Argel. de legitimo contradict. q. 13. art. 5. num. 19. vbi plures cumulat Rotæ deciſiones.

ARGVMENTVM

Filius approbans teſtamentum Patris,vbi eſt prohibitum legitimè ſupplementum, vel renuncians hæreditatis, & bonis paternis, An nihilominus poſſit petere ſupplementum.

S V M M A R I V M.

1 *Generalis renunciatio hæreditatis paternæ ſupplemento legitimæ non præiudicat.*

2 *Renunciatio legitimæ,& ſupplementi illius non inducitur, niſi ſpecificè facta de ijs mentione.*

3 *Contrarium tenent plures.*

4 *Renunciatio generalis regulariter non refertur ad legitimam.*

5 *Quando lex aliquid diſponit,& determinat fieri non cenſetur determinare pro forma, niſi vlterius procedat formam deſcribendo.*

6 *Explicatur textus in l. ſi quando, §. generaliter, C. de inofficioſ. teſtament.*

7 *Verius eſt vt renunciatio legitimæ fieri poſſit, etiam non facta illius ſpecifica mentione.*

8 *Sufficit filium approbare paternum iudicium,ad hoc vt ſupplementum ei prohibitum petere poſſit.*

9 *Filius alternatiuè inſtitutus in certo legato, vel in legitima, agnoſcendo legatum non poteſt amplius petere nec legitimam, nec ſupplementum.*

10 *Renunciatio concepta verbis valde amplis fortius ſtringit.*

11 *An filius approbando teſtamentum paternum ſibi præiudicet in ſupplemento latè diſcutitur, & referuntur opiniones hinc inde.*

12 *Lex alter à legato pro legitima, omnem prohibitionem,& onus remouet.*

13 *Diſpoſitio nunquam trahitur ad legitimæ renunciationem quotieſcumque poteſt verificari in alio.*

14 *Paria ſunt aliquid exprimi in ſpecie, & exprimi in genere, ſi genus illud non poteſt verificari, niſi in vna ſpecie.*

15 *Compromiſſum fieri non poteſt ſuper re iudicata, niſi facta illi renunciatione.*

16 *Rei iudicatæ quando renunciatum cenſeatur.*

17 *Filius per appprobationem generalem teſtamenti, an cenſeatur renunciare tam legitima, quam doti materna ſtante paterna prohibitione.*

18 *Renunciatio cum clauſulis geminatis fortius operatur.*

19 *Item renunciatio legi dicenti generalem renunciationem non valere.*

20 *Lex non fingit patrem prohibuiſſe ſupplementum ſi illud prohibuit.*

CASVS

CASVS XLVIII.

OCCASIONE præcedentis diſputationis, fuit mihi quæſitum, vt reſponderem, quid iuris eſſe cenſuerim, ſi adſcriptum ſibi legatum, quod menſuram legitimæ non attingit, ea conditione, vt in legitimam imputetur, & addita prohibitione plus petendi, filius nedũ ſimpliciter agnoſcat, ſed vlterius progreditur hæreditati, & bonis paternis renunciando, vel teſtamentum, diſpoſitionem paternam approbat in omnibus, & per omnia, nulla tamen de legitima emiſſa ſpecifica renunciatione, an poſſit nihilominus petere ſupplementum, & quoniam magna eſt differentia inter renunciationem factam de bonis, & hæreditate paterna, & inter approbationem teſtamenti, & diſpoſitionis paternæ, idcirco diuidenda eſt hęc quęſtio.

Prima igitur fuit ſententia eorum qui voluerunt renunciationẽ generalem bonis & hæreditati paternæ nequaquã obeſſe ſupplemento, & iſti ſunt Bald. Ang. Alber. & Gugliel. de Cuneo in l. de his, ff. de trãſact. Aret. in §. tam autẽ n. 4. inſtit. de inoff. teſtam. vbi ampliat etiam ſi renunciatio ſit iurata, Alex. conſ. 89. n. 13. vol. 4. Dec. conſ. 81. n. 1. & conſ. 218. n. 3. verſ. non obſtat, late Bero. conſ. 93. n. 59. lib. 2. vbi etiam cum iuramento ſequitur Surd. conſ. 45. n. 52. cum ſequen. vbi late Cęphal. cõſ. 563. a n. 13. cum pluribus ſeq. Burat. conſ. 92. n. 9. Put. cõſ. 126. n. 7. Craſſ. in §. legitima q. 38. n. 21. Peregr. de fideicomm. artic. 36. n. 98. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 10. tit. 2. n. 19. circa med. Mangil. de imputat. & detract. q. 90. n. 14. & q. 7. n. 41 Grati. diſc. for. c. 743. n. 3. & videtur deciſũ apud Affl. dec. 178

Digitized by Google

Fundatur prædictorum opinio in ea concluſione,quod legitimæ eiuſque ſupplemento numquam cenſeatur renunciatum, niſi
2 de ijs fuerit indiuidua,& ſpecifica facta mentio,iux.tex.in l.ſi quando,§.generaliter,C.de inoff. teſtam.quam concluſionem non ſemel approbauit Rota vt in recent.dec.206 n.6. & dec. 449.n.4.& dec.653.n.9.par.1.& dec.489. n.22. vbi Addit. n. 27.apud Greg.XV.
3 Contrariam opinionem ſequuti ſunt Pariſ.conſ.9.per tot. præcipuè n.6.cum ſeq.& conſ.93.nu.x.& conſ.43.nu.30 cum ſeq.&conſ.108.vol.3.Curt.iun.conſ.159.per tot.ſed præcipue num.6.Soccin.iun.conſ.136.n.16.vol.1.Cœphal.conſ.153.nu. 77.& 78.Rol.conſ.99.n 22.& 37.vol.4.Berrett. conſ.155.n.7 Grauet.in reſponſ. pro Genero num. 344.Ruin.conſ.56.cum ſeq.vol.2. Becc conſ.34.nu.14.Menoch.conſ.71.nu.23.Surd. conſ.412.n.22.verſ.ad prædicta reſpondetur,vbi latè & conſ. 212.n.53.Honded.conſ.63.n.89.lib.1.Suar.in l.quoniā in prioribus in x.ampliat.n. 50. verſ. Secundus eſt caſus C. de inoff. teſt.Couar.& c.quamuis pactum,p.3.§.3.de pact.in 6.Tiraq.de legib.connub.glo.7.n.144.Fanue.de inuent.p.7.n.12.& in tractat.de inuent.diuerſ.q.243.n.127.cum ſeq.Gabr. de legitim. concl.8.n.16.Mantic de coniect.vltim.volunt.lib.7 tit.8.n.11 Pereg.de fideicommiſſ.art.36.n.101.Gratian.diſcept.684.nu. 23.Merlin.de legitim.lib.3.tit.2.q.10.n.13. adnot ad Magon. deciſ. Lucen. 85.

Et mouentur iſti, quia licet renunciatio generalis regulariter nō
4 referatur ad legitimam per tex. in l.ſi quando,§.& generaliter C.de inoff.teſt.refertur tamē, quādo renūciatio non poteſt verificari in alio quā in legitima;idq ex reg.l.2.ff.de liber.& poſthum.& l.fundus,qui locatus,ff.de fund.inſtruct. vt in ſpecie deducunt Tiraq.Mantic.Soci.Menoc Bec.& Surd. Honded. ſuperius relati;cum ergo hic filius cui legatum quod legitimæ menſurā non attingit agnouerit, & vlterius progreſſus fuerit renunciando hæreditati,& bonis paternis,ſequitur quod cum iſta renunciatio ad aliud extendi non poſſit,quia filius in hęreditate,& bonis paternis nihil aliud prætendere poteſt niſi legitimam,merito ad legitimam ſit extendenda.

Retenta

Retenta igitur hac ſecunda opinione, fundamento eorum, qui contrarium tuentur deducto ex d.§.generaliter,quod ſcilicet requiratur ſpecifica,& indiuidua legitimæ mentio,vt illi renunciatum cenſeatur. Reſpondetur id nequaquam verum eſſe,& duplici medio contrarium probari,primo animaduertendo, quod Princeps in dubio licet circa actum faciendum ali-
5 quid diſponat,& determinet,tamen non cenſetur id determinare pro forma, ſed cenſetur velle poſſe etiam adimpleri, per æquipollens,niſi vlterius progrediatur, & procedat formā de ſcribendo,& prohibendo aliter actum fieri non poſſe,aliaque addendo formam inducentia de quibus Bart.& DD. in l. de his,ff.de tranſact.& in l.non dubium,C.de legib.Fel.in c.cum dilecta,extra de pręſcript.& diffuse per Alber.Brun.de form. in c.quando aliquid cenſeatur traditum pro forma, cum ergo Imperator in d.§.& generaliter talem expreſſionem non induxerit pro forma,quia vlterius progreſſus non eſt prohibendo aliter non poſſe fieri,& annullando aliter factum quod ad formam requiri ſupra admonui,ſequitur vt talis ſpecifica mentio
6 non ſint neceſſaria,ſed ſufficiat æquipollens. Secundò, idem probatur ex tex.in l.ſi quando,§.illud,C.de inoff. teſt. vbi nihil aliud requirit Imperator ad legitimæ ſupplementi q. illius renunciationem de quibus pater in ſuo teſtamento cauit, niſi ꝙ conſtet filium apertiſſimè paternum iudicium agnouiſſe, cum ergo etiam non facta legitimæ mentione ſpecifica, poſſit conſtare de aperta approbatione iudicij paterni,ex generali renunciatione filij,ſi illa ad aliud referri non poſſit,niſi ad legitimam,vt ſupra probatum eſt,ex tex.in l. 2. ff.de liber.& poſthum.& d.l.fundus qui locatus; eſt etiam conſequens neceſſarium,vt indiuidua ſpecialis mentio non ſit neceſſaria.

7 Et quod verè talis ſpecifica,& indiuidua mentio nòn requiratur probatur cōi,& recepta illa concluſione de qua Dec.cōſ. 687.per tot.præcipuè n.2.& in fin.cōſ.Curt. iun. cōſ.159.n.6. Pereg.conſ.67.n.18.lib.1.& de fideicom. art.36. n.97.Fuſar. de ſubſt.q.296.n.58.Merlin.de legi.li.3.tit.2.q.13.vbi alios cu
8 mulat,& quam etiam ſequuta fuit Rota vt in deciſionibus relatis per add.ad Greg.15.d.dec.489. ſcilicet quando pater al

 terna.

Fundatur prædictorum opinio in ea concluſione,quod legitimæ eiuſque ſupplemento numquam cenſeatur renunciatum, niſi
2 de ijs fuerit indiuidua,& ſpecifica facta mentio,iux.tex.in l.ſi quando,§.generaliter,C.de inoff. teſtam.quam concluſionem non ſemel approbauit Rota vt in recent.dec.206 n.6. & dec. 449.n.4.& dec.653.n.9.par.1.& dec.489. n.22. vbi Addit. n. 27.apud Greg.XV.
3 Contrariam opinionem ſequuti ſunt Pariſ.conſ.9.per tot. præcipuè n.6.cum ſeq.& conſ.93.nu.x.& conſ.43.nu.30 cum ſeq.&conſ.108.vol.3.Curt.iun.conſ.159.per tot.ſed præcipue num.6.Soccin.iun.conſ.136.n.16.vol.1.Cœphal.conſ.153.nu. 77.& 78.Rol.conſ.99.n 22.& 37.vol.4.Berrett. conſ.115.n.7 Grauet.in reſponſ. pro Genero num. 344.Ruin.conſ.56.cum ſeq.vol.2. Becc conſ.34.nu.14.Menoch.conſ.71.nu.23.Surd. conſ.412.n.22.verſ. ad prædicta reſpondetur,vbi latè.& conſ. 212.n.13.Honded.conſ.63.n.89.lib.1.Suar.in l.quoniã in prioribus in x.ampliat.n 50. verſ. Secundus eſt caſus C. de inoff. teſt.Couar.& c.quamuis pactum,p.3.§.3.de pact.in 6.Tiraq.de legib.connub.glo.7.n.144.Fanue.de inuent.p.7.n.12.& in tractat.de inuent.diuerſ.q.243.n.127.cum ſeq.Gabr. de legitim. concl.8.n.16.Mantic de coniect.vltim volunt.lib.7 tit.8.n.11 Pereg.de fideicommiſſ.art.36.n.101.Gratian.diſcept. 684.nu. 23.Merlin.de legitim.lib.3.tit.2.q.10.n.13. adnot ad Magon. deciſ. Lucen. 85.

Et mouentur iſti, quia licet renunciatio generalis regulariter nõ
4 referatur ad legitimam per tex. in l.ſi quando,§.& generaliter C.de inoff.teſt.refertur tamẽ, quãdo renũciatio non poteſt verificari in alio quã in legitima;idq ex reg.l.2.ff.de liber.& poſthum.& l.fundus,qui locatus,ff.de fund.inſtruct. vt in ſpecie deducunt Tiraq.Mantic.Soci.Menoc Bec.& Surd. Honded. ſuperius relati;cum ergo hic filius cui legatum quod legitimæ menſurã non attingit agnouerit, & vlterius progreſſus fuerit renunciando hæreditati,& bonis paternis,ſequitur quod cum iſta renunciatio ad aliud extendi non poſſit,quia filius in hæreditate,& bonis paternis nihil aliud prætendere poteſt niſi legitimam,merito ad legitimam ſit extendenda.

Retenta igitur hac ſecunda opinione, fundamento eorum, qui contrarium tuentur deducto ex d.§.generaliter,quod ſcilicet requiratur ſpecifica,& indiuidua legitimæ mentio,vt illi renunciatum cenſeatur. Reſpondetur id nequaquam verum eſſe,& duplici medio contrarium probari,primo animaduertendo, quod Princeps in dubio licet circa actum faciendum ali-
5 quid diſponat,& determinet, tamen non cenſetur id determinare pro forma, ſed cenſetur velle poſſe etiam adimpleri, per æquipollens,niſi vlterius progrediatur, & procedat formã de ſcribendo,& prohibendo aliter actum fieri non poſſe,aliaque addendo formam inducentia de quibus Bart.& DD. in l. de his,ff de transact.& in l.non dubium,C.de legib.Fel.in c.cum dilecta,extra de præſcript.& diffuse per Alber.Brun.de form. in c.quando aliquid cenſeatur traditum pro forma, cum ergo Imperator in d.§.& generaliter talem expreſſionem non induxerit pro forma,quia vlterius progreſſus non eſt prohibendo aliter non poſſe fieri,& annullando aliter factum quod ad formam requiri ſupra admonui,ſequitur vt talis ſpecifica mentio
6 non ſint neceſſaria,ſed ſufficiat æquipollens. Secundò, idem probatur ex tex.in l.ſi quando,§.illud,C.de inoff. teſt. vbi nihil aliud requirit Imperator ad legitimæ ſupplementiq. illius renunciationem de quibus pater in ſuo teſtamento cauit, niſi ꝙ conſtet filium apertiſſimè paternum iudicium agnouiſſe, cum ergo etiam non facta legitimæ mentione ſpecifica, poſſit conſtare de aperta approbatione iudicij paterni,ex generali renunciatione filij,ſi illa ad aliud referri non poſſit,niſi ad legitimam,vt ſupra probatum eſt,ex tex.in l.2.ff.de liber.& poſthum.& d.l.fundus qui locatus; eſt etiam conſequens neceſſarium,vt indiuidua ſpecialis mentio non ſit neceſſaria.

7 Et quod verè talis ſpecifica,& indiuidua mentio non requiratur probatur cõi,& recepta illa concluſione de qua Dec.cõſ. 687.per tot.præcipuè n.2.& in fin.cõſ.Curt. iun. cõſ.159.n.6. Pereg.conſ.67.n.18.lib.1.& de fideicom. art.36. n.97.Fuſar. de ſubſt.q.296.n.58.Merlin.de legi.li.3.tit.2.q.13.vbi alios cu
8 mulat,& quam etiam ſequuta fuit Rota vt in deciſionibus relatis per add. ad Greg.15.d.dec.489. ſcilicet quando pater al-

ternatiuè diſpoſuit, vt vel filius eſſet legato contentus, & nihil aliud petere poſſet, vel quatenus legato non acquieſcat habeat ſuam legitimam; ſi enim filius ſciens legatum agnoſcat, etiam quod legitimę mentionem non fecerit erepta eſt illi via,
9 ne dum legitimam, ſed & eius ſupplementum petendi, ex ſola legati agnitione, quod tamen verum non eſſet, ſi requireretur expreſſa legitimæ renunciatio.

Porrò hæc poſterior ſententia multo magis eſſet amplectenda
10 in caſu quo renunciatio eſſet concepta verbis valde amplis, vt ſi dicat nihil aliud, ita poſt Ruin. in conſ. 97. n. 7. vol. 1. Menoch. d. conſ. 71. n. 11. Peregr. de fideicom. art. 36. n. 101. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. n. 13.

11 In ſecundo vero caſu, quod à præcedenti parum diſtat cũ filius approbat teſtamentũ paternũ, ſicut in præcedenti DD. variè ſentiunt; illi. n. qui neceſſariã aiunt legitimæ ſpecificam mentionem putant, vt non obſtante teſtamenti generali approbatione filius poſſit adhuc ſupplementum conſequi inter quos ſunt Anchar. conſ. 152. n. 8. vbi parit caſum in filijs approbantibus paternum teſtamentum in omnibus & per omnia, Iaſ. cõſ. 162. n. 3. vol. 2. verſ. & per iſtud fundamentum vbi ponit caſum in quo filius approbauit teſtamentum, et promiſit omnia in eo contenta, rata, & firma habere, Dec. cõſ. 688. n. 7. vbi allegat Anchar. in conſ. ſup. cit. prout eumdem allegat, & ſequitur Parif. conſ. 47. n. 8. lib. 2. Natt. conſ. 255. n. 3. Bero. conſ. 93. n. 59. lib. 2. Rolan. conſ. 26. n. 22. lib. 3. Crau. cõſ. 200. n. 6. in fi. Cęphal. conſ. 563. n. 29. verſ. Nouiſſimũ vero. Eugen. conſ. 38. n. 4. lib. 1. Burſat. conſ. 80. n. 4. Port. cõſ 126. n. 7. Odd. conſ. 53. n. 24. Berret. conſ. 144. n. 3. Gabr. conſ. 96. nu. 1. lib. 1. Craſs. in §. legitima q. 38. n. 21. Pereg. de fideicom. art. 36. n. 87. Argel. de legit. contradict. q. 13. art. 5. n. 58. qui allegat ad id Rotam in Romana legitimæ 11. Decemb. 1609. coram bo. m. Manzanedo, & in Foroliuien. fideicommiſſi 10. Maij 1611. coram Eminentiſs. Card. Pamphilio, quę ſunt in recent. par. 1. dec. 209. & 449. n. 3. & firmatur etiam in dec. 653. n. 9. eadem par. 1. Magon. dec. Lucen. 85. n. 8. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 3. quęſt. 3. num. 1. & 3.

Cæ-

Cœterum diſſentiunt alij, qui aſſeruerunt, ꝙ per approbationē generalem teſtamenti, vbi prohibita legitimæ ſuppletio ſit, filius ſibi præiudicet, & hanc ſententiam probauit Rip. in l. in quartam n. 10. ff. ad leg. falcid. & Cagnol. in l. Papinianus, ff. de inoff. teſt. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor §. 46. n. 1. & conſuluerunt latè Dec. conſ. 687. per tot. Berret. conſ. 133. n. 7 Surd. conſ. 412. n. 22. cum ſeqq. Socin. iun. conſ. 136. n. 7. lib. 1. Cœphal. conſ. 617. n. 192. Pariſ. conſ. 26. n. 32. lib. 2. vbi tamen loquitur in trebellianica, & cōſ. 1. n. 104. & 105. vbi in ſpecie loquitur de legitima, Mantic. de conieƈt. lib. 7. tit. 8 n. 11.

Tertia ſucceſſit ſententia diſtinguens, quod aut filius expreſsè, & generaliter approbat teſtamentum patris; & tunc generalem iſtam approbationē nolunt petitioni ſupplementi obeſſe, aut verò vlterius progreſſus fuit approbando teſtamentum in omnibus, & per omnia, & talem approbationem includere etiam legitimam, ita ut ſupplementum peti nequeat, ita Rub. conſ. 33. n. 12. & ſeq. Cæphal. conſ. 327. n. 28. Peregr. conſ. 68. nu. 13. & 14 lib 1. Menoch de prꝗſumpt præſumpt. 196. nu. 24. lib. 4. Merlin. de legit. lib. 3. tit 2. q. 10. n. 18.

Sed non deſunt qui ab iſta quoque diſtinƈtione recedunt, & verè Anchar. qui videtur primæ ſententiæ auƈtor loquitur in filio, qui paternum teſtamentum approbauit in omnibus, & pdr omnia, & idem dicit Iaſon ideo illam apertè impugnat Berret. conſil. 144. n. 3.

32 Fundamentum primæ ſententiæ vnicum in effeƈtu eſt deſumptum ex l. ſi quando. §. & generaliter, & ex l. quoniam in prioribus, & l. ſcimus, §. ſancimus, C. de inoff. teſt. quia nempè quando pater minus legitima reliquit, & plus peti prohibuit, illico lex a legato prohibitionem illam detraxit, & repletionē ipſo iure induxit, dum ergo filius approbat teſtamentum, non poteſt dici vt approbatio trahatur ad ea, quę legis miniſterio iam a teſtamento deleta, & circumſcripta ſunt iuxta ea, quæ ſupradiƈta ſunt, nil mirum, ſi requiratur vt filius ſpecificam legitimæ mentionem faciat, ut bene Bald. in diƈto §. & generaliter.

In hac Doƈtorum uarietate ad ueritatem eruendam duxi, aduer ten-

tendum duas eſſe in hac materia regulas in iure firmiſſimas. Prima quod generalis diſpoſitio,& loquutio,quotieſcumq; po-
13 teſt in aliquo verificari præterquam in legitima nunquam eſt ad legitimam trahenda,& hęc regula bene probatur in l.ſi quã do, §.& generaliter, & latè exornat Honded.conſ.53.n.89.li. 1. altera quod in aliqua diſpoſitione paria ſunt aliquid expri
14 mi in genere,& exprimi in ſpecie,quando genus illud non po teſt verificari,niſi in vna ſpecie,vt ſunt ad hoc,tex.in l.1.& 2.& ibi Doctores,ff.de liber.& poſthum.& in §. nominatim inſtit. de exhæred. liberor.in l.ſi Eros Seio,ff.de option.legat.Bart.in l.ſi Domino,ff.de legat.1.gloſ.vlt.& ibi etiã Abb.in c.ex parte 1.de offiic.deleg. Dec.conſ.283.n.3.verſ.& prima eſt,& cõſ. 375.n.2.vbi quod licet compromiſſum fieri nõ poſſit ſuper re
15 iudicata niſi ei ſit renunciatum, tamen partes ſatis cenſentur
16 renunciaſſe rei iudicatæ ſi dixerint non obſtante quadam ſententia cum de ea ſola ageretur Crauet. conſ. 218. verſ. quinto non obſtat.

Et hiſce regulis ſic præmiſſis ego ita diſtinguo, aut in teſtamento paterno, aliquid aliud cauetur à filio adimplendum quod
17 legitimam eiuſque ſupplementum non tangit, puta ſi filius ſit etiã creditor dotis maternæ, & pater duo adſcribat filio legata vnum pro dote materna, aliud pro legitima, & in vtroque caueat filium debere eſſe tacitum,& contentum, nihilque plus petere poſſit, tam ratione dotis maternæ,quam legitimę, & tunc ſi filius generaliter, & indiſtinctè paternum teſtamentum approbet, talis approbatio legitimæ eiuſque ſupplemento non pręiudicabit, quia tunc cum poſſit approbatio ad dotem maternam, vel aliud ſimile applicari non eſt ad legitimam trahenda ex prima regula, de qua ſupra, & in hoc caſu erit vera prima opinio.

Aut vero in paterno teſtamento nihil aliud continetur,
18 niſi legatum pro legitima, & onus illi adiunctum, & tunc ſi filius teſtamentum approbet, quia approbatio trahi non poteſt, niſi ad legitimam, merito ad illam erit referenda ex traditis in ſecunda regula, & in hoc caſu habebit locum ſecunda opinio.

Indi-

Indiſtinctè tamen cenſeo ſemper veram eſſe tertiam ſententiam, quę vult vt approbato teſtamento in omnibus, & per omnia cenſeatur etiam approbatum onus legitimæ per teſtatorem aſcriptum, etiam quod talis approbatio poſſet referri ad alia quæ in eodem teſtamento pater circa filium cauit, & moueor ex iuris regulis quas latè in propoſito cumulant Ruin.d.conſ. 56.nu.12.lib.2.& Surd.d.conſ.412.nu.27. quia nempè dictio omnis,eſt dictio vniuerſalis,& operatur,vt diſpoſitio vniuerſaliter operetur,& nullo modo reſtringatur l. 2. §.furioſus eſt de iur. codicill. cum ibi notat.per Angel.& latè Alex.in l.1. ff.de legat.1.& per Bart.in l.generali, §.vxoris, ff.de legat. 3. gloſ.in c.vt circa,§.1.de elect.in 6.vbi quod clauſula in omnibus,& per omnia habet vim ſpecificæ expreſſionis, quod latè confirmant Pariſ.conſ.32.n.100.vol.1.& conſ.97.n.91.eod.li. Rol.conſ.1.n.71.vol.3 Rimi.Iun.conſ. 513.n.40.Gabr.conſ. 218.n. 26. & conſ. 144. n.68. vol. 2. & alios plures congerit, Marta de clauſ. clauſ.62.à n.1.cum ſeqq. p.1.Rot.dec. 246. n.2.p 1.diuerſ.

Multò fortiùs procedet hæc poſterior ſententia ſi clauſulę
18 prædictæ eſſent geminatæ ex regula l.Baliſta cum ibi notat. ff.ad Trebell.Bart.in l.cum ſcimus, C.de agric.& cenſit.lib.11 Becc.conſ 21.n.24.

Item ſi in approbatione adeſt renunciatio legi dicenti ge-
19 neralem renunciationem non valere,arguit enim ea clauſula quod etiam illi iuri renunciare voluit cui non poteſt generaliter renunciari,vt in propoſito benè declarant Socin.Iun.in d. conſ.136.n.22.vol.1.Menoch.conſ.71.n.19.Surd.d.conſ.412. n. 30. verſ. demum.

Quibus ita explicatis non obſtabit noſtrę ſententię funda-
20 mentum contrariæ,quia eſt aduertendum verum quidem eſſe legis fictione induci,vt à legato pro legitima omne grauamen & onus cenſeatur ſublatum, illudque habeatur pro non ſcripto,non tamen verum eſſe legis fictione induci, vt cenſeatur patrem non adſcripſiſſe in teſtamento onus in legitima, vel non prohibuiſſe illius ſupplementum,quia lex non fingit huiuſmodi eſſe diſpoſitionem paternam,ſed imo lex eredit contrarium,

trarium, ſcilicet voluntatem paternam eſſe quando legauit non prohibitione vlterius petendi, vt filius legitimam non detrahat, & oneri à ſe iniuncto conſentiat, Alex. in l. quod de bonis, §. cum fideicommiſſum, ff. ad leg. falcid. & in l. ex teſtamento n. 6. in fin. ff. de vulg. & pupill. Salic. in l. ſcimus, C. de inoff. teſt. Cæph. conſ. 42. n. 1. lib. 1. Ruin. d. conſ. 55. n. 9. lib. 2. Gabr. conſ. 137. n. 40. & 41. lib. 2. dum ergo filius agnoſcit ſimpliciter legatum, verum quidem erit, agnitionem operari vt onus legato adiectum cenſeatur approbatum, quia iam illud onus erat à lege à legato detractum, quando verò approbat diſpoſitionem paternam, quia verò in diſpoſitione paterna adeſt illa prohibitio, vel illud onus, approbatio ad illa etiam erit per neceſſe trahenda.

ARGVMENTVM

Codicilli quando habeant dependentiam à teſtamento, & quando Teſtator enuncians in codicillis condidiſſe teſtamentum, ad quod ipſos refert codicilli vitientur, & an legatum, quod Notarius filiæ adſcripſit debeatur.

S V M M A R I V M.

1 *Codicilli pendent à teſtamento ſiue fuerint ante teſtamentum, ſiue poſt, ſiue expreſsè confirmati, ſiue non declara, n. 18. & ſeqq.*

2 *Cod cilli quando eſt nullum teſtamētum ipſi quoq; corruunt quod declara n.*

3 *Teſtamentū ſi non valens iure teſtamenti poteſt ſuſtineri in vim codicillorū.*

4 *Legata in codicillis relicta debentur à venientibus ab inteſtato ſi non adſit teſtamentum.*

5 *Teſtamentum quando ſuſtinetur in vim codicillorum debetur hæreditas à venientibus ab inteſtato non quidem iure directo, ſed iure obliquo.*

6 *Limita procedere dictam concluſionem quando teſtator addidit clauſulam codicillarem ad robur teſtamenti.*

7 *Codicilli quando ſiunt poſt teſtamentum, & hæreditas ex teſtamento non aditur diſpoſita in illis non valent.*

8 *Confirmans teſtamentum videtur velle, vt hæredes ibi deſcripti, non autem venientes ab inteſtato ſoluant legatum declara n. 22. & 23.*

Can-

9 *Cauſa teſtati, & inteſtati ſibi inuicem aduerſantur.*
10 *Legatum adſcriptum in codicillis rogatis à notario patre non debetur.*
11 *Legatum de quo rogatus eſt notarius, pater debetur filio emanſipato, ſecus ve non emancipato.*
12 *Notarius frater poteſt rogari de legato fratri relicto.*
13 *Prohibemur lege ne quid nobis adſcribamus ſub pœna falſi.*
14 *Pater de ijs, qua filius in poteſtate exiſtens acquirit vſum fructum.*
15 *Pater adſcribens filio, quem habet in poteſtate videtur ſibi adſcribens.*
16 *Pater notarius in teſtamento nuncupatiuo poteſt ſibi adſcribere, iuxta aliquos Doctores.*
17 *Legatum in codicillis relictum debetur quando in eis adſunt ſolita requiſita iuris.*
18 *Declaratur tex. in l. ſi quis, §. teſtamento facto, ff. de iur codicill.*
19 *Moriatur hæres, ad quem teſtator ſermonem diripit vt legata praſtet legata non debentur.*
20 *Teſtamenti nullius nullus eſt effectus.*
21 *Adeſt maxima differentia inter caſus quando apparet de teſtamento, & quando non apparet circa praſtanda legata.*
22 *Ex teſtamento licet inualido benè percipitur mens teſtatoris.*
23 *Ex teſtamento licet inualido benè apparet quos hæredes in codicillis voluit grauare legatis.*
24 *Præſumptio iuris eſt, quod inuitauerit in teſtamẽto legitimos hæredes & quod voluerit ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.*
25 *Quando non adeſt teſtamentum conſtat, quos hæredes grauare voluerit in codicillis.*
26 *Legatum in codicillis relictum ideo non debetur, quando hæreditas non aditur ex teſtamento, quia non adeſt hæres grauatus.*
27 *Clauſula in codicillis omni meliori modo, &c. operatur, vt legitimi ſucceſſores ab inteſtato videantur rogati ſoluere omnia legata.*
28 *Notarius adſcribens ſibi, vel filio ad euitandam pœnam l. Corneliæ ſufficit, quod examinet duos teſtes deponentes de veritate legati.*
29 *Notarius ſibi adſcribens, vel filio legatũ ad illud probandum ſufficit examen quinq; vel ſeptem teſtium de legato rogatorum.*
30 *Præſumptio legis licet ſit, quod adſcribens ſibi, falsò adſcribat, cum non ſit præſumptio iuris & de iure admittit probationes in contrarium.*

CASVS XLIX.

ADSCRIPSERAT Miles legatum vxori in codicillis rogato de ijs notario, qui erat vxoris pater, vbi præterea cautum erat.

Che

Che morendo detta ſua moglie tra due anni li frutti di detti cento ſcudi ſiano delli ſuoi hæredi teſtamentarij, conforme che ſono ſtati inſtituiti nel teſtamento, & nel reſto conforme il ſuo teſtamento fatto, &c.

Exprimendo diem, & notarium, quem de teſtamēto aſſeruit fuiſſe rogatū ex hac codicillari diſpoſitione duo venerunt in quæſtionem. Primò an ex quo nullū apparebat teſtamentū cū notarius à teſtatore nominatus illud minimè ſcripſiſſe aſſereret; nec inter illius prothocolla reperiretur codicilli ſuſtinerentur. Secundo an legatum conſcriptum à patre notario ad fauorem filiæ deberetur, vel potius vitiaretur.

Et ad primū dicebatur codicillos pendere à teſtamento, ſiue fuerint facti ante teſtamentum ſiue poſt, ſiue expreſsè confirmati, ſiue non vt eſt tex. in l. ab inteſtato, & ibi glo. in fi. ff. de codici. gloſ. in l. 1. in verb. non venit, ff. eodem vnde ſi teſtamentum ſit nullum etiam ipſi codicilli vti à teſtamento dependentes erūt nulli tex. in l. 1. & ibi Bald. Salicet. & Doctor. C. de codicill.

Neq; obſtat, quod ſi non valet vt teſtamentū, nihilominus vltima volūtas ſuſtineri debeat in vim codicillorū; ita vt & legata debeantur à venietibus ab inteſtato, l. ex ea, §. his verbis vbi Bart. ff. de teſt. Dec. conſ. 242. n. 1. Franc. dec. 1. n. 13. Greg. XV. dec. 271. n. 8. & hęreditas pariter nō quidē iure directo, ſed iure obliquo, vt tradunt omnes in l. 2. & ibi max. Caſtr. C. de codic. Soc. reg. 213. Diaz. reg. 309. n. 5. latè Pari. cōſ. x. n. 30. lat. cōſ. 25. n. 5 li. 3. dicēs procedere de benignitate, & æquitate Alex. cōſ. 194 n. 3. vol. 7. Grat. diſc. 448. n. 9. cū ſeq. etiāſi teſtator vtatur verbis directis, quoniā nihilominus obliquātur, Caſtr. in d. l. 2. & eſt tex. in l. Paulo Callimaco, §. 1. ff. eod. l. ſequela, ff. ad Trebell. & eſt communis opinio, de qua Laderch. conſ. 67. n. 22.

Quia videtur poſse reſponderi prædicta procedere quādo conſtat teſtatorem addidiſse clauſulā codicillarē ad robur teſtamenti ſecus quando codicilli fiunt poſt teſtamentum, nam ſi hæreditas ex teſtamento non aditur, vt quia teſtamentum rūpatur diſpoſita in illis non valent, l. ſi quis, §. teſtamento facto, ff. de iur. codicill. & ibi præſertim Cuman.

Et coadiuuabantur prędicta, quia teſtator in prędictis codicillis

cillis teſtamentum,quod alias ſe condidiſſe aſſeruit confirmauit; quo caſu videtur voluiſſe,quod teſtamentum, ad quod relatio facta fuit,valeat,& conſequenter,vt hæredes ibi deſcripti, non autem venientes ab inteſtato ſoluant legata, quia ſi voluiſſet ſolui ab hæredibus ab inteſtato hoc dixiſſet, ſed non dixit, immo dixit contrarium,ergo noluit.l.1.§.ſin autem ad deficien. C. de caduc. tollen.& videtur tex.in l. quidam referunt,& ibi Bart.& Iacob.de Aren. ff. de Iur.Codicill. cauſa enim teſtati, & inteſtati ſibi inuicem aduerſantur.l.quamdiu.& l.is poteſt.ff. de acquiren. hæredit. & ſic ſi voluit præſtari ex teſtamento, noluit ab inteſtato, vt in terminis conſiderauit Bertazzol.conſ.65.n.11.cum ſeq. lib. 1. in ciuil.

Quo vero ad ſecundum dicebatur legatum non deberi vti adſcriptum in Codicillo rogato a Notario Patre; nam hæc eſt recepta in hac materia diſtinctio,quod aut filius eſt emancipatus,& legatum ei relictum in teſtamento,vel codicillo,de quo rogatus eſt Notarius pater debetur.l.impuberem.§.ſi ei.ff.ad l.Cornel. de fal. & l.ſi pater.§.fin.ff.eod.Bar.con.61.Cyn.in l.parentes.2. qu. C. de teſtib.Alber.in l.de eo.in fi. ff. ad l. Cornel. de fal. Magon. deciſ. Floren. 53. nu. 8. Rot. in Bracharen. Archidiaconatus 10. Martij 1625. coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Ioanne Baptiſta Coccino Rotæ Decano, vbi, quod Notarius frater poteſt rogari de legato fratri relicto; aut vero filius non eſt emancipatus, & tunc legatum non debetur, ex late cumulatis per Farinacc. de falſit. & ſimulat. quæſt. 150. n. 183. Magon. vbi ſupra, ea ratione, quia lege prohibemur nobis aliquid adſcribere ſub pœna falſi. l. Diuus. ff. de falſis. Bartol. in l. prima. C. de his,quę ſibi adſcrib. Farinacc.d.quæſt.150.n.175. at cum patri,de ijs,quæ filius in poteſtate exiſtens acquirit, habeat vſumfructum,merito quodammodo videtur ſibi adſcribere,quod non procedit in filio emancipato.

Neque eſt facienda differentia ſi adſcribatur in teſtamento in ſcriptis,vel in teſtamento nuncupatiuo;quamuis enim quod in teſtamento nuncupatiuo adſcribi poſſit opinati fuerint Odofr. in l. dictantibus,n.1.C.de teſtam.Spec.in tit.de Inſtrum.edit.§. poſtremo.n.28.ver.quid ergo ſi teſtator.Corn.in d.l. dictantibus. & alij

per Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.1.tit.6.n.5. tamen contraria opinio eſt longe verior,quamplurimis relatis probarunt Dec.cóſ. 105.n.10.Peregr.de iur.fiſc.lib.3.tit. 12. de adſcrib. ſibi in teſtamento,n.1,Farin.d.q.150.n.180.Magon.dec.Flor.53.n.5.

In vtraq. tamen quæſtione his non obſtantibus ſentire contrarium rectius putaui,habebamus enim omnia quæ ad ſolemnitatē codicilli iura requirunt,quare cum ex eo probaretur legatum difficultas verſabatur dumtaxat in reſponſione ad contraria,quæ iuxta meam ſententiam bene tolluntur ex ſeqq.

Concluſio enim,quod Codicillus factus poſt teſtamētum, habeatdependentiam à teſtamento procedit, vbi teſtamentum præceſſit,& eſt validum,& poſtea aliqua ratione infirmatur, ſecus ſi ab initio teſtamentum,vel non pręceſſit,vel eſt nullum,quia tunc Codicilli,etiam ſine teſtamento ſuſtinentur.Bart.in l.legata inutiliter.n.2.ff.de leg.1.ſequitur Caſtr.in l.etſi perceperit. n.3. ff. de liber.& poſthum.& in l.1.n.2.& ibi Alex.in 2.notab.in fin. nu.2. & Iaſ.n.1.C.de codicill.& per Alex.in l.quidam referunt in apoſt. ad Bart.ff.eod.tit. Dec.conſ.361. ſub n.2.verſ. non obſtat. Ruin. conſ.18.n.4.lib.2.& conſ.171. ſub num.2.ver. Sed hoc non obſtante. libr. 3. Pulchrè Berous conſil. 2. num. 28. libr. 2. Bertazzol. conſil. 65.num. 6. libr. 1.in ciuil.Neguſan.Iun. quæſt. 40.num. 6.cum ſeqq.

Et prædictis attentis declaratur diſpoſitio tex.in ſupra allegata l.ſi quis.§.teſtamento facto.ff. de Iur.Codicil.ibi enim refertur caſus,in quo teſtamentum ab initio erat validum, ſed poſtea aliqua ratione infirmatur, quia deceſſit hæres ibi ſcriptus ante teſtatorē, & ſic hæreditas non fuit adita ex teſtamento,& hoc caſu Codicilli etiam infirmantur,& rationē ponit tex.in l.quidā referunt.ff.de Iur.codic.quia,ſcilicet hæres ad quem ſermonē dirigit,relinquens legatū in Codicillis,non eſt in rebus humanis,& ponderauit bene Bertaz.conſ.65.a n.4.li.1.in ciuil.diuerſum ideo erit, ſi ab initio teſtamentū fuit nullū ex defectu alicuius ſolemnitatis,quia cū tūc hæredi ibi deſcripto,nō cenſeantur directa verba.ex eo,quia teſtamenti nulli, nullus eſt effectus.l.non putauit.§.non quæuis.ff.de bon.poſſ.contr.tab.Rip.in l.4.§.condemnatū.n.3.& 4.ff.de re iud. cenſentur conſequenter directa verba hęredibus venien.ab inteſt.

Neque

Neque obſtat, quod vlterius dictum fuit præd. ceſſare, ex quo teſtator videtur voluiſſe, quod legatum a ſe relictum ſolueretur ab hæredib. teſtamentarijs, non autem a venientib. ab inteſt. cũ confirmauerit teſtamentũ, quod alias ſe cõdidiſſe aſſeruit, quia quicquid ſit de hac Bertaz. conſideratione, quam late impugnauit Neguſan. Iun. d. q. 40. a n. 26. ver. minus obſtat. non poteſt procedere in caſu noſtro, vbi non conſtat de aliquo teſtamento valido, nec inualido, nam inter iſtos duos caſus, quando apparet de teſtamento, & quando non apparet, maxima eſt differentia: quia quando apparet de teſtamẽto, licet inualido, tunc ex eo bene percipitur mens teſtatoris, non quidem ad effectum, vt diſpoſita in eo habeant locum, ſed ſolum ad effectum inſpiciendi illius voluntatem. Bart. in l. fideicommiſſa. §. 1. & ibi gloſ. in verb. quoties. ff. de leg. 3. Menoch. præſump. 15. n. 4. ver. declaratur tertio lib. 4. Neguſan. d. quæſt. 40. num. 27. & ſic ex eo bene apparebit, quos hæredes in Codicillis voluit grauare, at quando non apparet de teſtamento, cum præſumptio iuris ſit, quod inuitauerit in teſtamento etiam legitimos hæredes, cum cenſeatur ſe confirmare voluiſſe cum diſpoſitione Iuris communis. Aretin. in l. ex facto. num. 15. verſ. præterea non eſt verum. ff. de vulgar. & pupillar. & in conſ. 146. circa finem. & late Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 6. num. 14. cum ſeqq. Conſequenter conſtat etiam de hæredibus, quos voluit grauare, non ideo non debetur legatum relictum in Codicillis, quando hæreditas non aditur ex teſtamento, quia teſtamentum rumpatur, ſed quia non adeſt hæres grauatus, qui eſt mortuus.

Quę reſponſio, licet apud me veriſſima ſit, tamen ſucceſſit etiã alia ſcaturiens ex clauſula omni meliori modo, quæ operatur, vt legitimi ſucceſſores ab inteſtato videantur rogati ſoluere omnia legata. l. Codicillis. §. vlt. & ibi Bart. & Imol. ff. de legat. 2. & in l. 1. num. 2. ff. de Iur. Codicill. & ibi Bald. Alexand. conſil. 161. num. 5. verſ. Secundo potuit. lib. 2. Cur. Iun. conſil. 266. n. 5. li. 3. Purpur. cons. 516. n. 12. lib. 2. Ceph. cons. 414. n. 26. li. 3. Menoch. præsum. 31. n. 9. lib. 4. de coniect. vltim. volunt. li. 3. tit. 14. n. 11. Negusan. Iun. d. q. 40. n. 37.

Nec pariter vim fecit, quod de Codicillis eſſet rogatus Notarius

rius pater: quia eſt aduertendum, quod ad euitandam pœnam. l. Corneliæ de falſis, ſufficit ſi Notarius, qui ſibi, vel filio in poteſtate legatum adſcripſit, examinet duos teſtes deponentes de veritate legati, iuxta Bald. conſ. 9 2. lib. 5. & Salic. in l. ſi teſtator, n. 4. C. de his, qui ſibi adſcrib. Ad petendum verò legatum ſufficit examen quinque, vel ſeptem teſtium rogatorum: tunc enim etſi legatum non probetur per ſcripturam reprobatam; probatur tamé per teſtes, & hæc eſt cautela, quam ponunt Doctores, Auguſt. in addit. ad Ang. de malef. in verb. falſario. n. 35. Farin. q. 150. n. 216. Magon. dec. Floren. 53. n. 7. ver. niſi tot teſtes adeſſent, & ratio eſt, quia licet præſumptio legis ſit, vt ij, qui ſibi adſcribunt, falſo adſcribant, non eſt tamen præſumptio iuris, & de iure, & idcirco admittit probationem in contrarium ex vulgatis. Examinatis igitur teſtibus, pronunciaui legatum deberi; & tanto magis, quia verſabamur in teſtamento militis, qui ſicut poteſt adſcribere ſibi legatum in teſtamento alterius abſque pœna. l. penult. & ibi Bald. C. de his, qui ſe in teſtam. ſcripſ. Rom. conſ. 506. n. 2. Odd. de reſtit. in integ. q. 10. n. 45. ita & videbatur poſſe diſponere, vt in eorum teſtamentis, etiam alij ſibi adſcribant, probata tamen per duos teſtes eorum voluntate, nam quomodocunque miles diſpoſuerit rata eſt eius voluntas, vt late dixi caſu 44.

ARGVMENTVM.

An & quando pro lucratis in ludo detur actio.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio ex cauſa ludi executionem non meretur.*
2 *Pecunia ludo amiſſa, nedum ſoluenda non eſt, ſed ſoluta repeti poteſt etiam intra 50. annos.*
3 *Amplia procedere etiam ſi is, qui vicit fuit inuitatus ad ludendum.*
4 *Limita quando fuit inuitatus nimis importunè.*

Pre-

5 *Prouocati ad ludendum licet poſſint in foro conſcientiæ pecunias retinere tamen reſtituere debent in foro fori.*

6 *Iuramentum promiſſorium ſoluẽdi pecunias ludo amiſſas quid operetur, & an poſſit diſpenſari, & quomodo.*

7 *Obligans ſe ad ſolutionem vſurarum, & medio iuramento poteſt obtenta ab Epiſcopo relaxatione non ſoluere.*

8 *Iuramentum non firmat actus, qui propter fauorem publicum principaliter prohibentur.*

9 *Ludus in Iure eſt prohibitus propter fauorem publicum.*

10 *Ex ludo infinita propemodum mala eueniunt.*

11 *Contractus inualidus robur à Iuramento accipiẽs non pōt amplius reſcindi.*

12 *Contractus robur accipiens Iuramento, non infirmatur propter abſolutionem obtentam Iuramenti.*

13 *Contractus inualidus tunc robur accipit à Iuramento quando non eſt prohibitus primo, & principaliter fauore publico.*

14 *Intellectus ad text. in cap. ſi diligenti de for. competen.*

15 *Miles non poteſt fori priuilegio renunciare cum Iuramento.*

16 *Miles ideo fori priuilegio renunciare non poteſt, quia verſatur fauor publicus, vt milites ſignis non abſint.*

17 *Fauor publicus Eccleſiæ verſatur, ne Clerici à Iudicibus Laicis coerceãtur.*

18 *Quæ tendunt primo, & principaliter contra fauorem publicum non tenent etiam ſi Iuramento roborentur.*

19 *Conctus minorum non ſeruatis ſolemnibus, licet ſint nulli, vim tamen acciciunt à Iuramento, quia priuilegium minorum fuit inductum principaliter fauore priuato.*

20 *Alienatio fundi Dotalis fauore mulierum nullo firmatur Iuramento.*

21 *Miles licet non poſſit conueniri niſi in quantum facere poteſt, tamen huic beneficio poteſt renunciare, & renunciatio tenet.*

21 *Declara concluſionem procedere quoad bona, non autem quoad perſonam, in qua verſatur fauor publicus.*

22 *Reipublicæ primario nihil intereſt minorem prædium ſine ſolemnitatibus vendidiſſe.*

23 *Si minores poſſent quoquo modo alienare, inde oriantur deceptiones, & confeſſiones Iuri publico aduerſantes.*

24 *Miles ſi poſſet à quouis Iudice coerceri facile imperiũ ſui Ducis euaderet.*

25 *Lex quæ diſponit de debito pecuniario reſpicit primario fauorem priuatum ſecundario publ.*

26 *Ex ludo oriuntur diſſentiones, & rixa.*

27 *Iuramentum potius eſt ſeruandum ratione Religionis.*

28 *Reipubl. intereſt, vt Iuramenta ſeruentur.*

29 *Intereſſe iuramenti licet reſpublica alio maiore in contrarium vigente non attendat tamen ratione minoris intereſſe debet attendere.*

30 *Iuramentum promittentis vſuras non dat robur contractui.*

31 *Probibitio vſurarum non eſt principaliter inducta fauore publico.*

32 *Qui contractus primario, & qui ſecundariò fauore publico prohibeantur.*
33 *Iuramentum non eſt vinculum iniquitatis.*
34 *Quot ſint ſpecies contractum, qui continent turpitudinem ex parte petentium eorum obſeruantiam.*
35 *Machinatio, & dolus iure naturali, & diuino prohibetur.*
36 *Turpius eſt non ſeruare ea, quæ de Iure diuino ſunt quam quæ de Ciuili.*
37 *Vſuræ ſunt prohibitæ iure diuino, & naturali.*
38 *Ludus iure diuino, vel naturali non improbatur.*
39 *Promiſſio iurata de ſoluendo quando continet quid Iuri naturali, vel diuino non repugnans parit actionem non obſtañ Iure ciuili.*
40 *Ius Ciuile dat actionem repetendi amiſſum in ludo, & denegat actionem lucranti.*
41 *Iuramentum nutritiuum peccati nihil operatur.*
42 *Lucrans bona fide, & ſine fraude in foro conſcientiæ non tenetur reſtituere lucratū in ludo.*
43 *Iure naturali conceditur dominium pecuniarum ludo creditarum.*
44 *Amittens in ludo tenetur ſoluere in foro conſcientiæ amiſſum.*
45 *Iura Ciuilia quamuis derogent actionem, & concedant repetitionem tamen non reddunt inhabilē recipientem ad retineñ, nec tollunt Iura naturalia, quæ dominij tranſlationem in recipientem concedunt.*
46 *Legatarius recipiens legatum in teſtamento minus ſolemni ſibi adſcriptum illud licite retinere poteſt licet hæres non teneretur ſoluere.*
47 *Pœna ſponſalibus adiecta licet minimè debeatur tamen ſi ſoluatur recipiens non tenetur ad reſtitutionem.*
48 *Iuramentum non continens turpitudinem, ſed remouens tantummodo obſtaculum Iuris Ciuilis debet firmum manere.*
48 *Ex Iuramento duplex oritur obligatio, altera ad fauorem hominis, altera à Deo.*
50 *Obligatio ex Iuramento ad fauorem hominis qualis ſit.*
51 *Relaxatio Iuramenti facti ad fauorem hominis non poteſt fieri ab Epiſcopo.*
52 *Epiſcopus licet poſſit relaxare Iuramentum quoad Deum non poteſt lædere ius tertij.*
53 *Idem dicitur de Papa; niſi relaxet de plenitudine poteſtatis, & cum derogatione regulæ de Iure quaſ. non tollen.*
54 *Seruandū eſt quod promiſſum fuit per nomen Dei.*
55 *Intellectus ad textum in cap. ſi debitores de Iure iuran.*
56 *Vſuræ ſunt omni Iure prohibitæ.*

CASVS

Digitized by Google

CASVS XXXXX

LVDO alearum amiſerat Vexilliſer vnius centuriç ſcuta quinquaginta quinq. & cum ea prõpta non haberet, apoca bino teſte, & propria ſubſcriptione munita intra menſem ſoluere etiam cum iuramento & obligatione Camerali promiſit, verum elapſo die ſolutioni adiecto, cum ſe minimè ſoluturum contenderet in iudicio vocatus dubitaui, An apoca exequutionem mereretur.

Et cum ex illius inſpectione liqueret pecuniarum promiſſionem eſſe ex cauſa ludi alearum, videbatur indubiè reſpondendũ executionem non mereri per tex. clarum in auth. alearum vſus, C. de relig. & ſumpt. gloſ. in cap. Clerici de vita, & honeſt. Cleric. quæ concluſio in tantum eſt vera, vt nedum pecunia ludo amiſſa ſoluenda non ſit, ſed ſoluta repeti poſſit, etiam intra quinquaginta annos per tex. in altera auth. alearum vſus, & ita antiquioribus relatis firmarunt, Gutier. de iuram. confirmat. par. 1. c. 53. Facchin. controuerſ. iur. lib. 11. cap. 52. Theſaur. quæſt. foren. 99. n. 1. lib. 4. Farin. quæſt. 109. a num. 175. cum seqq. Rota dec. 47. apud Greg. XV. & in Ceſenaten. pecuniaria 28. Iulij 1627. coram bon. mem. Manzanedo.

Et procedit etiam ſi is, qui vicit fuerit prouocatus, & incitatus ad ludendum, niſi tamen fuerit prouocatus nimis importunè vt poſt Imol. in l. ſi quis cũ ſciret n. 5. ff. pro empt. Coſtam, Caprã, & alios, quos citat diſtinxit Farin. d. q. 109. n. 201. & seq. vbi etiam quod prouocati ad luden. licet in foro poli poſſent tuta conſcientia pecunias pauperibus erogare, quàm amittenti reſtituere, ſecus in foro fori in quo ſemper erũt obligati amittẽti ad reſtitutionẽ. Nec eſt faciẽda vis in iuramẽto nam aut promittẽs adijt Epm ab eoque obtinuit abſolutionẽ a iuramẽto, & tũc eſt tutus abſq; alia ſo-

lutione, aut vero huiuſmodi abſolutionem non obtinuit, & tunc momentanea ſolutione. ac repetitione ſoluti liberatur ita docuerunt Nauarr. in ſumm. in antiq. edit. cap. 19. n. 17. ad quintum, & in noua cap. 20. num. 17. ad 5. Cordub. in ſumma q. 94. Henriq. lib. 7. de indulgen. cap. 35. n. 6. Azebed. lib. 8. recopilat. tit. 7. lib. 8. n. 7. Philiarch. de offic. Sacerd. tom. 2. par. 2. cap. 2. num. 11. lib. 5. Cap. lib. 2. dec. Cap. 121. num. 12. Lopez. 1. par. inſtruct. in 2. edict. cap. 184. concl. 4. & de contract. lib. 2. cap. 22. 2. par. concluſionis concluſ. 1. Farinac. quæſt. 109. num. 213. Gutier. de iuram. confirmat. par. 1. cap. 53. num. 8. & 9. vbi etiam ſi adſit iuramentum ſe non repetiturum, quia tunc, vt inquit poterit obtenta prius iuramenti relaxatione ſolutum repetere.

Et ſanè prædictorum opinio innititur optimo textui in Cap. debitores de iur. iuran. per quem conſtat obligantem ſe ad ſolutionem vſurarum etiam medio iuramento poſſe obtenta ab Epiſcop. iuramenti relaxatione, non ſoluere, & optima ratione, quia iuramentum actus non firmat, qui propter fauorem publicum principaliter prohibentur, vt probatur in cap. ſi diligenti de foro competen. cap. cum contingat de iur. iur. l. Iuriſgentium, §. ſi paciſcar. ff. de pact. Bart. in l. ſi quis pro eo n. 7. & 8. ff. de fideiuſſ. Ant. de Butr. in d. c. cum contingat n. 8. in princ. & n. 16. & ibi Abb. n. 22. verſ. Octauus caſus Couar. de pact. par. 2. §. 1. n. 1. & 5. Gutier. de iuram. confirmat. par. 1. cap. 58. n. 15. Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 61. n. 13. Sanchez. de matrim. lib. 1. diſput. 32. n. 8. cum ſeqq. vbi plenè, at ludus in iure eſt prohibitus, & quidem fauore publico propter plura, & infinita propemodum mala, quæ inde veniunt, vt per tex. in l. fin. C. de Religioſ. & ſumpt. funer. Alber. in l. 1. §. item notandum, ff. de aleæ vſu, & aleat, Add. ad eum in d. l. 1. §. fin. litt. A, Henric. Boich. in cap. Clericali il ſecondo num. 1. verſ. & hæc prohibitio de vit. & honeſt. Cleric. & ibi Abb. n. 16. verſ. ad vltimum Pariſ. de Put. in tract. de ludo, num. 11. & ſeqq. & alij plures per Farinac. d. quæſt. 109. num. ſecundo cum ſeqq.

Prædictis tamen minimè refragantibus, cenſui apocam executionem mereri, & pecuniam creditam ludo amiſſam deberi; & mouebar, quia quando contractus licet ſine iuramento inualidus

firmatur

firmatur iuramento,& ab eo robur accipit,tunc nõ licet amplius contrauenire contractui.nec abſolutio à iuramento,ſi petatur, & obtineatur operatur,vt contractus infirmetur, vt probant optime tex.in auth.Sacramenta puberum.C.ſi aduerſ.vend.& tex.in c. 2. 2.de pact. in 6. & ibi Dominic.n.3. Franch.n.4.Tiraq.in l.ſi vnquam.in ver. reuertatur.n.78.C.de reu.don. Sanchez de matrim. diſput.32.lib.1.n.6.

Tunc autem contractus ſine iuramento inualidus firmatur,& robur accipit a iuramento, quando, vel non eſt prohibitus Primo, & principaliter fauore publico,ſed eſt prohibitus primo & principaliter fauore priuato, licet ſecundariò reſultet fauor publicus, & ex illius obſeruantia nõ læditur,nec lędi poteſt ius tertij,qui cõtractui non conſenſit;exemp.deſumitur ex c.ſi diligenti, de for. cõp. vbi deciditur irritum eſſe pactum iuratum,quo Clericus fori priuilegio renuncia : & ex gloſſ. in l.ſi quis in conſcribendo,in verb. antiqui.ver.quartus.C.de pact.vbi quod miles renunciare fori priuilegio non poteſt,etiam cum iuramento.Cum.conſ.169.in fi.In iſtis enim ideo renunciatio etiam cum iuramenro nihil operatur, quia verſatur fauor publicus, vt Milites a ſignis non abſint, nec poſſint ab alio Iudice coerceri,&mulctari,nec ſic Reſpub.aliquid detrimẽti capiat,& lædatur ius tertij,Principis ſcilicet, qui vtendũ hominem accepit. Similiter verſatur fauor publicus Eccleſiæ, vt Clerici, non coram laicis,ſed coramEccleſiaſt.Iudicibus coerceãtur, & iudicium ſubeant ,ne aliàs aliquid contingat in pręiudiciũ, aut vilipendium Eccleſiæ,quæ etiam repreſentatur ex perſona illius Clerici,& ſic cum primo & principaliter hæc renunciatio tẽdat ad diminutionem eius,quod primo & principaliter fauore publico inductum eſt,& poſſit lędere ius tertij;merito non tenet etſi iuramento roboretur,vt quoad Clericos bene.Fel.in d.c.ſi.diligẽti.de for.comp.Couar.in c.quamuis pactum in 2.p.relect.poſt n. 9.de pacr.in 6.alijq.per Sanch.de matrim.d.diſp.32.n.8. verſ.prima regula.lib.1.& quoad Milites,latè Cattanea in tract.de benef. deduct. ne egeat.q.8. a n.57.cum plur.ſeqq. E contra,exemplum eorum,quæ ſunt prohibita;Primo,& principaliter fauore priuato, ſecundario fauore publico,deſumitur ex text. in auth.ſacramenta puberum. C. ſi aduer.vendit.& ex cap.2.de pact.in vbi cõtractus

mi-

minorum non ſeruatis ſolemnitatibus ſunt nulli,& tamen robur accipiunt a iuramento, & ex cap. cum contingat de iur. iurand. & cap. 2. eod.tit. in 7.vbi alienatio fundi dotalis mulierum fauore nullo firmatur iuramento ſimiliter licet miles habeat priuilegium. l. maritum.ff.ſolut.matr.vt ſcilicet conueniri non poſſit, niſi in quantum facere poteſt, deducto ne egeat, tamen huic beneficio poteſt cum iuramento renunciare, & renunciatio tenet, quoad bona, licet non quoad perſonam, in qua verſatur fauor publicus Ameſcua in tract.de poteſt.in ſe ipſum q.24.n.17.Caſtanea d.q.8.n.54. & ſeq. & iſta dicuntur prohiberi primo, & principaliter fauore priuato; Secundario verò fauore publico, quia licet Reipublicæ interſit, minores non lædi mulieres eſſe dotatas, & milites eſſe diuites,tamen quia vtilitas immediatè defertur priuato idcirco dicitur primo,& principaliter fauore priuato, nihil enim primario Reipub.intereſt,minorem,vel alium Ciuem fundum ſine ſolemnitatibus emptum habere,quia fundus ille ſiue ad vnum,ſiue ad alium vadat,ſemper in eo ius publicum eſt illeſum intereſt tamen ſecundario,quia ſi minores poſſunt quoquomodo alienare poſſent facilè tunc oriri deceptiones, & confuſiones,quæ aduerſantur iuri publico, & ſic ius publicum in hoc primario non læditur, ſed euentualiter, quod non contingit in alijs exemplis ſupra relatis, quia ſi miles a quouis Iudice capi poſſit, vtique poſſet facillimè euadere Imperium Ducis, quando illius perſona eſt neceſſaria. vel ad pugnandum, vel ad aliud,vt ad ſenſum patet; pariter ſi Clericus,quia dignitas Eccleſiaſtica ab eo repreſentata læderetur etiam in alijs, vt optimè poſt alios explicat Sanchez vbi proximè: qui præterea nixus auctoritate Bart.& Alciat.in cap.cum contingat n.29.de iur.iur. regulam tradit,vt in dubio quoties lex diſponit de debito pecuniario principaliter fauorem priuatum reſpiciat ſecundario publicum.

In caſu igitur noſtro licet lex deneget actionem pro conſequẽda pecunia ludo credita, ſicut & deneget actionem in contractibus minorum ſine ſolemnitatibus fauore publico non eſt tamen fauor publicus immediatus, quia Reſpub. ex illa pecuniæ ſolutione, non læditur, cum parum publico interſit vnum,vel alium pecunias illas habere, ſed mediatus, & euentualis,quia nempe ex

ludo

ludo poſſunt oriri diſſenſiones, & rixæ: ſi ergo fauor publicus eſt mediatus ex ſupradictis robur accipit a iuramento, quod magis expedit ſeruari ratione religionis, quam non ſeruari ob publicũ intereſſe remotum, & quod poteſt eſſe, & non eſſe: eſt enim etiam principale, & primarium intereſſe Reipub. vt iuramenta ſeruentur, & ideò iſtud intereſſe, licet alio maiori intereſſe in contrarium vigente non attendatur, tamen nulla eſt ratio, quare non ſit attendendum ratione minoris intereſſe, & hæc ratio benè deſumitur ex Doctor. præalleg. & ex tex in c. 2. de pact. in 6.

Non obſtat ſi dicatur, quod in caſu cap. debitores de iur. iur. iuramentum promittentis vſuras non confirmat contractum, nec illi robur dat, & nihilominus prohibitio vſurarum non eſt primo & principaliter fauore publico cũ nihil Reipub. intereſt hunc, vel illum pecunias illas pro vſuris ſolutas habere, ſed tantum ſecundario, vnde merito idem videatur dicendum in pecunia ludo amiſſa: quia pro reſponſione eſt ſciendum: duas eſſe ſpecies contractuũ, qui primo, & principaliter prohibentur propter priuatam vtilitatem: Prima eſt eorum, qui nullam cõtinent turpitudinem ex parte illius, qui vult ſibi contractum obſeruari ex gr. in eo, qui emit a minore, vel muliere bona fide, & ſine dolo non ſeruatis tamen ſolemnitatibus, & in iſtis contractibus ſine dubio iuramentum validitatem operatur, vt probant tex. clari in cap. cum contingat de iur. iur. & in Auth. ſacram. puberum, C. ſi aduerſ. vendit. Altera eſt eorum, qui continent turpitudinem ex parte illorum, qui petunt contractum obſeruari ex gr. in ijs, qui dolo, vel fraude induxerunt contrahentem ad cõtrahendum, et tunc iuramentum contractum non confirmat ea ratione, quia iuramentum non eſt vinculum iniquitatis cap. quanto de iur. iur.

Rurſus, & iſta ſpecies contractuum, qui continent turpitudinẽ ex parte eorum qui petunt obſeruantiam cõtractus ſubdiſtinguitur: Nam aut turpitudo eſt de iure diuino, vel naturali, aut vero de iure ciuili, & humano tantum: ſi de iure diuino, vel naturali, & tunc iuramentum non confirmat contractum, ſi de iure ciuili iuramentum firmat contractum, ita Butr. in d. c. cum contingat n. 4. ad med. Bald. in l. non dubium n. 26. C. de legib. Couar. de pact. 2. par. §. 3. n. 2. Sanchez vbi ſupra n. 13. exemplum, ſi quis inducat

ducat vi, aut metu ad contrahen. contractumq. iuramento firmandum turpitudo erit de iure naturali,& diuino,quæ prohibet dolum,& machinationem, ſi verò quis contrahat cum minore ſine ſolemnitate bona tamen fide,inerit turpitudo de iure ciuili, quia tantum de iure ciuili hoc inductum eſt,atque ideò cum turpius ſit non ſeruare iuramentum, quod eſt de iure diuino, meritò iuramentum firmabit contractum.

Ad propoſitum igitur ideo iuramentum non confirmat contractum promittentis vſuras licet prohibitio vſurarum non ſit primo,& principaliter fauore publico,quia vſuræ ſunt prohibitæ, & iure naturali,& diuino,Doct.in l.cunctos populos,C.de ſumm. Trinit.& fid.Cath. & in rubr.& cap.1.de vſur.Bal.in rubr. C.de vſur.Grat.conſ. 57.in princ. lib.1.Alex.conſ.49.lib.4. Seraph.de priuil. 116. n.4. & ſic in ijs verſatur turpitudo primæ ſpeciei, vt probatur in d.c.debitores de iur.iur.& ideò merito iuxta prædicta nõ cõfirmatur cõtractus vſurarius:at in pecunia ludo amiſſa nulla talis ineſt turpitudo,quia iure diuino vel naturali non impro batur, cum ludus non ſit iure naturali prohibitus, vt benè probat Molin.de contract.diſput. 510.n.2.verſ.quoad ſecundum: & fuit ſententia Diui Thomæ 2. 2.quæſt.168.art.2.& ſeq.Io.Medic.de reſtit.quæſt.23. Sot. in 4.de iuſt.quæſt.5.art.2.& licet iure ciuili denegetur actio pro pecunia ludo amiſſa, eſt tamen aduertendũ, quod non ex ludo orta fuit obligatio, & actio, ſed ex promiſſione iurata de ſoluendo, quæ de ſe cum non contineat, quid de iure naturali,aut diuino improbatum merito pariet actionem virtute iuramenti non obſtante iure ciuili ex traditis per Butr. in d. cap.cum contingat n.8. de iur. iur. Caſtren. in d. auth. Sacramenta puberum num.8.& 9. Couarruu.de pact. par. ſecunda, §.3. num.2.

Neque aliquid officeret ſi replicaretur ineſſe hic turpitudinẽ ex parte petentis obſeruantiam contractus, cum lex det actionẽ ad repetendum ei qui ſoluit denegetque actionem lucranti, & conſequenter non poſſit tranſire dominium in recipientem, qui ideò erit in peccato retinendo rem alienam inuito Domino, & ſic iuramentum vti nutritiuum peccati nihil operabitur, ideoq; in foro conſcientiæ teneri lucrantem ad reſtitutionem pecunia-

rum

rum creditarum ludo iure humano prohibito lucratarum ſi ſoluantur tenuerunt, Sot.lib.4.de iuſt. quæſt.5. art.2. in fin. in 2. edit.Gutierez.de iuram par.1.cap.53.num.1. in fin. Lopez lib. 2. de contract. cap. 22. D. Thom. & alij relati per Molin. de contract.diſput.513.num.1.

Quia reſpondetur contrariam ſententiam, vt imo in foro conſcientiæ lucrans bona fide,& ſine fraude non teneatur reſtituere veriorem, & communiorem eſſe,quam probarũt,Molin. de iuſt. & iur.tract. 2. diſput. 513. per tot.& 515. §. quoad ſecundum Henriq.lib.7.de indulgent.cap.35.num.6.Banneſ.2.2.quæſt.32. art.6. Salon.2.2. quæſt.62. Alcozer. lib.de ludo cap. 30. Vega lib.3.ſummæ caſ.288.& alij per eos, Neque obſtat quod iure ciuili denegetur actio, & detur repetitio, quia iure naturali pecuniarum lucro creditarum conceditur dominium, imò tenetur promittens ſoluere in foro conſcientiæ, vt latè probant præcit. præcipuè Molin.d. diſput.510.& 513. quamuis ergo iura ciuilia denegent actionem & concedat repetitionem, tamen non reddunt inhabilem recipientem ad retinendum, nec minus tollunt iura naturalia, quæ dominij tranſlationem in recipientem concedunt, et videmus in ſimili. quod legatarius recipiens legatum ſibi relictum in minus ſolemni teſtamento licitè illud retinet,licet hæres non teneretur ſoluere, Sot. lib.4.de iuſt. quæſt.5.art.3. Burgoſ. de Paz in l.Tauri par.5.num.1482. & in ſimili de pœna ſponſalibus adiecta,quæ licet minimè debeatur, & nulla ſit non propterea ſi ſoluatur tenetur recipiens reſtituere, vt latè Sanch. lib.1.de ſponſ.diſp.31.Atque hinc patet quod cum nulla ex parte recipientis inſit turpitudo, & iuramentum remoueat ſolum obſtaculum iuris ciuilis meritò non erit nutritiuum peccati, & ſuum operabitur effectum,vt in terminis tenuerunt Molin. to.2. de iuſt.& iur.tract.2.diſput.515.& Sanch.de matrim. lib. 1. de ſponſal.diſput.32. a n. 24.

Vnde ex prædictis benè tolluntur contraria, quia primum, quod detur repetitio de iure ciuili admittitur, ſed talis repetitio inhibetur virtute iuramenti ex prealleg.

Et ad ſententiam eorum, qui dixerunt obtenta abſolutione a iuramento poſſe amittentem denegare ſolutionem.

Re-

Reſpondetur, quod ex prædictis apparet falſa nam abſolutio a iuramento, tunc dumtaxat operatur, quod vnus ex contrahentibus non ſit obligatus ad obſeruantiam promiſſorum, quando contractus robur non accipit a iuramento tunc relaxatio iuramẽti non operatur liberationem, Gemin. in d. cap. 2. num. 3. de pact. in 6. Franch. ibidem num. 4. Iaſ. in d. auth. Sacramenta puberum num. 41. Couar. de pact. §. 3. num. 2. verſic. inſertur par. 2. Gomez. tom. 2. var. reſolut. cap. 14. num. 21. Gutier. in d. auth. Sacramenta puberum num. 20. cum ſeqq. Gabr. conſil. 127. num. 33. lib. 1. Becc. conſil. 63. per tot. lib. 1. Menoch. conſil. 24. ex num. 11. lib. 1. Pedroch. conſil. 35. ex num. 87. cum ſeqq. cum ergo in caſu noſtro promiſſio pecuniarum ludo amiſſarum robur accipiat a iuramento conſequenter nihil operatur relaxatio iuramenti. Ratio autem quare relaxatio iuramenti nihil operatur contra tertium, quando contractus firmatur, & eſt validus operetur autem vbi contractus a iuramento robur non accipit eſt quia ex iuramento duplex oritur obligatio, altera ad fauorem hominis altera Deo, ad fauorem hominis ſi contractus eſt talis, qui iuramento robur accipiat iuxta ſuperius notata, & tunc nihil, quoad hominem operatur relaxatio, quia diſpenſari non poteſt ab Epiſcopo, quia Epiſcopus licet, vti miniſter Dei poſſit relaxare iuramentum quoad Deum non poteſt tamen lædere ius tertij; Nec minus Papa niſi de plenitudine poteſtatis, & cũ derogatione regulæ de iure quæſito non tollen. ſi vero contractus non firmatur iuramento, tunc quia reſpectu hominis nulla oritur a iuramento vis reſtat ſolum obligatio verſus Deum, qui in teſtem illius promiſſionis fuit inuocatus, cui ideò cum ſeruandum ſit, quod per nomen eius promiſſum eſt, peti ideo debet abſolutio ab eo, quam impertitur mediantibus ſuis miniſtris, vt probant tex. in cap. verum et: in cap. ſi vero de iur. iur. & ibi Butr. n. 5. Imol. num. 6. Rolan. conſil. 2. n. 87. lib. 1. Gutier. de iuram. confirmat, par. 1. cap. 57. n. 20. Sanchez d. diſput. 32. num. 1.

Ad tex. in c. ſi debitores de iure iuran. & ad rationẽ, quod prohibitio ludi ſit publicę vtilitatis fuit reſponsũ nempè quod tex. prædictus loquitur de vſuris, quæ ſunt omni iure prohibitæ, cum ludus ſit prohibitus dumtaxat iure humano, quod tollitur ex virtute iu-

te iu-

te iuramenti;fauor vero publicus circa ludum non eſt primarins, & certus, ſed ſecundarius,& euentualis,quem ideò non eneruare vires Iuramenti ex ſupra adductis apparet.

Non obſtat demum quod communis opinio ſit in cōtrarium quia vt ait Menoch.præſumpt.7.num.39.lib.2. non dicitur com munis opinio quæ plures ſectatores habet nulla diſputatione præ miſſa,ſed perfunctoriè, & vt aiunt per tranſennam eam ſequentem, quare optimè dicit Nauarr. in ſumma cap.27. num. 289. eam exiſtimari approbatam opinionem, quæ diſcutitur ex profeſſo a ſex Doctoribus, quam quæ a quinquaginta ſequitur ſolum priorum auctoritate ductis, & etiam optimè Lup. in cap. per ueſtras de donat. inter Vir. & Vxor. notab.3. §.21. num. 12. dum dicit non eſſe credendum Doctoribus quantacumque doctrina polleant,dum carent fundamento.

ARGVMENTVM.

Milites qui ſe deligi à Centurione paſsi ſunt, & receperunt pecuniam vulgò impręſtantiam, ſi non adhuc deſcripti ſint in Matricula à Collaterali, an poſsint pœnitere, & militię ſe ſubtrahere, & quæ ſolemnitates in creando Milite, antiquitus, quæue hodierno tempore adhibeantur, fusè recenſetur.

SVMMARIVM.

1 *Militiæ nomen dare volentes, quibuſdam expletis ſolemnibus militari dignitate decorabantur.*

2 *Militia eſt dignitas.*

3 *Recenſentur requiſita quibus antiquitus milites ſumebantur.*

4 *Milites non ſunt qui nondum in numeros ſunt relati, licet lecti ſint Tirones, & iter faciant publicis expenſis.*

5 *Milites ex ſola deſcriptione in notula Centurionum, in numeris non dicuntur relati.*

6 *Notula, qua vtuntur Collaterales in publicis luſtrationibus, dicitur breuiarium, & matricula militum, vulgò Ruolo.*

7 *Rodulus probat quem eſſe militem, nedum in indicijs, ſed etiam extra.*

8 *Non relatus in numeris, militaribus priuilegijs non gaudet, nec munia militum ſubire cogitur.*

9 *Contractus quem non adſtringit, quando ſuam perfectionem non habet.*

10 *Tiro dicitur, qui non eſt deſcriptus in notula.*

11 *Tiro non eſt miles, nec gaudet priuilegijs militaribus, ſi adhuc arbitrio deligentis reijci poteſt.*

12 *Contractus debet eſſe æqualis inter contrahentes, nec debet claudicare.*

13 *Miles qui non eſt nec gaudet priuilegijs, nec munera militum ſubit.*

14 *Miles qui ad libitum dimitti poteſt, poteſt & ad libitum abire.*

15 *Monachus admiſſus ad annum probationis vſque quo profeſſionem non emittat poteſt ad ſui libitum à Religione recedere.*

16 *Militia eſt contractus inter militem, & Principem.*

17 *Contractus regulariter ſolo conſenſu perficitur, nec admittit pœnitentiam, Limita in num. ſeq.*

19 *Matrimonij cauſa efficiens eſt conſenſus, & tamen vltra conſenſum alia requiruntur, ſine quibus matrimonium non eſt perfectum.*

20 *Mo-*

10 *Monachus vt dici poſſit, non ſolum annum probationis debet explere, ſed etiam alia multa.*
21 *Militia contractus, vt perfectionem haberet, antiquitus requirebat Tirocinium, Exercitium, Cingulum, Sacramentum, & Deſcriptionem.*
22 *Hiſce ſolemnibus non admiſſus, militia munera ſubire recuſans, non committit delictum.*
23 *Contractus quando eſt perfectus quilibet ex contrahentibus, legibus illius ſubmittitur.*
24 *Contractus ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto neceſſitatis.*
25 *Militia contractus continet, vt Miles Duci ſuo obſtringatur, omnia ſe ſtrenuè facturum, quæ ille præceperit.*
26 *Item à bello, Caſtriſque non diſcedere, niſi de licentia.*
27 *Item tenetur ad delectum reſpondere, à commeatu ſe non ſubtrahere, & militiam non deſerere*
28 *Contractus militia hodiernis temporibus ſolo conſenſu perficitur, nempè illius, qui à Principe habet ius deligendi, & illius, qui ſe in militem delegi patitur.*
29 *Intellectus ad l. ex eo tempore, ff. de milit. teſtamento.*
30 *Deſcriptionis ſolus defectus non facit, quem non reputari militem.*
31 *Declaratur textus in l. 1. §. fin. ff. de bonor. poſſ.*
32 *Miles non deſinit eſſe miles ſi trasferatur de vno ad alium numerum, etiam ſi adhuc in num. in quo debet transferri non ſit deſcriptus.*
33 *Matricula, ſeu Rodulus habebit ſe potiùs ad vſum probationis, quam ad eſſentiam contractus militaris.*

CASVS LI.

ROMANO florente Imperio non paſſim, neque pro cuiuſque libidine, ſed ſolemnibus quibuſdam expletis
1 militiæ dare nomen volentes militari dignitate decorabantur, dignitas enim
2 nuncupatur militia à gloſ. in authen. Iuſiuran. quod præſtat. ab his. §. 1. in verb. Cinguli.
3 In primis enim offerebant ſe ijs, qui diligendi Ius habebant, de qua oblatione habemus tex. in l. 1. C. qui militar.

litar. non poſſ. ibi offerte vos ijs qui probandi militem ius habent; aſſumebantur deindè in Tirocinium de quo habemus ſpecialem titulum, C. de Tiron. lib. 12. poſtquam autem erant ad Tirociniū aſſumpti exercebātur in ſcholis, & ſcholarum huiuſmodi, earūq. numeri habemus tex. in l. fin. C. locat. exacto indè Tirocinij tempore ſi militiæ idonei reperiebātur admittebantur ad Cingulum militare, de quo eſt mentio in l. 3. C. de fabricenſ. lib. 9. & Cingulum iſtud militare, aut erant ſtigmata, ideſt vt vult Veget. lib. 2. de re Milit. cap. 5. puncti cuti militis inuſti ac picti, aut iux. gloſ. in Auth. Iusiuran. quod præſt. ab his, §. 1. in verb. Cinguli, erat ſignum arbitrali forma explicitum dignitatis acceptæ. Poſtremò exacto prius Iuramento militari, cuius varias formulas refert Cotor. de Iur. Milit. cap. 6 lib. 1. deſcribebantur in militum numeris & matricula, & tunc, & non anteà reputabantur milites l. ex eo tempore, ff. de Milit. teſtam. Cotor. eod. cap 2. 3. 4. & 5. Petrin. Bell. de re Milit. par. 1. tit. 6.

Cum ideò prædicta ſeruata non eſſent in duobus Picenis, qui recepto à Centurione ab Excellentiſs. Generali deligēdi militem munus habente ſolito Impræſtantiæ, vt vocant, ſtipendio, ſe in notula militum delectorum deſcribi voluerunt, & nihilominùs commeatui vulgò, marciata, ſe ſubtraxerunt; videbatur prima fronte dicendum licitè commeatui ſe ſubtraxiſſe, nec vllum commiſiſſe facinus, quod aliqua eſſet coercendum pœna.

Milites etenim non erant, dum in numeris non erant adhuc
4 relati, dicta l. ex eo tempore, ff. de militar. teſtam. vbi proindè qui nondum in numeris ſunt, licèt lecti Tirones ſint, & publicis expenſis iter faciant, nondum tamen milites ſunt: nec in nume-
5 ris relati dici poterant ex ſola illa deſcriptione in Centurionis Notula, ſiuè Breuiario; quandoquidem vt conſuetudine notum
6 eſt, non illa, ſed potiùs illa quæ fit à Collaterali in publicis luſtrationibus dicitur Breuiarium, & Matricula militum, vulgò Ruolo, & huic Rodolo, ſeù Rolo prçſtatur fides, l. ſi duas, § fin. ff. de excuſat. tutor itaut inſpectio illius nedum Iudici militari, ſed cuicumque probet aliquem militem eſſe, Cotor. de iur. milit. c. 7. in fin. vbi etiam habes alios modos probandi aliquem militiæ adſcriptum, refert & ſequitur Rouit. in pragmat. de Militib. 16.
8 num. 56. Si ergo milites non erant, nec gaudebant priuilegijs militaribus, vt probat tex. in d. l. ex eo tempore, ergo nec munia

mili-

9 militum ſubire cogebantur. legibus enim contractus non aſtringimur, quando contractus ſuam perfectionem non habet, l. ſi Dominus, ff. de præſcript. verb. Bald. in l. multum. C. ſi quis alter. vel ſibi, Alex. conſ. 28. nu. 3. lib. 1. Dec. conſ. 11. nu. 1. Tiraquel. de retract. conuent. ad fin. tit. nu. 24. Surd. conſ. 202. nu. 5. lib. 2. porrò hic contractus ſuam perfectionem non habebat, quia dum
10 prænarrata non interuenerant, & conſenſus, & deſcriptio in notula Centurionis non faciebant illos milites, poterant ad ſummũ dici Tirones ex pręalleg. Tiro autę, vt docet militię Magiſter
11 Vegetius lib. 1. cap. 8. de re milit. non ſolum miles non eſt, & priuilegijs militaribus non gaudet, ſed adhuc arbitrio deligẽtis reij-
12 ci poteſt; ergò ne contractus ſit inter partes contrahentes inæqualis, & claudicet cõtra diſpoſitionem l. Iulianus, §. ſi quis, ff. de act. empt. cum alijs per Menoch. conſ. 122. nu. 39. ſi non eſt
13 miles nec gaudet priuilegijs, æquum, nec erit, vt ſubeat onera,
14 & ſi ad libitum dimitti poteſt, poterit, & ad libitum abire, quæ
15 omnia optimè corroborantur exemplo Monachi admiſſi ad annum probationis, cui vſquequo profeſſionem non emittat, licet habitum aſſumat, cæteraq. munia Monachi exerceat, attamen ad ſui libitum ſemper, & quandocunque licebit à Religione recedere.

Neque obſtare videtur ſi dicatur, quod militia ſit contractus
16 inter Principem, & milites, vt latè probaui Caſ. I. & quod con-
17 tractus regulariter ſolo conſenſu robur aſſumant, & conſequenter iſti, qui ſe in milites aſſumi conſenſerunt non poſſint ampliùs
18 pœnitere: quia Reſpondetur, quod non ſemper ſolus conſenſus dat contractui ſuam perfectionem, quia perfectus non eſt ſolo conſenſu, ſi quandoq. vltrà conſenſum aliquid prætereà à lege deſideratur, & id minimè interceſſit, l. cum hic, §. ſi Prætor, ff. de tranſact. l. traditionibus, C. de pact. cap. quæ contra, de reg. Iur. in 6. Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gloſſ. 6. num. 31. Euerard. in
19 topic. legal. loc. 53. ſic videmus in matrimonio in quo licet illius cauſa efficiens ſit conſenſus, vt latè Sanch. de matrim. diſput. 25. lib. 3. nihilominus ad eius perfectionem, & validitatem plura ex forma ſacrorum Canonum, & ſacr. Concilij Tridentini exiguntur, ſine quibus robur non obtinet, vt ex eod. Sanch. idem,
20 & experimur in Monacho, nam vltrà conſenſum, qui & certa forma ab eo præſtatur; etiam annus probationis, ac alia multa

intercedere debent, de quibus Rodriq.qq.Regul.tom.3.q.15.art. vlt.Sanch.ad præcept.Decalog.lib.8.cap.10.nu.1. Ad rem igitur noſtram cum vltrà conſenſum multà alia ad militiæ contractus
21 perfectionem iura requirant, nimirum Tirocinium, Exercitium, Cingulum, Sacramentum, Deſcriptionem, vt ſuperiùs relatum eſt, & hic minimè interuenerint, meritò contractus iſte perfectus dici non poterat, & ideò Piceni ſi commeatui ſe ſubtraxerunt, ac alia
22 munera militaria ſubire recuſarunt nullum commiſiſſe delictũ dicendum videbatur, prout in ſimilibus terminis determinarunt in puncto Giurb. conſil. 59. num. 65. iuncto num. 71. & 77. Eugen. conſil. 23. num. 24. cum ſeqq. lib. 1. Farinac. conſ. 4. nu. 9. lib. 1.

Prædictis tamen non attentis contrarium de iure veriùs eſſe cenſui, videlicet homines prædictos ſic à Centurione delectos, & qui conſenſum delectioni præſtiterunt, & Impræſtantiam receperunt, licet nondum in numeris à Collaterali relati eſſent, non potuiſſe ſeſe commeatui ſubtrahere, & ſe ſubtrahendo crimen
23 commiſiſſe capitaliter coercen: & motus ſum, quia contractu perfecto, quilibet ex contrahentibus legibus illius ſubmittitur;
24 cum omnes contractus ab initio ſint voluntatis, ex poſtfacto neceſſitatis, l. ſicut ab initio C. de act. & oblig. l. in commodato, §. ſicut, ff. cõmod. l. de contractu, C. de reſcind. vend. l. quamuis, C. de tranſact. Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. libertis, num. 15. C. de reuoc. donat. Gutier. pract. qq. q. 43. num. 13. lib. 3.

Inter leges autem contractus militiæ, illa eſt præcipua vt mi-
25 lites Duci ſuo obſtringantur omnia ſe ſtrenuè facturos, quæ ille
26 præceperit, & à Bello Caſtriſq. non diſcedere, niſi de licentia, vt cõſtat ex ijs, quę referunt Liuius in 2. & 5. Decad. lib. 3. & Decad. 1. lib. 7. Tholoſ. in Syntagm. par. 2. lib. 19. cap. 4. num. 2. alijq. à me
27 congeſti Caſ. I. num. 32. & ad delectum reſpondere, & commeatui ſe non ſubtrahere, aut alias militiam deſerere capitali pœna imminẽte, l. qui cum vno, §. qui poſt, ff. de remilit. Tholoſ. Syntag. d. lib. 19. cap. 3. num. 5. Cabal. reſolut. crimin. caſ. 294. num. 88. Decian. tract. crim. lib. 7. cap. 15. num. 7. Pancirol. conſ. 106. n. 24. Giurb. conſ. 59. num. 65.

Contractum autem fuiſſe perfectum indè patet, quia interceſſit hinc indè mutuus in idem conſenſus, Centurionis ſcilicet, qui à Principe ius deligendi habet, & militis, qui ſe in talem

aſſu-

aſſumi,& deligi paſſus eſt,§.1.Inſt.de verb.obl.l.1.ff.de pact.Mol. de contract. tract.2.diſput.252.cum ſeqq.Lopez eod. tract.cap.1.

Neque negotium faciebant in contrariũ adducta; & in primis non obſtat, quod qui nondum in numeris relati ſunt, licet lecti Tirones ſint, milites non ſint,ad tex. in d.l. ex eo tempore,ff. de milit. teſtam. quandoquidem hoc ibi in textu non dicitur, quaſi eſſentia, & ſubſtantiatio, ſeù perfectio contractus militiæ conſiſteret in illa deſcriptione, nam & alibi habemus, quod quis eſt miles, licet in numeris non ſit, l. 1. §. fin.ff. de bonor.poſſ.ex teſtament.milit. Sed ideò tex. præſupponit neceſſariam deſcriptionem, quia militi plura erant adimplenda, de quibus initio dictum eſt, antequam pronunciari potuiſſet miles, probatio verò quod ea omnia eſſent adimpleta reſultabat ex deſcriptione; quod
30 ſi illa omnia eſſent iam adimpleta, ſolus defectus deſcriptionis non obeſſet, nec efficeret quin verè reputaretur miles, quod eſt
31 manifeſtum ex d.l.1.§. fin. ibi enim quia miles omnia expleue-
32 rat, & erat verè miles licet deletus eſſet ex vno numero, quia tamen in alium numerum transferendus erat,adhuc erat miles, quamuis in iſto alio numero adhuc deſcriptus non eſſet: Non enim erat in primo numero, quia iam erat deletus, non etiam in ſecundo vbi transferendus erat, quia nondum erat deſcriptus & translatus, ergo dum textus dicit, quod adhuc eſt miles, neceſſariò includit quod non deſcriptio ſed alia faciebant illum
33 militem; habebit ſe igitur Matricula, ſeù Breuiarium vulgò Rolo, potiùs ad vſum probationis, quam ad eſſentiam, & probationem contractuum,ſicut videmus in Inſtrumentis,quibus non ad eſſentiam,ſed ad contractuum probationem vtimur, cap. 1. de cenſib. in 6. Bald. in l.1. num.18. C. de Iur.haſt. Fiſcal. lib.10. Surd. conſ. 144. num.25. & deciſ.246. num.9.& facit generalis regula, quæ de Matricula traditur, vt licet illa probet affirmatiuam quoad deſcriptos,nimirum omnes ibi deſcriptos eſſe de ea profeſſione,de qua loquitur matricula, non autem probet negatiuam,vt videlicet ſi in matricula deſcripti non ſint, ergo & de ea profeſſione non ſint,Seſſ.deciſ.143. in princ.n.1.& ſeqq. & dixi Caſ.XLVI. n.33. cũ ſeq. & in puncto Matriculæ, ſeù Rodoli militũ, quod ſe habeant ad probationem nõ ad eſsentiam, & quod probent affirmatiuam non tamen negatiuam ſentit Odd.de compend.par.5.q.3.præmiſs.3.concluſ.5.verſ.aut non concurrunt.

Et

Et quod verè talis deſcriptio non requiratur ad eſſentiam, &
36 perfectionem contractus confirmabam ego, ex clara diſpoſitio-
ne Priuilegiorum Militiarum S. D. N. Papæ. Priuilegio enim
37 primo cauetur tam milites deſcriptos, quam & deſcribendos debere priuilegijs militaribus frui; & ſic patet quod etiam moderno Iure Pontificio deſcriptio ad eſſentiam militis non eſt neceſſaria, cum etiam milites non deſcripti priuilegijs fruantur; quod tamen æquum non eſſet niſi verè milites eſſent, l. cum Fiſco, ff. ad Sillan. l. 1. § fin. ff. de aq. pluu. arcen.

Non obſtabat pariter, quod non adeſſent ea, quæ Romano
38 florente Imperio conſtat vſui fuiſſe ad aſſumptionem militis;
39 quia hodierna conſuetudine antiquæ illæ ſolemnitates ſunt ſublatæ, & aſſumptio in militiam pendet à pura voluntate Centurionis deligentis, & perſonæ deligi volentis, Caſtill. deciſ. 105. num. 20.

Ex quibus patet nos verſari in contractu perfecto, & propterea non applicari caſui noſtro regulam legis, cum hic §. Prætor. ff. de tranſact. & exempla quæ de Matrimonio, & Monacho relata ſunt; quippè in illis vltrà conſenſum aliquid prætereà deſiderabatur ad contractus perfectionem, quod non deſideratur hic.

Atque hinc patet indiſtinctè nimis loquutos Giurbam, Farin.
40 & Eugen. locis citatis, dum firmarunt deſcriptionem eſſe ità de eſſentia, vt aliàs nec quoad incommoda, nec quoad commoda quis reputandus ſit miles; quia rectiùs, vt rationibus relatis credo, ſentijt Odd. loco à me proximè allegato, quem etiam ſequutus ſum in ſimilibus terminis, Caſ. XLVII.

Præmiſſis omnibus pro veris admiſſis adhùc ad totalem caſus huiuſce deciſionem remanebat difficultas; Dicebatur enim nullibi apparere homines prædictos conſenſum, & nomen militiæ dediſſe: non quidē ex Matricula Collateralis, quæ vt dicitur facit probationem probatam, & veritatem apparentem, quia in
41 ea deſcripti non erant; non etiam ex depoſitione Centurionis, & eius Cancellarij, quia cum ſint intereſſati, cum agatur de facto eorum, ex quo decus, & dedecus reportare poſſunt, nihil probare dicebantur, iuxta l. nullus, ff. de teſtib. & in l. omnibus, & vtrobique, communiter Doctores, C. eod. cap. inſuper in vltimis verbis, extr. eod. tit. Roland. conſ. 98. n. 1. lib. 4. Natt. conſ. 43. n. 4.

Ve-

Digitized by Google

42 Verumtamen ſicut negari non poteſt quin iſta Centurionis, & Cancellarij depoſitio, delectos de præſtito delectioni conſenſu non conuincat; ità etiam nec negari poterit facere magnum probationis gradum: Dixi non conuincere, ſed facere magnum probationis gradum, quia licet regulariter duo teſtes ad conuin-
43 cendum ſufficiant, ex vulgat. tamen regula procedit vbi teſtes ſunt integræ fidei; hic autem dici nequeunt integræ fidei, quia licet contractus verè non ſit inter ipſum Centurionem, & delectum in militem, ſed inter Principem, & militem, & ſic non ſit verum, quod agatur de intereſſe Centurionis; tamen eſt etiam verùm, quod iſta atteſtatio aliquantiſper eius commodum reſpiciat, quia ipſe eſt qui delegit, & erogat pecuniam, vulgò, Impreſtanza; ex quo ſequitur quod ratione commodi ſaltem ſecundariò eius fides aliquantiſper diminuatur, vt docent Abb. in cap. inſuper, num. 2. verſ. & licet ſit dubium, extr. de teſtib. Rimin. conſ. 409. num. 28. & ſeq. vol. 4. Farinac. quæſt. 60. num. 9.

Concludebam ideò ex prædictis Picenos iſtos in contrarium poſſe ordinaria pœna ex ſola ſupradicta depoſitione condemnari: quod ſi agatur de præſentibus crederem, vel torturæ, vel extraordinariæ pœnæ locum eſſe, iuxta probationum contingentiam, illud dumtaxat aſſerendo, quod nequaquam ad conuincendum, vt ſit locus pœnæ ordinariæ Centurionis, eiusq. Cancellarij atteſtationes ſufficiant.

F I N I S.

INDEX RERVM ET MATERIARVM,

quæ in hoc operæ continentur.

Primus numerus denotat Caſus, Secundus Numeros.

A

ABSOLVTVS ab obſeruatione Iudicij, & relaxatus poteſt nouis ſuperuenientibus inditijs ad carceres reuocari, & de nouo inquiri. 39. 5.
Accenſus amore alicuius, quomodo exeuſetur. 13. 6.
Accipiens rem à fure iuſto titulo, licet ſciat rem eſſe furatam non erit dicendus malę fidei poſſeſſor. 38. 18.
Accipiens rem iuſto titulo non dicitur eſſe in mala fide. 38. 16.
Accipiens rem alienam à fure, quocumque titulo tenetur eam, vel æquiualens illius Domino reſtituere. 38. 2. quod declara nemero 3.
Accipiens rem furatam, ſiue exter, ſiue non, etiam ſi non ſit factus locupletior tenetur Domino reſtituere. 38. 1. quod declara numeris ſequentibus.
Actio, & obligatio in contractibus alternatim, & coęqualiter oritur inter contrahentes. 1. 1.
Actiones debent qualitati perſonæ correſpondere. 20. 22.
Actio de iniurijs, quæ ex verbali offenſione deducitur, ceſſat quando non concurrit, quod verba ſint iniurioſa, & prolata ſint animo iniuriandi in vot. ad 12. 2.
Actor debet ſequi forum rei. 39. 4 fallit num. 15.
Actus ſemper eſt referendus ad cauſam proximam, & immediatam. 11. 17.
Actus carcerationis iuriſdictionalis eſt. 33. 15.
Ad hoc vt per mortem Notarij, & Teſtium arguatur falſitas inſtrumenti tria requiruntur. 43. 15.
Adminiculum ex ſecreta alloquutione reſultans vrgens eſt. 41. 9.
Adminiculum oritur ex comparatione litterarum. 41. 41.

Adſtringens ſe ad id ad quod non tenebatur, ſibi debet imputare. 25. 2.

Adultus in ſtabulo exiſtens ſi puero lumen conſignat, & ex lumine ſtabulum comburatur, non puero, ſed adulto imputandum erit, qui id præcauere debuerat. 25. 18.

Aduocatus fiſci fiſcalem cauſam ſemel ſumptam deſerere non poteſt prætextu honorarij non ſoluti. 1. 47.

Aduocatus quæ à Cliente ſecreto, habuit, non magis tenetur reuelare, quàm Confeſſarius peccata pœnitentis. 23. 16.

Aduocati licet moniti ſub pœna excommunicationis ſecreta clientum reuelare non debent, etiam ſi veritas aliunde haberi non poſſet. caſus 23. num. 17.

Aduocatus in foro, & Scholares in ſcholis num capi poſſint. 33. 18.

Aduocati Iuniores, Seniores in munere aduocationis, Senioribus ætate præferuntur. 5. 23.

Affectata ignorantia grauius quam ſcientia punienda eſt. 39. 9.

Affirmans aliquem Ebrium de credulitate probat. 19. 20.

Alapa eſt offenſa grauior vulneribus. 27. 5.

Alapa eſt de genere delictorum, quæ nulla poſt ſe relinquunt veſtigia. 27. 7.

Alapæ percuſſio reputatur apud Viros Militares grauior offenſa, quam ea, quæ fit lato gladio. 20. 27.

Alapæ impactio inter grauiſſimas iniurias numeratur. 27. 4.

Alapæ impactione immo, & ſola manus eleuatione, percuſſione minime ſequuta infertur iniuria. 27. 2.

Alloquutio tunc ſecreta dicitur, quando alloquentes recuſant aliorum communionem. 41. 10.

Alienatio armorum in Milite Tyrone, parcius caſtiganda eſt. 18. 7.

Alienare arma tàm graue Crimen eſt, vt æquipararetur deſertioni. 18. 2.

Ambigui ſermonis natura eſt vt aliud dici videri non debeat, quam quod ſe dicere ſentit is qui dicit. 12. 14.

Amittens arma, vel alienans, capite puniendus eſt. 6. 5.

Anibal pro qualibet leui iniuria, & culpa milites puniuit. 20. 16.

Animus iniuriandi non poteſt eſſe ſine dolo, itaut non ſufficiat lata culpa, quæ alias dolo æquiparatur vot. ad 12. 1.

Animus offendendi regulariter cenſetur ineſſe verbo iniurioſo, quamuis addatur proteſtatio contraria vot. ad 12. 14.

Animus offendendi ceſſare dicitur vbi apparet de cauſa diuerſa ſcilicet de neceſſaria defenſione proprij honoris vot. ad 12. 15.

Animus, & propoſitus diſtinguunt maleficia. 19. 10.

Animus vtpote ſenſui non ſubiectus, ſed in corde latens non Teſtibus, ſed præſumptionibus probatur. 12. 15.

Animus inſpici debet ad effectum alicuius pœnæ incurreñ. 26. 28.

Antimonium eſt ſecundæ veneni ſpeciei. 26. 20.

Antimonij qualitates. 26. 21.

Antimonium vltra modum datum poteſt occidere. 26. 24.

Arbitrium Iudicis intrat vbi lex aut edictum non cauit. 16. 13.

INDEX

Arbitrium Ducum ſumitur ex celeſti motu. 8. 18.
Arbitrium ad mortem extendere ex qualitate facti Iudex poteſt. caſus 26. num. 12.
Argumentum de cauſa ciuili ad Criminalem valet. 32. 13.
Argumentum de Clerico ad Militem eſt validiſſimum. 6. 11.
Argumentum de Clerico ad Militem non procedit vbi iura diuerſimodè inter eos ſe habent. 32. 7.
Argumentum de Doctore ad Militem procedit. 1. 9.
Arma alienare tam graue crimen eſt, vt deſertioni æquiparetur. caſus 18. num. 2.
Armorum alienatio in Milite Tyrone, non eſt tam acriter caſtiganda. 18. 7. & in verbo alienatio.
Arma, & Equi Militares dicuntur Militum membra. 30. 6.
Arma, & Equi Militum in cauſam Iudicati accipi non poſſunt. 30. 8.
Arma deponere non eſt poſitum in poteſtate Militum, qui ad Principis, & Reipublicæ patrocinium Militiæ ſe adſcripſerunt. 6. 42.
Arma ferre in Palatio Principis olim prohibitum. 6. 21.
Arma in Caſtris non ad decorem, ſed ad hoſtium timorem geruntur. 6. 39.
Arma pariunt ardorem in pugnando, ſicuti membra pariunt vires. 6. 29.
Aſſumens cuſtodię officium eſt ad illud exactè obligatus. 25. 1.
Aſſaſſinium tam reſpectu Mandantis, quam Mandatarij morte punitur. caſus 26. num. 2.
Aſſaſſinij requiſita quæ ſint. 26. 3.
Aſſaſſinium num requirat promiſſionem in genere, vel in ſpecie. 26. 4.
Aſſaſſinij qualitas inducitur ſpe pręmij, etiam nulla præcedente promiſſione. 26. 5.
Aſſumens cuſtodiæ officium eſt ad illud exactè obligatus. 25. 1.
Aſſumens cuſtodiam alicuius credere debet ſe poſſe eum cuſtodire. caſus 25. 8.
Auaritia Ducum milites ipſos auaros, ac latrones reddit, itemque inopes, & Bella Ciuilia appetentes. 8. 8.
Auditor Generalis Exercitus habet manum Regiam, ſeu brachium Regium, & poteſt procedere nullo iuris ordine ſeruato. 14. 13.
Auditor Generalis poteſt credere Teſtibus omnino reprobatis. 14. 14.
Auditor Generalis poteſt attendere probationes extraiudiciales, & alia. 14. 15.
Auditor generalis Militum, culpis inquiſitis punit eos nomine Ducis. caſus 29. 14.
Auditor Generalis ſoli Duci ſubeſt. 29. 15.
Auditor Generalis in omnes aduertit appellatione poſtpoſita ſolo recurſu Ducis permiſſo. 29. 16.
Auditores Tertij ſubſunt Militum Tribunis. 29. 18.
Auditores Tertij Militum culpas inquirunt Vice tribunorum quibus ſubſunt 29. 19.

INDEX

Auditores Tertij Duce inconſulto ad mortem condemnare nõ valent. 29. 20
Auditor, vel pœnam Militibus inferat, vel ſi à Centurione, vel alio officiali illata ſit arbitretur num fuerit condigna. 29. 33.

B

BELLVM contra Impios, & hæreticos nedum eſt licitum, ſed etiam meritorium. 1. 10.
Bellum, & armorum ſtrepitus diſtrahit Sacerdotes à laude Dei. 2. 17,
Beneficia de quibus Romanæ leges loquuntur, ſi ad hodiernos Milites extendantur ad eos dumtaxat trahenda ſunt, qui in expeditione, & diſcrimine Belli ſunt. 44. 2.
Blaſphemia crimen omnium diriſſimum. 4. 1.
Blaſphemia iram Dei prouocat. 4. 2.
Blaſphemiæ cauſa Orbis terrarum concutitur aliaque mala eueniunt. 4. 4.
Blaſphemiæ cauſa integri Exercitus interierunt. 4. 5.
Bona conceſſa à Patre Militiæ cauſa caſtrenſia ſunt. 44. 18.
Bona Caſtrenſia quæ ſint, & quæ aduentitia. 44. 4. & 17.
Bona fides in dubio ſemper præſumitur. 38. 21.
Bona fides in Milite errore iuris cauſatur. 38. 20.
Bona fides concurrente iuſto titulo ex quauis iniuſta cauſa efficitur. caſus 30 num. 19.
Bona quæ apud Militem in Caſtris defunctum inueniuntur Belli, & Militiæ occaſione parta præſumuntur. 44. 20.

C

CALOR iracundiæ facit abeſſe dolum. 20. 10.
Calor Ferrariæ ingens Auguſti menſe. 6. 14
Charitas debet in Milite præponderare. 15. 8.
Cato dicere ſolitus fuit cõtra Cognatos aduerſus Clientes teſtificantes, nemo bonus teſtimonium dicit. 23. 28.
Cauſarum Patroni militare dicuntur. 1. 10.
Cauſarum Patroni Clientum ſecreta ſibi commiſſa inſtante altera parte iudicialiter deferre tenentur ſecundum aliquos Doctores. 23. 5.
Cauſa ſtatus tunc dicitur agi cum de libertate controuertitur. 17. 10.
Cauſæ parentum reputantur propriæ filiorum. 17. 24.
Caſtra ſunt Territorium Militantium ibique, niſi magiſtri Militum

Ius

Ius non dicunt. 33. 16.
Centurio eſt Vir potens, & timendus. 31. 8.
Centurio poteſt in Milites etiam facto animaduertere. 29. 24.
Centurio Milites delinquentes in delictis communibus debet remittere ad Auditorem. 29. 32.
Centuriones ideo dantur Militibus, vt doceant eos, Militarem diſciplinam. 8. 11.
Centuriones debent præ omnibus ſtudere honori. 23. 7.
Cæſar apud Gallos, Druidibus impartitus eſt Bello ſemper vacare. caſus 2. num. 16.
Cæſar fere omnia militum nomina memoria retinebat. 46. 27.
Cæſarum vſus in euehendis Militibus ad gradus militares. 3. 1.
Ceſſat Legis diſpoſitio, vbi ceſſat ratio legis, 37. 12. cum ſeqq.
Ceſſio in potentiores fieri non poteſt. 17. 19.
Clericus an ſit, vel non Clericus cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum 4. 14.
Clericus alimenta ab Eccleſia ſumens, & fruens Clericalibus priuilegijs neceſſe habet, vt habitum, & tonſuram gerat. 6. 43.
Clericus eo ipſo, quod initiatur dicitur ei Imprimi caracter indelebile, quantumuis poſt delictum, & in fraudem ſe fecerit initiari. 32. 22.
Clerici militare non poſſunt, nec etiam contra Infideles. 2. 13.
Clericus non poteſt priuilegio fori renunciare. 23. 11.
Clericus non poteſt renunciare Beneficio capituli odoardus. 40. 14.
Clericus nulla pœna eſt dignus ſi incedit ſine habitu, & tonſura. caſus 6. num. 12.
Clericus poteſt conuenire Laicum coram Iudice Eccleſiaſtico ſi agatur de re profana ad Eccleſiam ſpectante. 30. 13.
Clericus per character initiationis tangi non poteſt à Iudice ſæculari, ſed ſemper retinet priuilegium Canonis, ſi quis ſuadetur. 32. 23.
Clericus pro ratiocinijs Laicum coram Iudice ſuo conuenire debet. caſus 31. 6.
Clericus Teſtis productus ſi coram Iudice Laico falſum perhibeat, ab eo puniri non poterit. 33. 2.
Cibariorum impenſæ ad eum pertinent, qui hominem adhibendum accipit. 1. 43.
Cicatrices valorem Militium indicant 3. 17.
Dictum Quintiliani de Cicatrice Militis. 3. 19.
Cognitio an aliquid verſetur circa ſpiritualia, nec ne ad quem Iudicē ſpectet. 4. 11.
Cognitio an aliquid verſetur circa ſpiritualia ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum. 4. 15.
Commeatus Militibus eſt parciſſime concedendus. 40. 1.
Commeatus non eſt concedendus ex cauſa egritudinis, niſi prius Iudex vna cum Medico eam veram indagauerit. 40. 3.

INDEX

Commeatus Militibus non eſt dandus, niſi ob res proprias neceſſarias componendas 34. 1.
Commeatum concedentes non habentes poteſtatem, capite puniuntur. 16. 5.
Commeatum tam danti, quàm accipienti pœna capitalis eſt irroganda. 16. 2.
Commodum publicum, priuato eſt anteferendum 28.
Comparatio litterarum debet fieri per Peritos cum alijs requiſitis. 41. 13.
Conditio in hæreditatis inſtitutione adiecta ſecundum aliquos vitiat teſtamentum. 44. 12.
Confeſſio extraiudicialis ſemiplenam facit probationem. 14. 13.
Confugiens ad militaria ſigna carcerari non poteſt. 33. 17.
Conſuetudo praua ab exercitu difficilè euelli poteſt. 1. 18.
Conſuetudo generat legem. 6. 7.
Conſuetudo potius parit conſilium quam præceptum. 6. 9.
Conſuetudo in Regno Galliæ circa lites Militum. 40, 18.
Conſuetum eſt Militem aſſiduo enſem ferre. 6. 6.
Contractus Militiæ ſpeciem quandam ab alijs diuerſam conſtituit. 1. 44.
Contractus Militiæ per quæ verba concipiatur. 1. 37.
Contractus Militiæ iuxta multos locatio eſt. 1. 33.
Contractus Militiæ non eſt propriè contractus locationis. 1. 39.
Contractus Militiæ non eſt contractus innominatus. 1. 27.
Contractus ſemel conſtituti inuita altera parte reſcindi non poſſunt, ſtante præſertim iuramento. 1. 20.
Contractus innominatus, an re non integra reſcindi poſſit. 1. 32.
Contractus innominatus an reſcindi poſſit ſtante iuramento. 1. 30.
Contractus innominatus non continet materiæ loco quantitatem certam pecuniæ, ſed ſpeciem tantum pro facto dandam 1. 28.
Contractus innominati natura eſt, vt vnus ex contrahentibus altero non adimplente poſſit contractum reſcindere. 1. 5.
Contractus innominatus pœnitentiam admittit ex capite adimplementi non ſequuti. 1. 6.
Contractus innominatus ad fauorem piæ cauſæ pœnitentia non reuocatur. 1. 21.
Contractus nominati reſcindi non poſſunt per exceptionem non adimplementi. 1. 35.
Contractus nominati pœnitentiam non recipiunt, 1. 34.
Contra Militem non admittuntur teſtes infimæ conditionis. 44. 7.
Contumacia quælibet in Milite aduerſus Ducem capite punienda eſt. 1. 5.
Contraueniens edicto Ducis indictas ibi pœnas non euitat. 23. 3.
Conuicia expedit Reipublicæ, vt propulſentur. 27. 26.
Conuicia quando dicta ſunt coram talibus, qui putant ea vera diſſimulanda non ſunt. 27. 32.
Conuicia ſunt obſeruanda ſecundum qualitates detractoris. 27. 34.

Con-

INDEX

Conuiciatus in abſentia poteſt Conuiciatorem repellere cum verbo, mentiris, ſi tamen loquatur conditionaliter, quatenus ſcilicet de honore ſuo obloquutus fuerit. 27. 26.

Conuiciatus à publico, & diſſamato detractore non debet æſtimare iniuriam, quia ea nullam ſibi parit honoris iacturam. 27. 31.

Conuiciator quando talis eſt, vt eius audacia facilè comprimi poſsit conuicia diſsimulanda non ſunt. 27. 33.

Conuicioſa verba, ſiue in abſentia, ſiue in præſentia prolata regulariter tolleranda ſunt 27. 29.

Conuinci ad hoc vt aliquis poſsit requiruntur teſtes omni exceptione maiores. 15. 2.

Conuincitur quis notorietate delicti. 14. 3.

Correctio legum, & contrarietas ſemper eſt euitanda. 17. 15.

Correctio ita eſt facienda, vt quod minus poteſt corrigat. 45. 23.

Correctio eſt infligenda in ipſo erroris actu vt ſic ſubita animaduerſione culpæ melius milites ſe gerant. 29. 31.

Credens ſe delinquere in foro fori, ſi non delinquat, iſta credulitas delinquendi non punitur. 26. 30.

Creditor dum ignorauit pecunias ſibi reſtitutas ad alium pertinere nec ſibi fuit denunciatum vt non exigeret, excludit malam fidem in vot. ad 38. 5.

Crimen capitale reputatur ſi quis ad militiæ honorem aſpiret, antequam innocentiam ſuam oſtendat, dum fuit ab alio iudice citatus 32. 15.

Crimen commiſſum in loco ſacro ſacrilegium dicitur. 28. 8.

Crimen ſi in alijs turpè reputatur in militibus turpiſſimum. 22. 9.

Crimen dirum etiam effectu non ſecuto vltimum ſupplicium minatur. 26. 10.

Crimen grauius à non graui quomodo diſtinguatur. 34. 10.

Crimen læſæ maieſtatis probatur teſtibus vilibus, & criminoſis 14. 8.

Crimen læſæ maieſtatis neceſſario reuelandum eſt. 23. 24.

Crimen lenocinij in Milite ſummopere deteſtatur. 13. 18.

Crimen in quo immiſcetur læſio maieſtatis ſemper capitali pœna punitur. 16. 4.

Crimen proditionis in Milite turpiſſimum eſt. 26 14.

Crimen propalatum habens ſub promiſſione de non reuelando poteſt ſe à reuelatione abſtinere timore torturæ. 23. 36.

Culpa in cuſtodia à Milite adhibita, vltimo ſupplicio punienda eſt. 25. 4.

Culpa ad hoc vt excludatur à cuſtodiente debet vim facere fugienti, etiam eum percutiendo 25. 9.

Cuſtodia non eſt danda Militibus Tyronibus, ſed Veteranis. 25. 14.

Digitized by Google

INDEX

D

DAMNA quæ ex nimia Ducis aſperitate eueniunt. 7. 11.
Damnati ad catenam militiam non amittunt, nec eis Princeps gratiam faciendo eam ipſis reſtituit, ſed pœnam illam condonat. 28. 9.
Decurio male ſe gerens in officio remouendus eſt. 15. 1.
Decurio tenetur obuiare ne milites delinquant. 15. 2.
Decurio tenetur obuiare ſcandalis. 15. 3.
Decurio tenetur rixantes diuidere. 15. 4.
Decurio poteſt Milites etiam facto coercere. 29. 24. quod declara nu. 30. & ſequenti.
Decurio licet non poſſit conducere res alienas, ſi tamen ei ſucceſſerit, qui conduxerat, permanere in conductione poteſt. 37. 7
Defenſio poteſt fieri ſuper altare, & in ipſo rei diuinæ Sacrificio. 20. 25.
Deferre in fiſcum aliena crimina reputatur officium turpis viri, vetitumque à gloria ſtipendiorum. 23. 9. & ſeq.
Degentes in Caſtris indifferenter nullos tenentur rogare teſtes in teſtamento, 44. 14.
Delictum eſt ex propoſito metiendum. 7. 33.
Delictum deſertionis probatur per Militis fugam. 9. 17.
Delictum deſertionis grauiſſimum eſt. 9. 23.
Delictum etiam ſi ſit graue, & difficilis probationis ſatellites non admittit in teſtes. 6. 14. ſed contra. n. 12.
Delictum difficilis probationis redditur ex pluribus, quę enumerantur. 14. 11.
Delictum difficilis probationis probatur per teſtes inhabiles. 12. 12
Delictum falſitatis enumeratur inter enormia delicta. 16. 14.
Delictum falſitatis augetur ſi concurrat qualitas receptæ pecuniæ. 16. 15.
Delicta Militum vſu ſalubri ſemper apparuit nulla venia proſequi. 18. 17.
Delicta præliorum præpoſteram emendationem non recipiunt. 29. 25.
Delinquens in ebrietate eam allegans ad excuſationem, opportet vt eam probet & magnam. 19. 22.
Delinquens nedum puniri poteſt à Iudice originis & delicti, ſed à Iudice Domicilij. 23. 5.
Deliquiſſe quem non conſtat, niſi Reus ſit de delicto, vel confeſſus, vel conuictus. 11. 21.
Depoſitio Socij Criminis confirmata in tortura ad faciem Rei iuncto aliquo adminiculo ſuffic t ad torturam inferendam. 41. 7.
Deſertores eo ipſo quo abſunt Militia priuantur. 28. 8.
Deſertor eſt puniendus à Iudice Loci commiſſi delicti. 35. 3.
Deſertor Militiæ amplius Miles non eſt. 35. 4.
Deſertoris nomen eſt aptum comprehendere omne genus delictorum, quæ commit-

Digitized by Google

committuntur per Milites. 28. 2.
Deſertoris nomen in Militia generale eſt. 28. 1.
Deſertores qui à Caſtris aufugiunt, nomen Militum perdunt. 28. 7.
Detegens crimen habitum, ſub promiſſione de non reuelando, dicitur fregiſſe fidem. 23. 34.
Detegens ſecreta fidei ſuæ commiſſa punitur pœna falſi. 23. 21.
Deus minatur pœnas polluentibus nomen ſuum. 4. 3.
Dicere (al diſpetto di Dio) an importet Blaſphœmiam, Recenſentur opiniones Doctorum, dicens conditionaliter, Mentiris, conditione non exiſtente, mentita non affert iniuriam. 27. 27.
Dictum Ciceronis, & Alexandri Magni. 3. 25.
Dictum Auguſti ad Tyberium. 27. 14.
Dictum Ariſtotelis circa conuicia in abſentia prolata. 27. 15.
Dictum Mœcenatis ad Auguſtum de Conuicijs in abſentia prolatis. 27. 15.
Dictum pulchrum Epaminundæ Thebani. 5. 4.
Dictum pulchrum Eumenis. 27. 14.
Differentia inter fideiuſſorem Rei ſimpliciter, & inter fideiuſſorem, cum clauſula etiam nouis ſuperuenientibus inditijs. 39. 18.
Difficilium, & impoſſibilium idem eſt iudicium. 32. 12.
Diſceſſus Militis à Caſtris, ſi ſit ſine cauſa præſumitur doloſus. 9. 38.
Diſciplina Militaris Romanis antiquior fuit, quam charitas coniunctorum. 9. 37.
Diſciplina Militaris leui actu fœdata excuſationes non admittit, vt impunis culpa relinquatur. 6. 30.
Diſciplina Militaris à Ducibus Exercituum minutim ſeruanda eſt. 6. 15.
Diſciplina Militaris diuerſimodè eſt obſeruanda vbi in pacis potiùs, quam Belli Statu moratur exercitus. 7. 5.
Diſciplina Militaris non patitur Militem aliquantula negotiatione vacare. 17. 12.
Diſciplina Militaris ex fuga Militum nimis læditur. 9. 36.
Diſciplina relatiuorum, & exequatorum eadem eſt. 44. 7.
Diſpoſitio Capituli in fidei fauorem de hęretic. in 6. procedit etiam in Crimine læſæ maieſtatis. 14. 9.
Diſpoſitio text. in l. nullum, C. de Teſtib. procedit in quocumque Iudice, qui falſos Teſtes punire poteſt. 33. 5.
Diſpoſitio text. in l. omne delictum non procedit ſine dolo. 19. 29.
Diſpoſitio text. in l. nullum, C. de Teſtibus, non habet locum in Iudice ad ſimplex examen delegato. 33. 4.
Diſtinctio pœnarum plurium Caſuum circa alienationem armorum ex Paulo Iuris Conſulto, 18. 3.
Diſtinctio Text. in l. Magiſteriæ, C. de Iuriſdict. omn. Iudic. 33. 6.
Diuitiarum priuilegia innumera. 3. 13.
Doctores ob dilatam ſalarij ſolutionem legendi onere ſubleuantur. 1. 8. quod declara num. 46.

J Doctores

Doctores, & Cauſarum Patroni, militare dicuntur. 1. 10.
Dolus augetur ex mendacio. 9. 40.
Dolus quomodo conſideretur, reſpectu accipientis rem furtiuam in vot. ad
38. 6.
Dormiens æquiparatur mortuo. 5. 3.
Ducis ſummi ad electionem quæ requirantur. 3. 14.
Duces ſi intendunt alos rectè regere debent ſibi primitus imperare. 8. 14.
Duces ij laudabiliores exiſtunt, quorum exercitus ad modeſtiam humanitas,
& labor inſtituit, quam illi quorum milites ad obedientiam ſupliciorum
formido compellit. 7. 9.
Ducis authoritas ſeueritate mirum in modum comparatur. 7. 12.
Dux ita gerere ſe debet, vt ſui Milites ipſum plus timeant quam hoſtes. 7. 13.
Duci cauendum eſt ne nimia Lænitas contemptum, neque nimia ſæuitia odiū
excitet. 7. 30.
Ducum arbitrium ſumitur ex cœleſti motu. 8. 18.
Duces fraudantes ſtipendia Militum damnantur ad reſtitutionem quadrupli,
& dignitate priuantur. 8. 19.
Duces debent ſperare remunerationem à Principe. 8. 20.
Duces non debent de Commeatu militum lucrum ſibi acquirere.
Dux Exercitus poteſt ad fidem reſtituere Teſtes inhabiles. 14. 22.
Duci Exercitus quandoque vetitum eſt Milites à numeris transferre. 16. 6.
Duces qui non permiſerunt vinum à ſuis militibus bibi. 19. 21.
Dux quicquid edicto cauit inuiolabiliter ſeruandum eſt. 23. 2.
Dux exercitus non pœna ſemper, ſed ſæpe debet pœnitentia contentus eſſe.
13. 7.
Dux Exercitus in milites habet omnimodam, & abſolutam coerctionem.
29. 8.
Duci exercitus omnes pœnæ ſunt arbitrariæ. 29. 9.
Ducis Exercitus arbitrium in coercendis militibus non taxatur à lege ſcrip-
ta, ſed ex Cœleſti motu ſumitur. 29. 10.
Dux exercitus eam habet in Exercitum auctoritatem, quam habent Summi
Principes in eorum Territorijs. 29. 11.
Dux exercitus nè à grauioribus curis diſtrahatur ad coercen. Milites, habet
Auditorem generalem. 29. 13.
Duo homines non conſtituunt magnum numerum. 43. 17.

E

INDEX

E

EBRIETAS triplex. *19. 6.*
Ebrietas ad hoc vt excuſet debet probari magna. 19. 5.
Ebrietas, & Militia res omnino incompatibiles ſunt. 19. 13.
Ebrietas deſtruit Militarem diſciplinam. 19. 14.
Ebrietas duo Militiæ peſſima generat, ſoporem, & rixas. 19. 15.
Ebrietas probatur ex loquela inceſſu, & reiterato potu 19. 25.
Ebrietas vti res difficilis probationis ſignis, & coniecturis probatur. 19. 24.
Ebrietas vt excuſet debet probari talis, vt mentis alienationem induxerit. 19. 23.
Ebrietati pro prima vice leuis pœna irroganda eſt. 19. 33.
Ebriorum definitio ab Anacharſe. 19. 7.
Ebrius in Militia delinquens ſeuerius, quam ſanus mente puniendus eſt. 19. 11.
Edicta ſemper requirunt dolum. 20. 13.
Edicta, vt procedant non habent ſatis latam culpam. 20. 14.
Edicta huiuſmodi habent in ventre rationem ſi reuelantium Teſtimonium ſit bonum, & probet. 23. 34.
Edictum conceptum verbo, non ardiſca, de ſui natura præmeditationem, & dolum petit. 20. 15.
Edictum de reuelando, quando eſt generale, etiam ſecreto commiſſa comprehendit. 23. 4.
Edictum de reuelando locum non habet in eo, qui crimen ſub promiſſione de non reuelando propalatum habuit. 23. 22.
Edictum, quantumuis graue non comprehendit eos, qui à teſtimonio repelluntur. 23. 32.
Edictum loquens per verba temporis præſentis, ſapendo, non comprehendit eos, qui poſtea ſic erunt. 23. 37.
Edictum de fugitiuis non includit milites, qui diſceſſerunt animo redeundi. 9. 6.
Edictum Alexandri Seueri Imperatoris. 8. 10.
Edictorum obſeruantia inuiolabiliter curan eſt. 23. 5.
Edicto non poſſunt iura naturalia tolli. 9. 11.
Electio Magiſtratuum Militarium prudentiæ Ducis relicta eſt. 3. 33.
Electus ad Magiſtratum non eximitur à poteſtate Iudicis ordinarij à quo inceperat citari, ſed temporaliter ſuſpenditur iudicium, vſque ad finem Magiſtratus. 32. 17.
Elogium vna cum deſertore Præſes ad Ducem Exercitum debet mittere. 34. 2.

34. 2. & 7.
Elogium idem eſt ac proceſſus. 34. 3.
Emanſor æquiparatur Erroni. 9. 20.
Emanſor qui ſit. 9. 19.
Emanſor differt à fugitiuo, & Errone. 9. 21.
Emanſoris leuius eſt delictum, quam deſertoris. 9. 22.
Emens rem furtiuam bona fide, & eodem prętio quo emerat, alteri bona fide reſtituat, non tenetur vero Domino reſtituere prætium acceptum, quia ex eo non eſt factus locupletior. 38. 11.
Enſe inaccinctus non dignoſcetur an ſit Miles, ſicque ea gloria fraudabitur, quæ propria Militum eſt ſpreuiſſe ſcilicet Ciuilis ocij commoda ad comparandam gloriam in periculis Belli labore. 6. 25.
Enſem ferre eſt potius inductum ad militarem Ciuilitatem, quam ad neceſſitatem. 6. 8. ſed contra num. ſeqq.
Equiparatio inter mentecaptum ex induſtria, & ebrium ex induſtria admittitur. 19. 32.
Equiparata quando in aliquibus differunt, ſiquid fiat in vno ex æquiparatis non inducitur in alio. 44. 24.
Errores quoſque leuiſſimos puniendos eſſe militaribus legibus cautum eſt. 6. 17.
Error enſis non accincti non inter leues militares numeratur. 6. 18.
Etate prærogatus in omni negotio eſt præfereñ. 3. 4.
Etas Scipionis Africani, & Probi Imperatoris dum Militum Tribuni effecti fuerunt. 3. 26.
Etnici Sacerdotes ſuos bellari profanum exiſtimarunt. 2. 14.
Eumenis dictum. 6. 30.
Exceptio ſolutionis eſt tam efficax, vt etiam poſt concluſionem poſſit opponi, etiam ſi requireret altiorem indagi. em. 4. 3.
Exceptio ſolutionis non eſt vere exceptio, ſed defenſio. 43. 8.
Exceptio de iure futuro non includitur in renunciatione præcedenti. caſus 40. 10.
Exceptio ſolutionis eſt exceptio peremptoria. 4. 3.
Exceptio peremptoria poteſt opponi poſt concluſum in Cauſa. 43. 3.
Exceptio non adimplementi non operatur, vt contractus nominati reſcindi poſſint. 1. 38.
Per exceptionem non adimplementi, quando poſſit agi ad intereſſe & contractum reſcindi. 1. 38.
Ex accidenti ſuborto tollitur præſumptio animi deliberati. 19. 30.
Exceſſus in prouocato, & ira commoto non conſideratur. 20. 26.
Exemplum Auidij Cauij. 20. 2.
Exemplum Caroli Octaui Gallorum Regis. 20. 3.
Exemplum Actilij Reguli. 23. 38.
Exemplum Preſcermij Nigri. 8. 16.
Exemplum Theridatis. 6. 22.

Exemplum

Digitized by Google

Exemplum Cæſaris in caſtris imitandum, 13.4
Exemplum Anibalis, 6.34
Exemplum equi Nicomachidis, 13. 14
Exemplum Corbulonis. 6.36
Exemplum Periclis Græcorum Ducis, 8. 6
Exemplum Scipionis Affricani, 15.2
Exemplum cuiuſdam Blaſphemiæ hæreticalis, 4.10
Exemplum Nicomachidis Athenienſis, 3.18
Exempla magnorum Ducum ſumenda ſunt loco legis, 8. 17
Exempla Manlij Torquati, Cyri, & Lutij Domitij. 7. 4
Exempla Monachorum qui militarunt, 2. 12
Exempla Alexandri Magni, & Adriani Imperatoris
Exempla Romanorum, & Moyſis militum Magiſtratibus prouidendis, caſ. 3.12.& 14
Exempla Romanorum relata a Tacito, 2. 4
Exempla ignobilium qui virtute decorati fuerunt, 3. 29.
Exemplis iudicandum non eſt. 2. 28
Exercitus hodierni qua hominum genere ſint compoſiti, 8.12
Exercitus hodierni ſicuti habent Auditorem Generalem, ita, & Auditores particulares vniuſcuiuſque tertij. 29.17
Exitus in maleficijs non ſpectatur, ſed voluntas, 26.29
Exequutio non dicitur facta, ſi non eſt per ſatisfactionem completa. 13.13

F

FACIENS in Bello rem à Duce prohibitam, etiam ſi res bene ceſſerit, morte dignus eſt, 7.3
Faciens contra ea quæ ſunt de Conſilio, pœna aliqua puniri non debet, 6.10
Faciens fidem falſam Commeatum continentem committit crimen læſæ Maieſtatis, 16. 3
Facientibus fructus ſuos ratione laborum, in tantum ceſſat cauſa acquirendi, in quantum ceſſat labor. 42.8
Fama, quid operetur, 14.25
Farinacius declaratur conſil. 29. 2
Falſitas ſubmittentis ſe falſo ad numerationem pecuniæ, non in derobanda pecunia, ſed in derobanda gloria, ſtatuque Principis conſiſtit, 25.8
Falſitas in milite eſt capitalis. 41. 4
Falſitas in milite, poteſt puniri pœna Iudici arbitraria. 41.5
Falſa de militibus relatio fuit cauſa præcipua Papiæ Franciſci Primi Gallorum Regis, 25.7
Falſam ſcripturam exhibens cenſetur eam fabricaſſe, niſi doceat Auctorem. 41. 11.

Digitized by Google

INDEX

Falſam ſcripturam exhibenti non ſufficit nominari auctorem, ſed debet probare. 41. 12.
Ferraria Ciuitas eſt arte, & natura bene munita. 5. 6.
Ferrariç in menſe Auguſti feruet calor ut cum alibi. 6. 14.
Feudatarius ſi deceſſerit pendentibus fructibus eorum ratam pro parte temporis quo vixit ad hæredes tranſmittit. 42. 5.
Fidem falſam faciens commeatum continentem committit crimen læſæ maieſtatis. 16. 3.
Fidem faciens exhibet tantum ſe teſtem. 16. 9.
Fidem frangens ſine dubio bonus teſtis non eſt. 23. 35.
Fidem frangens ad delendum maculam fractæ fidei non poteſt euitare torturam. 23. 36.
Fides in quocumque neceſſaria eſt, vt ipſa amiſſa nihil perdendi habeamus. 26. 32.
Fides Centurionum apud diſcretos non obtinet vicem publici commeatus. 16. 10.
Fide in milite quid laudabilius. 26. 31.
Fideiubere eſt interdictum militi fauore militiæ non autem fauore ſui. caſu num. 14.
Fideiubens ſimpliciter cenſetur fideiubere tantummodo pro cauſa antiqua ſecus ſi addatur ex quacumque cauſa noua, & veteri. 39. 4.
Fideiuſſor cum clauſula, etiam nouis, cenſetur fideiuſſiſſe non pro nouo, ſed pro veteri tantum delicto. 39. 13. an & quando teneatur Reum repreſentare, ibid.
Filius ad ſubueniendum parentibus, permittitur exire è religione puobus concurrentibus. 9. 49.
Filius vt parentibus ſubueniat poteſt e Religione exire. 8. 2.
Filius tenetur ſubueniret parentibus de iure naturæ. 9. 10.
Filij familias non poſſunt condere teſtamentum ſine parentum licentia ſi conſiderint ratum non eſt. 45. 2.
Filius familias poteſt teſtari de peculio Caſtrenſi. 45. 3.
Filij familias tenentur vel inſtituere, vel exhæredere parentes. caſu 45. num. 6.
Filius familias ſi teſtetur de Caſtrenſi, vel quaſi Caſtrenſi peculio non indiget patris licentia. 45. & 14.
Filius familias Doctor poteſt de ſuo quaſi Caſtrenſi peculio teſtari. 45. 16.
Filius & parens debent ad inuicem ſibi legitimam relinquere. 44. 22.
Fortia agere non poſſunt, qui voluptatibus immerguntur. 13. 1.
Forum Iudicis militiarum vti à Principe erectum nullo poteſt violentiæ metu declinari. 31. 14.
In Foro militiarum proceditur ex bono, & æquo etiam diebus feriatis. 31. 15.
Fraus in erogando annonam iure militari delictum grauiſſimum reputatur in vot. ad 12. 10.
Fraus erogatorum Annonæ furta militum ſignities mortes, & peſtilentias

in

in exercitu gignit in vot. ad 12. 11.
Fraude imputatus, ſi reſpondeat imputanti, Mentiris per gulam, nulla pœna puniri debet, in vot. ad 12. 12.
Fraus obiecta, quando non apparet probata, ſtat præſumptio pro fidelitate Miniſtri, in vot. ad 12. 20.
Fructus deſtinati ratione onerum, & laborum debentur pro rata temporis. 42. 3
Fructus ſpectantes alicui ratione tituli, & iuris temporalis, ſi moriatur titularis, ad hæredem non tranſmittuntur. 42. 4
Fuga lædit nimis militarem diſciplinam, 9. 36
Fuga in milite vili, & ſuſpectę conditionis præſumitur, 9. 33
Fuga, & delinquere, ſunt quodammodo inſeparabilia, 11. 10
Fuga à loco delicti enſe ſanguinolento, quem gradum probationis faciat. 14. 24
Fuga inducitur ex motione vnius pedis ad fugiendum, 9. 34
Fuga militis lædit quartum præceptum Decalogi, 9. 35
Fugæ a legibus grauiſſimè indictę ſunt pœnæ, 11. 1
Fugę crimen augetur, ſi illi aliud adiunctum ſit, 11. 2
Fugæ cauſa eſt attendenda, & non ſola fuga, 11. 5
Fugere bis dicitur, qui delinquendo fugit, 27. 3
Fugere decernit, qui decernit delinquere. 11. 8
Fugiendi animus in eo, qui deliquit meritò eſt præſumendus. 11. 21
Fugiens a carcere, non dicitur deſertor Militiæ, ſed cuſtodię refuga. 11. 16.
Fugiens poſt commiſſum delictum, ante tamen initam inquiſitionem conſcientia proprijs ſceleris aufugiſſe dicitur, 11. 18
Fugiens poſt tranſmiſſam inquiſitionem fuga, tribuenda eſt timori moleſtiarum, quas etiam innocentes ſubire recuſant, 11. 20
Fugiendi, vel non, animus probatur coniecturis, quæ recenſentur, 10. 5
Fugitiuus eſt mulctandus pœnis deſertionis, 10. 2
Fugitiuus reuerſus pœnitentia ſua nocentem eſſe non deſinit, 10. 3
Fugitiuus ab effectu animi, non a fuga conſideratur. 19. 4
Fugitiuus dicendus non eſt. 11. 14
Fugitiuus dicitur ille, qui ea mente diſcedit ad caſtra non redeundi. 9. 24.
Fugitiuus differt ab emanſore, & errone. 9. 21
Fures niſi furtum ſit magnum, vel alia aggrauans qualitas non concurrat pœna mortis non plectuntur. 22. 7
Furta olim militibus permittebantur, 22. 4
Furtum eſt crimen famoſum, & publici iudicii, 21. 5
Furtum irrogat infamiam, 21. 6
Furto damnatus miles ignominioſè mittendus eſt. 21. 7

INDEX

G

GALBA Romanus Imperator licet ſenex, & corpore imbecillis gladium numquam dereliquit. caſus 6. num. 26.
Germani Reges ex nobilitate, Duces ex virtute ſumēt. 22. 8.
Gladius eſt propriè cingulus, & habitus militaris. 6. 13.
Gratia omnem pœnam remouet. 21. 4.

H

HAEREDITAS non adhita ad hęredes non tranſmittitur. 47. 2.
Hæreditas tunc delata dicitur, quando eam quis adire poteſt. 47. 7.
Hæreditas infra annum non adita illo ad quem ſpectabat defuncto tranſmittitur hæredibus, quo ad ius deliberandi. 47. 4.
Amplia prædictam concluſionem habere locum nedum in primo hærede moriente infra annum, ſed in eius hærede infra reſiduum temporis decedente. 47. 5.
Hæreditas quando eſt delata, & non agnita ſi hæres cui fuit delata ignorauit delationem poteſt illius hæres petere reſtitutionem in integrum ex perſona defuncti ignorantis. 47. 8.
Hæreditaris delatæ ignorantia, tunc præſumitur quando hæres erat abſens ab illo loco, in quo teſtator morabatur. 47. 9.
Amplia procedere in abſentia, ſiuè neceſſaria, ſiuè voluntaria. 47. 10.
Hæreditatis paternæ generalis renunciatio non præiudicat legitimæ ſupplemento. 48. 1.
Hæredis hæres ad hoc, vt habeat ius deliberandi de hæreditate, quam defunctus non adiuit, eſt probañ defunctum ſciuiſſe hæreditatem ſibi delatam, 47. 6.
Hæres extraneus poteſt ex iſto ignorantiæ capite etiam infra 30. annos petere reſtitutionem in integrum. 47. 11.
Hæres minoris 25. annorum, qui non adiuit hæreditatem gaudebit beneficio reſtitutionis in integrum. 47. 12.
Hęres iuſtam habet ignorantiam. 43. 18.
Hęres ſcriptus in teſtamento immittendus eſt in poſſeſſionem bonorum. 44. 1.

Hypothe-

INDEX

Hypothecaria datur regulariter pro conſequendo legato. 47. 41.
Hypothecaria non datur filio pro ſupplemento legitimę ſicut datur pro re legata. 47. 42.
Homicidium connumeratur inter grauiora delicta. 34. 8.
Homicidium in rixa reputatur caſuale. 34. 11.
Homicidium in rixa exilio puniendum eſt. 34. 12.
Homines quandoque vi medicamentorum deſipiſcunt, & mente turbantur. 25. 26.
Honorem profitentes non poſſunt ſine honoris iactura aliena crimina in fiſcum deferre. 23. 8.
Honorem faciens eliget potius vulnerari, quàm lato gladio percuti. caſus 20. 6.
Honori non eſt, quod dignitate non ſalua prætermittitur. 20. 24.
Honori proprio præponderat Reſpub. ſalus. 7. 27.
Honori notam non infert, qui ſuperiorum mandato obtemperat. 7. 28.
Honoris amiſſio ſoluit militem à militia. 7. 25.
Honoris iactura licet modica in militia magni eſtimatur. 12. 4.
Honor vitæ comparatur. 9. 27.
Honor Principis eſt amori anteferendus. 9. 26.
Honor eſt obiectum militum. 15. 9.
Honor non ſolum conſiſtit in non inferendo iniuriam, ſed etiam in non permittendo, quod eam alter alteri inferat. 5. 10.
Honor ex percuſſione lato gladio, adeò denigratur, vt præſtet mori, quàm viuere. 20. 7.
Honor ex conſuetudine expleta, vel non expleta adimitur, vel augetur. 20. 23.

I

IGNOMINIA alterius ſine ignominia propria tegi non poteſt. 16. 12.
Ignorantia iuris militis in delictis non excuſat. 37. 10.
Ignorantia iuris in delictis tunc non excuſat milites, quādo delicta talia ſunt, vt natura ab eis abſtinendum dictet. 37. 11.
Illicitum illud eſt, quod eſt punibile. 18. 19.
Immiſſio ex primo decreto quomodo fiat. 43. 1.
Immunitatem teſtandi Iulius Cæſar primus, militibus conceſſit. 46. 19.
Imperator nullam in eccleſiaſticos poteſtatem habet. 43. 5.
In bello pauor vnius pluribus valet timorem incutere. 15. 19.
In ciuilibus ſuſpicio falſi pro falſitate habetur. 43. 5.
Indignum eſt milite gladio immunitum ferre latus. 6. 1.
Inditia antiqua an & quādo poſſint coniungi cum nouis contra reū relaxatū 39. 17.

Digitized by Google

Inditia indubitata qualia ſint. 14. 26.
Inditijs indubitatis non poteſt quis condemnari in pœnam ordinariam. 14.4
Inditia augentur ſi eis concurrat mendacium. 25. 28.
Inditium magnum veritatis ſumitur ex verificatione circumſtantiarum depoſitarum. 14. 15.
Inditium oritur ex affectata inſtantia. 41. 15.
Inditium oritur ex variatione reſponſionum. 25. 21.
Inditium oritur contra eum, qui delicti ſocium certiorat, vt fugat à Curia. 41. 16.
Inditium oritur ex aſſidua cõuerſatione cum reo paucos ante dies commiſſi delicti. 41. 8.
Inermitas lateris in aptitudinem militis indicat. 6. 27.
Infamis non poteſt eſſe miles. 21. 14.
Infamia agendo pœnitentiam, vitamq; in melius commutando purgari poteſt. 44. 25.
Infamiæ notam euitare vnicuique licet. 7. 24.
Inanes circuitus ſunt euitandi tam in Iudicijs, quàm in omnibus rebus. 39. 7.
Iniuriam ab altero expellere eſt actus virtutis militi maximè neceſſarius. 15. 12.
Iniuria augetur ex qualitate perſonæ iniuriatæ. 20. 4.
Iniuria licet leuis apud honeſtos viros magni fieri ſolet. 20. 5.
Iniuria etiam abſenti fit. 27. 25.
Iniuria illata manu manu referenda eſt. 20. 9.
Iniuriarum obliuiſci ſemper Chriſtianum decet. 27. 20.
Iniuriæ illatæ, vt propulſentur quandoque Reipublicæ expedit. 22. 28.
Iniuriatus a linguato publico non debet æſtimare iniuriam, quia nullam ſibi parit honoris iacturam. 27. 31.
Inobedientia in milite peius non conſideratur. 7. 23.
Inſtitutio hæreditatis, ſi conditionalis ſit, conditionalis a Iudice danda eſt immiſſio. 44. 11.
Inſtitutio turpis perſonæ militi potiſſimum interdicitur. 44. 8.
Inſtitutio qua Clericus ſuſcipit regimen Eccleſiæ irreuocabilis eſt. 1. 24.
Inſtrumentum habens debita requiſita ſemper probat. 44. 14.
Inſultatus lapide ſi enſe feriat inſultantem moderamen excedit inculpatæ tutelæ. 20. 10.
Intellectus ad l. non omnes, ff. de re milit. 1. 18.
Intellectus ad l. ſi quis in conſcriben. C. de pact. 40. 15.
Intellectus ad l. nam ſalutem, § ſciendum, ff. de offic. Præfecti vigil. 5. 25.
Inueriſimile eſt hæbreum fœneratorem diù abſque fœnore pecuniæ quantitatem relinquere apud Chriſticolam. 43. 19.
Iracundia facit abeſſe dolum. 19. 27.
Ira ferueſcente non militat ratio vindictæ. 20. 27.
Iudex militum in priuatos iuriſdictionem non habet. 30. 1.

Iudex militum vbi controuerſia eſt ſuper re militari eſt iudex competens. 30. 5.
Iudex Eccleſiaſticus nullam habet in laicos iuriſdictionem in cauſis merè laicalibus 30. 9. lim. num. ſeq.
Iudex Eccleſiaſticus eſt iudex competens etiam inter meros laicos ſi agatur de emphiteutica re Eccleſiæ. 30. 10.
Iudex laicus retinet cognitionem, vt poſſit complere proceſſum, & ferre ſententiam condemnatoriam ſuper bonis Clerici 32. 34.
Iudex quando expreſsè reſeruat vetera inditia cenſetur hoc facere, ne quando vult proferre ſententiam ſi forſan infligenda ſit pœna corporalis poſſit reus illam fugiendo eludere. 39. 6.
Iudex quando non habet inditia, vel condemnatoria, vel ad torquendum, debet reum fideiuſſoribus relaxare. 39. 8.
Iudex quando cauſa cognita & factis defenſionibus, vel diſcuſſis inditijs, vel tortura illata, reum ſub ſimplici fideiuſſione de ſe repræſentando relaxat cenſetur eum abſoluere ab obſeruatione iudicij. 34. 14.
Iudex eſt præcipua pars baſis, & fundamentum iudicij. 40. 2.
Iudex in omni negocio eſt competens adeundus. 40. 3.
Iudex incompetens quando poſſit agere contra militem. 40. 17.
Iudex non admittens exceptiones peremptorias temerarius eſt appellandus 43. 9.
Iudicium factum coram iudice incompetente nullum eſt. 40. 1.
Iudicium de toto ad partes idem eſt. 30. 7.
Iudicium ciuile præuentionem admittit non obſtante priuilegio ſuperuenien te armatæ, ſiuè Cœleſtis militiæ. 32. 9.
Iudicium criminale admittit priuilegium vtriuſque militiæ præuentione non obſtante. 32. 10.
Iulius Cæſar primus immunitatem teſtandi militibus conceſſit. 46. 19.
Iulius Cæſar ferè omnia militum nomina memoria habebat. 46. 27.
Iulij Cæſaris tempore mos erat ſumptibus proprijs militandi. 46. 20.
Iura naturalia edicto tolli non poſſunt. 9. 11.
Iura ſimplicitati militum conſulendum exiſtimarunt. 44. 4.
Iura Chriſtianæ Reipublicæ omnia ſunt in Summum Pontificem tranſlata. 2. 9.
Iura fauent damnum paſſo, vt res ſuas a quocunque vindicare valeat non attento contractu inito inter furem, & receptorem in vot. ad 38. 1. lim. num. 2.
Iuris error in milite cauſat bonam fidem. 28. 20.
Iuramentum continet tacitam conditionem ſaluo iuris naturalis vinculo. 9. 14.
Iuramentum intelligitur ſtrictè, & propriè. 17. 25.
Iuramentum non firmat ea, quæ turpia ſunt, & iure improbata. 45. 10.
Iuramentum non eſt referendum ei, qui ſemel fuit periurus. 9. 45.

Lacede-

INDEX

L

LACEDEMONII dum militię ſe adſcriberent ſolemniter iurare conſueuerant, ſe arma nec die, nec noctu relicturos. 6. 35.
Latus gladio immunitum milite indignum eſt. 6. 1.
Legis pœna eſt puniendus, qui in legem committit. 7. 2.
Legum diſpoſitio ad fauorem & priuilegium militum tendens hodierno vſu non recipitur ſecundum Ang.
Lenocinium in milite ſummoperè deteſtatur. 13. 8. 30. 9.
Lex ita venit interpretanda, vt illius mens non ſit punire eum, qui dolo non deliquit. 7. 34.
Lex Longobardorum refertur. 27. 6.
Lex non tam in verborum forma, quam in ratione conſiſtit. 7. 32.
Lex non ſpecificat omnes culpas, ſed eas dumtaxat, quæ in dies accidere poſſunt. 6. 37.
Lex non ſtatuit eſſe delictum, ſi miles gladium non cingat. 6. 1.
Lex Pittaci Mythilenei, & Caroli Quinti Imperatoris in vinolentos. 19. 12.
Leges Romanorũ interdicebant Patronum contra clientem teſtimonium dicere. 23. 30.
Liber Baptiſmatis probat ætatem quando eſt ab ordinario approbatus. 43. 16.
Libertatem alicui adimere bene faciendi eſt potius odium, quam fauor. 36. 15.
Licentia deponendi arma vix ijs concedenda eſt, qui in proprijs pagis omni ſublata hoſtium formidine degunt. 6. 40.
Licitum ex conſuetudine fit illicitum. 6. 7.
Litigandum non eſt cum linguato, ne eius igni ligna ſtruantur. 27. 35.
Locatio non eſt ſine pactione mercedis. 1. 14.
Locator poteſt locationem infringere conductore mercedem non ſoluente, eumque expellere. 1. 7.
Locupletior factus, non dicitur, qui tantum recipit quantum dedit. caſus 38. 10.
Locupletior factus, cum ſit quid facti debet probari. 38. 12.
Locupletior factus in dubio, quis non præſumitur. 38. 13.
Lucrum excluditur ab eo, qui recipit à fure id quod ſibi debebatur in vot. ad 2. num. 4.
Ludus in exercitu congruo tempore animi cauſa permittitur. 4. 7.

Magiſter

INDEX

M

MAGISTER militum non tenetur remittere delinquentem ad ſuum Iudicem antequam illum puniat de delicto in militia commiſſo. 32. 16.
Magiſtri Militum, etiam in proprio negocio procuratores eſſe nequeunt. 17.17.
Malè armis vtetur, qui ea ferre dedignatur. 6. 45.
Marius dixit non eſſe moris Patrij Patronum aduerſus clientem in teſtem adduci. 23. 29.
Medicamenta ſunt inuenta principaliter ad ſalutem hominum. 26. 26.
Mendacium dicens ipſe fallitur. 12. 8.
Mendicitas ad omnem deſperationem vocat armatum. 8. 9.
Mens à vino occupata ad rixas facilè trahitur. 19. 18.
Mens alienata per vinum dicitur etiam alienata ab eo, quod ante alienationem facere propoſuerat. 19. 31.
Mentiens ipſe non fallitur, ſed alterum fallere conatur. 12. 7.
Mentiris, & mendacium dicis idem non ſunt in voc. ad 12. 5.
Mercatores in acie poſſunt quoquo modo teſtari per inſtantem neceſſitatē. 46. 25.
Metus probat cauſam iuſtam ad declinationem fori. 31. 7.
Militantes proprijs ſumptibus maiori prærogatiua digni ſunt, quam affectantes ſtipendium. 46. 4.
Militantes proprijs ſumptibus reputantur optimi commilitones. 46. 18.
Militantes proprijs ſumptibus habent ſuos Duces, qui ſecundum opportunitatem eorum fortitudinem probant. 46. 29.
Militantes proprijs ſumptibus ſunt hodiernis temporibus aliis præferendi. 46. 12.
Militaris eſſentiæ ſtipendia non ſunt. 46. 5.
Militari iure teſtari non poſſunt, qui in numero, ſeù matricula militum deſcripti non ſunt. 46. 2.
Militaribus priuilegijs non fruuntur milites non ſtipendiati. 46. 3.
Militia an ſit contractus innominatus, vel locationis. 1. 4.
Militia cui contractui poſſit comparari. 1. 45.
Militia dirigitur ad ſalutem Reipublicę. 1. 1.
Militia eſt contractus inter Militem, & Principem, in quo Miles labores exhibet, Princeps ſtipendia promittit. 1. 2.
Militia quando eſt in danda diſciplina, rigore regenda eſt. 6. 51.
Militiæ finis eſt victoria. 6. 48.
Militiæ qui operam dederunt excluduntur a Clericatu. 2. 20.
Milites ſine conſenſu Principis, nec ſimpliciter, nec ratione retardati ſtipendij à Militia recedere valent. 1. 8.

Milites

Milites potius debent caſtra deſerere, quam ex alieno, & raptu viuere. 1. 4. ſed contra num 18.
Milites in extrema neceſſitate conſtituti non habentes ſtipendia, vel quotidianam annonam poſſunt a ſubditis etiam inuitis neceſſaria accipere. 1. 49.
Milites qui longiora ſtipendia prolixioreſque labores habent ad gradus militiæ promoueri iura diſponunt. 3. 16.
Milites, qui ex neceſſitate tranſgrediuntur limites ſui debiti iniquè puniſtur. 8. 5.
Militum valorem cicatrices indicant. 3. 27.
Milites hæretici traduntur Inquiſitori. 4. vlt.
Milites dormientes in excubijs vltimo afficiuntur ſupplicio. 5. 1.
Milites aſſiduo enſem ferre conſuetum eſt. 6. 6.
Milites in matricula non deſcripti difficilius ſe probant milites quam alij. 46. 26.
Milites dedecet exiguo ſpatio debitis officijs militiam fraudare. 6. 23.
Milites dicuntur à militia, & militia conſiſtit in armis. 6. 19
Milites toties à militia aſcindunt quoties armis exuti incedunt. 6. 20.
Milites magis arma tractare, quàm leges ſcire tenentur. 47. 12
Milites nomen militis indignè ferunt, ſi procul habent labores, 6. 27
Milites victoriam adipiſci nequeunt ſine laboribus, qui fortitudine ſuperantur, 6. 19
Milites tyrones qua diſciplina ſint regendi, vbi propriè bellum non eſt. 7. 7
Milites humano ſub imperio facilius militarem artem ediſcunt. 7. 8.
Milites noſtris temporibus ſunt expurgamenta Vrbium, quibus nec decus, nec flagitium. 7. 29.
Milites noſtri temporis, ex qua cauſa ſint ſeuere magis quam leniter regendi. 7. 20.
Milites ex Centurione fure aliud non poſſunt ediſcere, quam diſciplinam furandi. 7. 13.
Milites tales ſunt, quales Duces. 8. 14.
Milites ſine licentia Ducis ab exercitu diſcedentes, vt ægrotum conſanguineum viſitent excuſationem merentur. 9. 1.
Milites cauſa inuiſendi parentes ægrotos poſſunt Caſtra deſerere. 9. 3.
Milites ligantur præcepto ſecundæ tabulæ. 9. 4.
Milites, qui aliquo momento ſe faciunt abſentes, non dicuntur fugere. 9. 7.
Milites, qui exercent licet in matricula non ſint deſcripti priuilegio frui debent. 46. 33.
Milites qua mente diſceſſerint à Caſtris ſtatur eorum aſſertioni cum iuramento, & iuxta multos ſine iuramento. 9. 9.
Milites adſtringuntur ſacramento militari, vt à ſignis abeſſe ſine periurio non poſſint. 9. 13.
Miles ex ſola fuga, & militiæ deſertione reus mortis efficitur. 9. 15.
Milites puniendi eorum fuga probata. 9. 18.

Mili-

Milites mittere,& de conceſſa miſſione fidem facere, diuerſa ſunt. 16.8
Milites miſſi a Duce,non dicuntur habere commeatum ab eo, a quo habent fidem miſſionis, 16. 7
Milites praui ſunt a caſtris eijciendi,ne alios corrumpant. 13.12
Milites debent quotidie equum defricare, 13.10
Milites equeſtres ſaltem bis in die equum videre debent, 13.9
Milites diſtantes à Caſtris ab auditu Tubę referũtur a Romanis in hoſtium numerum. 9.43
Militibus a ſignis abeſſe turpiſſimum eſt etiam momento temporis, 9.42
Militum perſona in caſtris neceſſaria, 9.41
Miles celans ſe in aliquo loco, vbi nactus occaſionem fugæ, vt militiam deſerat fugitiuus eſt iudicandus, 10.1
Milites, qui aliquo munere functi ſunt in priuatorum numerum non ſunt redigendi, 10.9
Milites per pactum non poſſunt repudiare priuilegio fori. 40.13
Milites inducentes ſcortum in caſtra virilibus veſtibus indutum, qna pœna puniatur, 13. 3
Milites ob actum virtutis non ſunt decernendi a quouis periculo ſubeundo. 15.13
Milites pro recto regimine reipub. non debent euitare periculum, 15.16
Milites non debent deſiſtere ab his actionibus, quæ ſibi militaris gloriæ aditũ aperire valent. 15.17
Milites ni pericula ſubeant glorioſam non poſſunt adire fortunam. 15.18
Milites poſſunt renunciare exceptioni hoſticæ. 40.9
Milites ſacramento ſoluuntur, vt valetudini parentum incumbant. 17.27
Milites poſsunt pro libertate matris procuratores eſſe. 17.26
Milites poſſunt ſui ordinarij, necnon ſtatus propinquorum cauſam agere. 17.23
Milites dum militiæ ſe adſcribunt iur.iur. ſe obligant, vt nonniſi proprijs negocijs ſe immiſceant, 17.21
Milites procuratores eſſe non poſſunt etiam aduerſario conſentiente. 17.20
Milites in iudicio reputantur duri, & terribiles hoſtes, 17.18.
Militum Magiſtri etiam in proprio negocio procuratores eſſe nequeũt. 17.17
Militibus ideo vetitum eſt procuratoris officium ex eo, quia militaris dignitas denigratur, 17.16
Milites vacare non licet, quando militaris diſciplina offenditur etiam ſi vacet in proprio negotio, 17.14
Militibus permittitur poſſe renunciare priuilegio fori, 40.8
Milites in prouincia vbi militant, poſſunt acquirere ex cauſa lucratiua. 37.4
Milites cur non poſſint emere, & ex cauſa lucratiua acquirere, 37. 8
Militibus etiam pro parentibus, & vxore prohibetur procuratio, 17. 8
Milites nullo iure aſtringuntur numero, & ordini ſuo. 17.6
Milites rectè agunt ſuam, & ſui ordinis cauſam, 17.4
Milites, nec tutores, nec curatores eſſe poſsunt, 17.3

Milites

Milites in bello arma amittentes,vel alienantes, capite puniendi ſunt, 18.1
Milites alienantes tibial,vel humerale,verberibus afficiuntur, 18.12
Militibus fortibus,& robuſti corporis facilius eſt parcen. 18.16
Milites corpore, & animo imbecilles militia priuan. ſunt, 18 17
Milites vinolenti non minus à vino vincūtur,quam ab hoſtibus vincerentur 19. 20
Milites non deleantur è numero militum niſi ipſo volenle, 21.1.
Milites vt dicantur deleti è numero militum ratione delicti neceſſe eſt, vt in ſententia exprimantur. 21. 2. quod intellige n.12.
Milites furto damnati ſunt ignominioſè mittendi. 21. 7.
Milites furto damnati amittunt ſtipendia item omnia beneficia, & omnes honores ipſamque nobilitatem. 21.8.& ſeqq.
Milites furto damnati poſſunt ſingulari certamine repelli. 21. 11.
Milites damnati de furto virtualiter priuantur militia abſque alia expreſſione in ſententia. 21. 12.
Milites in delictis ignorantia iuris non excuſantur. 27.10.
Militibus ſi ex gratia remittur pœna furti non remittitur infamia,niſi adſit ſpecialis remiſſio. 21. 13.
Milites nullam inferunt honori notam, dum Ducis edicto obtemperant, 23. 11.
Milites inuiti teſtes eſſe non coguntur. 23. 14.
Milites tunc teſtes eſſe non coguntut qnando ad teſtimonium perhiben. auocarentur a ſignis 33. 15.
Militibus datur reſtitutio in integrum ex cauſa ignorantiæ iuris. 37.9.
Milites præſtare tenentur obedientiam maioribus officialibus. 25. 15.
Miles tyro qui obedientiæ cauſa aſſumpſit onus cuſtodię non aſſumpſit propterea periculum cuſtodiæ, quod præter ipſius culpam euenire poterat. 25. 16.
Militi turpitudo eſt, ſi fraude atque occultis modis hoſtem ipſum occidat. 26. 16.
Militibus ſimplex tractatus proditorius mortem minatur 26. 33
Rumpentes pacem incurrunt in pœnam proditorum. 27. 20.
Milites ad catenam condemnati non dicuntur militia eiecti, nec militia deleti. 28. 7.
Milites poſſunt à Tribuno, vel Centurione ſuo etiam facto coerceri. 20. 1.
Milites reſiſtentes Tribuno, vel Centurioni ſuo ipſum caſtigare volenti infamia notantur. 29. 2.
Milites tenentes vitem qua flagellabatur militiam mutant. 29. 3.
Milites ex induſtria frangentes vitem qua caſtigantur, vel manum in Centurionem, vel Sergentem inferentes capite puniendi ſunt. 29. 10.
Milites à ſuo ſuperiore ex cauſa ſemper verberari poſſunt. 29. 5.
Militibus nulla infertur ignominia ſi à ſuperiore verberentur. 29. 6
Milites committentes in acie aliquod delictum peſſimi exempli non eſt congruum, vt remittatur ad Auditorem. 29. 26.

Milites

INDEX

Milites ſi delinquant in acie ipſo facto, & illicò puniendi ſunt. 29. 27

Milites in acie nibil aliud intendere debent quam victoriam comparare 29.28

Milites debent inſtrui de rebus bellicis, vt cum in prælio ſunt quecumq; euenite poſſunt campeſtri meditatione prænoſcant. 29. 30

Milites in eorum delictis communibus ſunr ab eorum Iudice coercendi. 29. 32

Milites defendere ſe poſſunt contra officialem ipſum iniuſtè caſtigantem, vel modum in caſtigando excedentem 29. 35

Milites habent priuilegium ne conueniãtur niſi coram Iudice ſuo. 30. 2

Miles actor ſequitur forum rei. 3. 3

Milites non habent priuilegium l. vnic. C. quãdo Imperator ſicuti nec Cleric.

Milites poſſunt conuenire paganum coram Iudice militum ſi de re bellica quæſtio ſit. 30. 14

Milites dicuntur cauſarie miſſi, qui vitio corporis apparent minus idonei. 31. 1

Milites miſſi reducuntur ad inſtar pagani. 31. 2

Milites actores quando non eſt de re bellica quæſtio debent ſequi forum Rei etiam ſi fuerint ab eo iniuria affecti. 31. 5

Milites miſſi debent reſpondere ſuper ratiocinijs militaribus in militari præiudicio. 31. 10

Milites negociatores ſubeunt Iudici negotionis. 31. 12

Milites dicuntur habere domicilium vbi ſtipendia merentur. 32. 6

Milites adhuc à Magiſtro militum eſsẽt puniendi etiam ſi Iudex Paganus preuenisſet in formanda inquiſitione, & citatione. 32. 7

Milites non poſſunt ab alijs coerceri, quàm à Iudicibus militiarum. 33. 1

Militibus cœleſtis militię imputatur ignorantia iuris. 33. 9

Milites poſſunt fori priuilegio renunciare. 10

Militibus non eſt dandus commeatus, niſi ob res proprias neceſſarias componen. 34. 1

Milites non ſunt ad ſuum Iudicem remittendi, quando grauius delictum in prouincia admiſit. 34. 4

Milites agentes in deſertione ſi in prouincia grauius delictum committãt non remittendi. 34. 6

Militibus ſi datum eſſet, vt ſuis poſſent renunciare priuilegijs eſſet contra publicam vtilitatem. 36. 13

Militibus militiarum vulgò Battaglione ad nullum certum bellum adſcriptis diſpoſitio legum priuilegium tribuentium non extenditur. 36. 11

Milites in cauſa liberali, & pro coniuncta perſona Procuratores eſse poſſunt. 36. 8

Milites ex caritate commilitoni ſubuenire tenentur. 36. 7

Militibus interdicitur fideiubere. 36. 5

Militibus vetitum eſt ne prædia in Prouincia in qua militant comparent. 36. 16

Militibus ideò vetitum eſt prædia comparare in Prouincia vbi militant ne ſcilicet ſtudio culturæ à militia ſua auocentur. 37. 2

Milites

INDEX

Milites ſtipendiati non inducũt obligationẽ ſuo Principi ad antidora nec legalẽ, nec moralẽ etiã ſi faciant id, quod officio bonorũ militũ conuenit. 46. 4
Milites voluntarij, qui ſtipendia non recipiunt inducunt obligationem ſuo Principi. 46. 13
Milites non à merẽdo, vt aliqui putãt, ſed à multitudine dicti ſunt. 46. 6
Militibus quoquo modo teſtentur conceſſum eſt, vt rata ſit eorum voluntas, dummodo in expeditione ſint. 44. 7
Milites tunc dicuntur eſſe in expeditione quando certa ſtipendia ſumunt, & à ſignis abeſſe ſine Ducis placito non poſſunt. 44. 8
Milites quicquid acquirunt à parentibus, vel alijs contemplatione militiæ Caſtrenſe nuncupatur. 45. 19
Militum teſtamenta non ſubiacent quærelę inofficioſi. 45. 22
Militi datum eſt, vt poſſit purè, & condirionaliter hæredem ſcribere. 44. 13
Militi interdicitur donare turpi perſonæ. 45. 9
Milites ſi per iuris ignorantiam non oppoſuerint exceptiones peremptorias, eas poſt ſententiam, & rem iudicatam poſſunt opponere. 43. 11
Milites ſtationarij, & ad cuſtodiendas Vrbes, vel Regna electi gaudent dictis priuilegijs 44. 19
Milites ſi cuſtodiant Vrbes ſiue eaſdem adoriantur vtroque modo pro Principi mori parati ſunt. 44. 12
Miniſtri Duci inferiores vitæ, neciſque poteſtatem non habent. 29. 21
Miſſio ignominioſa quomodo facienda ſit. 13. 13
Mittens militem exercet actum mandantis. 16. 9
Modeſtia in militibus ſplendet pluſquam in alijs. 20. 1
Mollittes militis militiam omninò vituperat. 6. 44
Mollities arguit animum, vel corpus imo, & vtrumq; laborum impatiens. 6. 46
Monachus pœnitentia ductus facta profeſſione non poteſt deſerere. 1. 25
Monachos militare iuſſit Valens Imperator. 2. 1
Monachorum appellatione veniũt omnes profeſſi in Religione approbata 2. 2
Monachus pugnãs ad ſui defenſionẽ põt hoſtẽ occidere nec fit irregularis. 2. 3
Monachus poteſt habitum Religionis abijcere, & ſæcularem aſſumere abſq; apoſtaſiæ nota ad ſui defenſionem. 2. 6
Monachus poteſt pro Principe, & Reipublica bellari. 2. 7
Monachus pro fide Catholica, pro ſalute Patriæ ac defenſione Chriſtianorum pugnans cœleſte premium conſequitur. 2. 11
Monaci qui militarunt. 3, 12
Monachus delinquens poteſt in ipſomet cõuentu à ſuo iudice coerceri. 33. 13
Morientes in acie poſſunt quoquo modo teſtari 46. 23
Morte non ſequuta non eſt de morte agendum. 26. 11
Morientes in acie non eſt opus quod habeant qualitatem militarem ad hoc, vt poſſint quoquo modo teſtari, ſed ſufficit, quod ibi moriantur. 46. 24
Motus proprius Principis tollit omnem preuentionem. 32. 26.
Multa nõ poſſumus ex perſona propria, quæ ex aliena permittuntur. 31. 6
Mutatio ſtatus, & perſonæ aliquãdo operatur operationem fori. 32. 4

N

INDEX

N

NAtura humana ad praua pronior, dum maiorem ceſſare videt rationem damnabilis appetitus indominatum transferri ſunit 8. 15
Natura materię ea eſt attendenda, ad quā pñliter eſt ordinata materies non autem accidentaliter. 26. 27
Negligentia in non bene fungendo officio ſubminiſtrat inditiū contra officialē de cōſenſu cū delinquēte. 25. 19
Nemo delinquentē nunciare tenetur. 23. 16
Nemo ſine dolo punitur. 16. 11
Nemo tenetur ſe exponere periculo voluntariò, & ſalutem alterius præferre ſaluti ſuæ. 15. 14. & ſeq.
Nemo in territorio alieno niſi de licentia Domini iuriſdictionē exercet. 33. 14
Nemo in dubio cogen. eſt in quolibet foro reſtituere. 38. 15
Nepotes ex fratre ſuccedunt defuncto patruo ab inteſtato nullis relictis filijs, vel fratribus. 47. 1
Nobiles homines debent cauere ne bello incumbant pro mercede. 16. 10
Nobiliores ad honores, & magiſtratus euehendi ſunt. 3. 8
Nobiles præſumptione iuris fideles ſunt. 31. 21
Is cui cuſtodia Caſtri delegata eſt ſi alteri Caſtrum confidat, qui vel dolo, vel culpa illud inimicis tradiderit excuſatur ſi nobilem cuſtodiæ præfecit. 3. 10
Non eſt adſcribendum culpæ ſi quis poſt longas vigilias obdormiat. 5. 22
Non eſt imputandum militi ſi de propria fortitudine confidat. 25. 17
Non eſt veriſimilis quod veteranus in officio non ſeruet ſolitas obſeruantias officij. 25. 21
Nomen deſertoris eſt aptum comprehendere omne genus delictorum quæ committuntur per milites. 28. 2
Nomen deſertoris in militia generale eſt. 28. 1
Noua cauſa quando eſt affectata non excuſat. 27. 13
Noua cauſa, vt excuſet debet prouenire ex facto aduerſarij, nedum iniuſto, ſed etiam punibili. 27. 19

O

OBedientia eſt præcipuus cardo, quo voluitur machina militiæ. 8. 3
Obedientia eſt militię neruus. 7. 21
Obedientia difficile ſeruabitur à militibus ſi nulla ſpe præmij laborare conſpiciant. 8. 4
Obedientia honeſtam facit rem alioquin indecoram. 23. 12

INDEX

Obligatio Cameralis facit, renunciationem fori 4. 7
Obligatio Cameralis facit, vt quis in omni foro conueniri poſſit. 40. 6
Obligatio Cameralis hobet paratam executionem. 36. 2
Obligatio Cameralis adimit fideiuſſori beneficium excuſſionis. 36. 3
Obligatio Cameralis omnium legum auxilio renunciationem in ventre continet. 36. 6
Obligatio Cameralis non continet renunciationem illorum, quæ ſpecificam, et indiuiduam requirunt. 40. 11
Obligatio reſtitutionis oritur, aut ratione doloſæ acceptionis aut ratione rei acceptæ, quæ remaneat in ſe ipſa, vel in aliquo æquiualente. 38. 5
Occaſio in horas ferri poteſt, quæ non concedat militibus gladium ſibi feſtinanter accingere. 6. 33
Offendens Comitem meum in actu Comitationis me ipſum offendere dicitur. 20. 18
Offenſio, quę ad iram prouocat niſi etiam punibilis ſit non eſt offenſio. 27. 20
Officiales debent curare in exercitu ne quid committatur ex quo victoria impediri poſſit. 29. 29
Officiales quibus militum coertio permittitur debent cauere ne iniuſtè militem inuadant, vel modum in caſtigando excedant. 29. 34
Opinio quod milites poſſint potius Caſtra deſerere quam ex alieno, & raptu viuere improbatur. 1. 50
Ordo caritatis eſt primo erga Deum, ſecundo erga Principem, tertio erga Parentes. 9. 48
Ordo in omnibus eſt ſeruandus. 7. 5

P

PActum inter Patrem, & Filium de legitimæ ſupplemento non petendo inanè eſt. 47. 21
Lim. ſi poſt mortem patris conſtiterit filium apertiſſimè voluntatem paternam approbaſſe. cal. eod. 22.
Pacta ſunt ſeruanda. 39. 31
Paganus; ſi de rebus ad vſum militiæ adminiſtrationem habuerit coram Iudice militiarũ conueniri poteſt. 31. 11
Parens, & filius debent ad inuicem ſibi legitimam relinquere. 44. 21
Parentes debent vel ſcribere, vel nominatim exhæredare filios. 44. 5
Parentum & filiorum ſucceſſio exequata eſt. 44. 4
Paria ſunt aliquid exprimi in ſpecie, & exprimi in genere, ſi genus illud non poteſt verificari, niſi in vna ſpecie. 48. 14
Pater tenetur filio integram legitimam relinquere. 47. 30
Pater ſi filio integram legitimam non relinquat quicquid eſſet de iure hodie agit ad ſupplementum. 37. 31

Pater

INDEX

Pater quando prohibuit filio plus petere coſtiteritq; filium paternam diſpoſitionem valuiſſe adimplere, tunc filius non poteſt hæredi quæſtionem circa legitimæ ſupplementum inferre. 47. 31
Patris mens ea eſt cenſenda ſi legatum legitimam non abſorbeat pro rata, cum legitima ſit compenſandum. 47. 35
Pater erga filium naturali inſtinctu procliuis eſt. 47. 37
Patientia ſicuti neceſſaria eſt in his, quæ contra nos fiunt multo magis in his, quæ contra nos dicuntur. 27 30
Pacis fractæ crimen in milite capitale eſt. 27. 9
Pax in milite per alapæ impictionem violatur. 27. 2
Pax violetur ex quolibet leui iniuria. 27. 1
Pax rumpitur ex offenſione facta ſocio itineris. 20. 17
Pax per teſtes probatur ſufficienterque inde ac ſi per inſtrumentum probaretur. 27. 8
Pax ſi rumpatur à milite ille incurrit in pœnam proditorum. 27. 10
Pax non dicitur fr acta, vbi adfuit noua cauſa. 27 11
Pax non frangitur, vbi rixa eſt offenſa, cum ex veteri cauſa, ſed ex noua oritur. 27. 23
Pecunia, & pecunia habent tantam inter ſe ſimilitudinem, vt diſcerni non poſſint in vot. ad 39. 8
Pecunia conſumpta in manibus furis per commixtionem, & permutationem alterius pecuniæ parit bonam fidem ei, ad quem poſtea peruenit. 38. 17
Pecunia conſumitur non ſolum per impenſionem, ſed etiam per commixtionem cum alia. 38. 9
Pecunia eſt facillimè conſumptibilis 38. 8
Pecunia conſumpta in manibus furis per conſumptionem, & commixtionem alterius pecuniæ parit bonam fidem in eo, ad quem poſtea peruenit. 38. 14
Pecunia redacta à milite ex armorum alienatione ſi in cauſam ludi conſumpta ſit pœnam auget. 18. 5
Percutiens eum cum quo pacem habebat in dubio præſumitur habuiſſe nouã cauſam ad excluſionem delicti fractæ pacis. 27. 12
Percutiens aliquem in capite, & cum armis animo occidendi percuſſiſſe præſumitur. 11. 13
Perfectus miles conſtituitur à Socrate iniuriarũ omniũ tolerantiſſimus. 20. 12
Peritia rei militaris præ omnibus requiritur in Magiſtratibus bellicis deligendis. 3. 20
Periurus habet contra ſe præſumptionem iuris. 9. 44
Periurus habet ſemper ſecum periurij ſuſpicionem 9. 46
Pœna eſt minoranda cum prouocato. 7. 36
Pœna coęqualis non eſt irroganda ei, qui coęquale cum altero crimen non admiſit. 7. 35
Pœna coæqualis irroganda non eſt militi, qui prouocatus enſem in cuſtodijs denudauit. 7. 31
Pœna poteſt minui, & augeri ex temporis & loci qualitate. 5. 5

INDEX

Pœna alienationis armorum eſt iudici arbitraria, 18.8
Pœna capitalis vt procedat, requiritur alienatio omnium armorum, 18.10
Pœna non augetur pro actu moraliter illicito, & non punibili, 18.20
Pœna capitalis lapſis per vinum, & laſciuiam, remittenda eſt. 19.4
Pœna a diuerſis militibus furibus irrogatæ, 22.1
Pœna illa eſt irroganda, quæ à legibus indicitur, 22.2
Pœna non eſt extendenda, ſed potius mitiganda, 22.3
Pœnæ omnes militum pendent a Ducis arbitrio, 22.8
Pœna ſe falſo ſubmittentis eſt vltimi ſupplicij. 25.5
Pœna ſimulãtis languorem ſegnitię, & hoſtiũ timores eſt vltimi ſupplicij. 41.17
Pœna arbitraria puniendus eſt miles languorem ſimulans alia cauſa, quam hoſtium timore, 41, 18
Praxis erogandi cibaria dietim ſinguiis militibus laudabilis eſt, 1. 18
Prædia militibus comparare in prouincia vbi militãt illicitum eſt, & comparata fiſco applicantur, 32. 3
Præiudicium conſiſtens in tempore modicum eſt. 32.18
Pręiudicium, quod conſiſtit in tempore tangit ſolum partem, non autem iudicem, & fundatur in maiori vtilitate ne ſcilicet quis retrahatur a magiſtratu, 32. 19
Præiudicium conſiſtens in tempore non tangit ſubſtantiam litis, ſed ſolum interdicit vſum, & exercitium illius, qui vſus perneceſſe reſpicit, etiam præterita, 32. 20
Præiudicium releuans parti, & iudici dicitur cum penitus extinguitur iuriſdictio per præuentionem radicata, & tollitur ius in ſpecie quæſitum, cum totali cauſæ terminatione, 32. 21.
Præſumptio animi deliberati tollitur ex accidenti ſuborto, 19.30
Præuentio facit, vt cauſa ſit proſequenda coram iudice qui citare cæpit etiam ſi citatus poſt præuentionem forum mutauerit, 32. 11.
Princeps agens, vt munera militiæ miles ſubeat an repelli poſſit aliqua exceptione, 1. 3
Princeps quare poſſit militem ad libitum dimittere. 12.2
Principes qua conditione milites aſſumant, 1.23
Principis ad exemplum totus componitur exercitus, 5. 5
Princeps dicitur Pater Patriæ, & in eum oĩa iura Reipub. ſunt tranſlata. 4. 42
Principi, & Reipubl. magis aſtringimur quam parentibus, 17, 28
Principale eſt attendendum non quod ex accidenti poteſt euenire, 26. 27
Priuilegium ſuperueniens ob militiam eximit a iuriſdictione iudicis Pagani, 32. 3
Priuilegium ex commutatione acquiſitum nihil prodeſt quoad cauſam in qua præuenta eſt iuriſdictio, 32. 12.
Priuilegium peculiare militum eſt, vt poſſint quandocumque de ſolutione opponere, 43. 13
Priuilegium teſtandi de peculio caſtrenſi, etiam ad militiam togatam extenditur, 44. 15

Priui-

INDEX

Priuilegium teſtandi potius eſt dubium, an extendatur ad ſtipendiatos, quã ad militantes proprijs ſumptibus.46.22.
Procurator Cæſaris eſt cõpetens Iudex in cauſis fiſcalib. & cameralib.30.12
Procuratoris officium militibus interdicitur. 17. 1.
Procurat.eſſe nõ poſsũt milites etiã pro parẽte,& vxore 178.℘ decl.ſin.ſeqq
Procuratores magiſtris militũ eſſe interdicitur etiã in proprio negocio.17.17
Procuratio eſt interdicta militi etiã ſi aduerſarius cõſenſerit,vt ꝑcuret.17.20
Procuratoris officium vile reputatur. 17. 27
Procuratio ideò militib.vetita eſt,qa ex ea militaris dignitas denigratur.17.28
Procurator eſſe poteſt miles pro matris libertate 17.26
Prohibitũ ſatis eſt,quod à Ducibus exercitũ alias punitum fuiſſe legitur.6.38
Promiſſio incerta non eſt,quæ continet certitudinem in ſpecie.25.6.
Promiſſio tunc eſt incerta quando continet promiſſionem premij in genere v.g. ti timunererò. 25. 7.
Promiſſio facta de pecunia in genere non dicitur promiſſio incerta. 25. 8.
Prorogatio termini ſemper cenſetur facta cum eiſdem pignoribus, oneribus, & hypoteticis prout erat in primo termino. 36 4
Prouocatus quicquid facit ſine dolo dicitur ſacere 19. 28
Ptouocatus non debet excedere moderamen inculpatæ tutelæ. 20. 9
Prouocatus ſi voluit ſe vlciſci ei ignoſcendum eſt in vot.ad 12.13
Prouocatus iniuria reſpondens per verbum mentiris dicitur inferre nouam iniuram, & pœnam mereri iux. aliquos Doct. in vot. ad 12. 16.
Prouocatus dans mentitam nullum committit peccatum in vot. ad 12. 17
Prouocatus dans mentitam,tunc non excuſatur quando eam dat ex interuallo poſt acceptam iniuriam in vot. ad 12. 18.
Publicum commodum priuato eſt anteferendum. 2. 8.
Puero nulla eſt ignominia ſi cum flagris à magiſtro cædatur. 29. 7.
Puniri non debet id, quod in legem non committitur. 6. 3.

Q

QVãdo in vna cauſa ſunt plures Rei ad hoc, vt veritas magis detegatur debẽt oẽs ab vno iudice cognoſci. 32.29
Quę sũt facti nõ poſsũt niſi ꝓbationibus liquidari. 38.6
Qui ſe aſtrinxit ad id ad quod non tenebatur ſibi imputet, 25. 2
Qui percutit iuris auctoritate Dei miniſter eſt. 25. 2
Qui non vtitur remedijs opportunis ad obuiãdum fugæ non ſolum eſt in culpa, ſed in dolo. 25. 11.
Qui ſunt in exemplo imitationis debent ſi poſſint detrahentium ſibi verba compeſcere. 27. 36.
Qui metu criminis nomen militię dedit Sacramento militari ſoluendus eſt. 33. 28

Quis

Digitized by Google

Quis non debet aſſumere cuſtodiam alicuius, niſi credat eam rectè poſſe agere. 25. 8
Quis non debet ex ſua fraude commodum reportare. 32. 27
Quiſq; poteſt fauori ſuo renunciare, vbi nō agitur de publica vtilitate. 36. 12
Quod habet locum in cauſa ciuili habet, & in criminali. 32. 74

R

RATIO, qua Romani milites tantis priuilegijs decoratos eſſe voluerunt fuit, vt pro tutela, & defenſione Romani Imperij omnibus expediti curis, expeditiſſimi operam armis darent. 44. 13.
Ratio acquirendi titularibus ceſſat reſoluto iure, & titulo. 42. 7
Ratio longè validior militat ne Patronus erga clientem, quam tertius, contra tertium teſtimonium dicat. 13. 6
Recenſentur pœnæ à Romanis inflictæ deſertoribus militiæ, & admittentibus minimas negligentias. 9. 16
Recognitio Rei inter plures facienda eſt in examine ſatellitum, qui notam delinquentis perſonam non habent. 14. 16
Refertur diſpoſitio l. 2. C. de ratiocinijs tam publicis, quàm priuatis agi oportet. 31. 9
Refertur exemplum Hyeremiæ Profetæ. 12. 10
Referuntur aliquæ coniecturæ, ex quibus probatur quod verba mendacium dicis conuicium non ſonent. 12. 13
Referuntur caſus, quibus non poteſt Iudex ad carceres reuocare relaxatos ſub fideiuſſione de ſe repræſentando. 39. 11
Referuntur caſus, quibus poteſt Iudex ad carceres reuocare. 39. 9
Regulare eſt, militem nonniſi coram iudice ſuo eſſe iudicandum etiamſi tempore commiſſi delicti non fuiſſet miles. 32. 2
Regulares à ſecularibus negocijs abſtinere debent. 2. 22
Regulares ſunt remittendi ad ſuos ſuperiores. 2. 29
Reipublicæ intereſt delicta, & pandi, & puniri. 23. 1
Relaxatus ſub fideiuſſione de ſe repræſentando quando ſuper indicijs fuit diſputatum habetur pro abſoluto. 39. 2
Relaxatus indicijs non diſcuſſis propter aliquam cauſam cum fideiuſſione de ſe repræſentando arbitrarium eſt Iudici illum ad carceres reuocare, etiam quod noua non ſuperuenerint inditia. 39. 5
Relaxatus quando poteſt condemnari, vel torqueri reuocatio ad carceres non eſt inutilis. 39. 10
Relaxatus ſub fideiuſſione ſimpliciter ad hoc vt poſſit reuocari ad carceres debet habere contra ſe noua, & diuerſa indicia. 39. 16
Remiſſio mercedis magis debet mouere Principem ad recognoſcendum mili-

militem. 46. 15
Renunciatio priuilegij fori requirit ſpecificam remunerationem 40. 12
Reprobantur Felin. & Roman. in l. ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matrim. 12. 5
Reprobantur Rip. in l. Centurio n. 11. ff. de vulg. & pupill. 46. 10
Reprobantur Scapp. de iure ſcript. & non ſcript. & Anton. Merend. controu. iur. lib. 6. c. 8. n. 10. 46. 12
Reprobantur Theſ. Petr. de fideic. Peregr. eod. tract. & Hond. in conſ. qui dicũt milites noſtris temporibus nõ frui priuilegijs, de quibus loquuntur Romanæ leges, 44. 9
Reſcriptum Traiani Imper. circa teſtes adhibẽdos in teſtamento militis. 44. 16
Reuelans amici commiſſum fraudolenter ambulat. 23. 22.
Reus in ius vocatus ſimiles eſſe cæperit forum reuocare non poteſt eo quod ſit præuentus. 32. 8
Rixæ numquam iniurijs rarò vulneribus ſæpæ cedibus finiuntur. 19. 19
Rixas non ſedans facit contra præceptum Dei. 75. 7
Rixas ſedare naturæ ſtimulo inuitamur 15. 6
Rixas ſedare eſt commodum publicæ quietis. 15. 5
Romani militem armis exutum cubitum ire prohibebant. 6. 31
Romani caſtigarunt ſeueriſſimè illos, qui etiam ſi aliquid pro militia gererent armis eſſent exuti. 6. 35
Romani à principio ſuis militarunt expenſis. 8. 2
Romani Hoſtem veneno licet poſſent numquam debellari curarunt. 26. 17
Romulus Sacerdotes inſtituit, illoſque per omnem vitam militaribus ſolutos eſſe officijs voluit. 2. 15

S

SAcerdos quilibet re, & bona tẽporalia quatenus ordinata ad conſeruationẽ vitæ corporali bello tueri põt. 2. 3
Sacerdotes nõ poſſunt effundere ſanguinẽ humanũ. 2. 19
Sacerdotes quando pugnare valeant. 2. 26
Satellites nõ ſunt idonei teſtes. 14. 5. declara n. 20. cũ ſeq.
Satellitũ fides augetur ſi illi excedũt numerũ duorũ 14. 14
Satellites efficiuntur integri teſtes ſi adminiculis coadiuuantur. 14. 17
Scipio culpa cuſtodum Tunetum oppidum natura, & arte benemunitum occupauit. 5. 4
Scribendi modus eſt facilis imitationis. 43. 4
Scorta à Caſtris ſunt expellenda. 13. 1
Secretum, in quo continetur crimen læſæ maieſtatis aut euenturum malum reuelandum eſt. 23. 23
Secretum pandere nefarium, & perfidum reputatur. 23. 20
Senes melius quam adoleſcentes milites regunt. 3. 7

Senior

INDEX

Senior ſemper iuniori præferendus eſt niſi ab eo, qui tempore vincitur laborum comparatione ſuperetur. 3. 22
Sententia condemnatoria circumſcribitur per gratiam. 21. 3
Sergens cuſtodiam vnius debet duobus committere. 25. 13
Sergens eos quos cuſtodiæ tradit inermes tradere debet. 25. 12
Sergens non eſt credibile, quod habeat apud ſe pecuniam à fure ſibi reſtitutā cum in diem viuat eam militibus aſſiduo mutuet,& ludere ſolitus ſit. 38.7
Seueritas commiſcenda eſt lenitati. 6. 5
Seueritas eſt adhibenda in paucos vt cœteri exemplo pœnarum ſe contineāt intra leges militaris diſciplinæ. 16. 5
Solemnitates iuris gentium requirunt in teſtamento ſaltē duos teſtes. 44. 5
Solutionis exceptio eſt exceptio peremptoria. 43. 2
Solutionis exceptio eſt tā efficax vt poſt cōcluſū in cauſa poſſit opponi. 43.7
Solutionis exceptio non eſt vere exceptio,ſed defenſio. 43. 8
Somnus vnicuique animalium eſt neceſſarius. 5. 18
Somnus in tenebris ocyus obripit. 5. 20
Somnum expellere non eſt in poteſtate hominis longa vigilia defatigati. 5.19
Soporis pernicies in exercitu. 19. 16
Stationibus vbi ludus animi cauſa permittitur eſt deputandus miles, qui blaſphemantem in cuſtodiam deuoluat. 4. 8
Status rerum humanarum defendi non poteſt niſi inferiores ſuperioribus obediant, 7. 22
Statutum interdicens pœnam non reuelantibus maleficium ceſſat pœna ei, qui reuerentiam delinquenti debet ſi non denunciat. 23. 31
Statutum prohibens banditis alimenta præſtari procedit in illis, qui naturali iure non obligantur. 9. 13
Stipendia circumſcripta neceſſitate turpiter accipiuntur. 46. 9
Stipendia non ſunt de eſſentia militum. 46. 5
Stipendia ideò militi ſunt conceſſa, nedum ſumptus quærit, prædo craſſetur. 1. 12
Stipendia loco alimentorum ſubrogantur. 1. 13
Stipendijs ſuis nemo cogitur militare. 1. 11
Stipendiorum ſolutio non fit mercedis, aut precij nomine. 1. 41
Stipendia omnes merentur, qui militis nomen dederunt, & in Caſtris præſentes ſunt. 28. 3
Stipendia etiam ij merentur, qui pro negocijs proprijs proficiſcendo licentiam adepti ſunt. 28. 4
Stipendia non decet quod miles vſurpet pro tempore quo non inſeruit. 28. 6
Superioris præcepto ea violare non tenentur, quæ de iure diuino, aut naturali ſunt. 23. 24
Suſpecti de hæreſi à militia repelluntur. 4. 13
Suſpicio falſi in ciuilibus pro falſitate habetur. 43. 5
Succeſſio Parentum, & filiorum exequata eſt. 44. 4

T

INDEX

T

TADDAEVS Barberinus Nepos Vrbani VIII. ad Ferrariæ cuſtodiam miſſus.
Tardiuter producendo ſcripturas arguit ſuſpicionem falſitatis. 43. 4
Teſtamentum vt ſit validum, quæ requirantur. 44. 1
Teſtes viles ſi excedunt numerum duorum, & adminiculis coadiuuentur ſufficiunt ad condemnandum in pœnam ordinariam in crimine læſæ maieſtatis. 14. 19
Teſtamentum quando non eſt factum in hoſtium conflictu requirit duos teſtes ſaltem. 44. 3
Tiberius Imperator vna nocte occidi iuſſit qui inter delatores eſſent Primarij. 23. 18
Timor magis, quàm Amor obſequium parit. 7. 14
Tortura poteſt inferri vbi agitur de crimine capitali. 41. 6
Traianus erga optimos Commilitones priuilegia conferre profeſſus fuit. 46. 17
Traianus Cęſar in nauibus maris, & ſcopulorum miſericordię delatores commiſſos ſine remis, ac velis naufragio expoſuit. 23. 19
Tribuni militum duce in conſulto ad mortem condamnare non valent. 29. [illegible]

V

VAlens Imperator iuſſit monachos militare. [illegible]
Veneficium pœna mortis puniendum. [illegible]
Veneficium eſt crimen diriſſimum. [illegible]
Verba dubia in militia ſi conuicium ſubolere poſſunt, quaſi iniurioſa puniuntur. 3. 5
Verbum volo coniunctum cum infinitiuo, tunc perfectam non inducit diſpoſitionem, quando ad ſui eſſentiam expectat actum vlterius voluntatis. [illegible] 17
Verbum mentiris talem infert iniuriam, vt non liceat dicere tu mentiris ſaluo honore tuo. 12. 2
Verba enunciatiua in teſtamentis iure militari inducunt diſpoſitionem. 44. 19
Verbum mentiris, & verbum mendacium dicis idem non ſunt, & quam habeát inter ſe differentiam. 12. 6
Verbum mendacium an inferat iniuria. 12. 12
Verba quamuis iniurioſa de ſui natura pœnam non exigunt, quando ceſſat animus iniuriandi in vot. ad 12. 2
Verba verum non dicis, ſeu mendacium dicis apud viros qui honoris ſeruant candorem iniuria reputatur. in vot. ad 12. 6

Verba

INDEX

Verba mendacium dicis habent in ſe maiorem modeſtiam, quam verba mentiris in vot. ad 12. 7

Verba ſi redduntur ambigua, æquiuoca, & indifferentia ſufficiunt ad iniuriæ excluſionem in vot. ad 12. 9

Verba dubia debent ſumi in partem, qua delictum excludatur. 27. 22

Verba demonſtrant voluntatem animi, & ſunt teſtimonia mentis noſtræ. 19.8

Verba in abſentia prolata non eſt ſpeculandum, an vera ſint nec ne. 27. 14

Verba iniurioſa quando in præſentia prolata non ſunt iniurioſa non ſunt dicenda. 27. 21

Verba iniurioſa, ſiue in abſentia, ſiue in præſentia prolatâ regulariter ſunt toleranda. 27. 29

Verba iniurioſa tunc diſſimulanda non ſunt, quando coram talibus ſunt prolata, qui vera ea eſſe putant. 27. 32

Verbum volo iunctum cum infinitiuo tunc perfectam non inducit diſpoſitionem quando ad ſui eſſentiam expectat actum alterius voluntatis. 44. 17

Verbum volo quando non expectat eſſentiam alterius voluntatis infirmat infinitiuum præſenti eſſentiâ. 44. 18.

Veritas opinioni antefetenda eſt. 3. 31

Verius ſentierunt qui putarunt Procuratorem, vel Aduocatum de ſecretis ſibi à Cliente commiſſis ad perhibendum teſtimonium non eſſe cogendos. 23. 25

Victoria eſt finis militiæ. 6. 48

Victoriam milites adipiſci non poſſunt ſine laboribus. 6. 48

Vigilare in horto quare Apoſtoli nequierint. 5. 21

Vigilia, & ſomnus duo hominum paſſiones. 5. 17

Vigilijs præcedentibus neceſſariò ſubſequitur ſomnus. 5. 24

Vigiles omni tempore debent vigilare. 5. 12

Vigiles vltra conſuetum in excubijs permanentes ſi obdormiant ſunt abſoluendi non condemnandi. 5. 14

Vigiliæ nocturnæ diuiduntur in quatuor partes, vt tribus horis nocturnis neceſſe ſit vigilare. 5. 13.

Vir bonus præſtare debet ne mentiatur prudens ne mendacium dicat. 12.9

Virtutes decorant filium, vt cœteris paribus alijs præferendus ſit. 3. 5

Virtuti propriæ nitentes potiores ſunt ijs, qui a uita, aut paterna virtute confidunt. 3. 28

F I N I S.

APPENDIX, SIVE ANNOTATIO AD PRIVILEGIA MILITVM MILITIARVM STATVS ECCLESIASTICI.

PROEMIVM.

HONOS alit artes omneſque incendimur ad ſtudia præcio vtilitatis, ac gloriæ Cic. Tuſcul.qq. lib. 1. Qua propter ſicut prudētiſsime Romani, qui ad cacumen gloriæ in bellis peruenere, plurima, ac ampliſſima militibus cōceſſerunt Priuilegia: ita & prudentiſſimè S.D.N. Vrbanus Octauus Pont. Max. Alijque Romani Pontifices militibus Status Eccleſiaſtici honores,& priuilegia tribuerūt. Expedit enim milites habere, vt ijs non ſolum defenſiuo bello prohibeamur iniurijs, ſed etiam vindicatiuo illatas vlciſcamur: iuſta enim bella Deo auctore geſta ſunt, vt Numerorum 5. Hoſtes vos ſentiant Medianitæ, & percutite eos Deuter. 20. & Sauli præceptum à Deo eſt 1. Reg. 15. vade interfice peccatores Amalec, & pugnabis contra eos vſque ad internecionem: immo Scriptura Deum ipſum pugnare aſſerit Exod. 17. Deut. 1. & 2. Deus ait, qui ductor eſt veſter pro vobis ipſe pugnabit. & 2. Paralip. 20. non eſt veſtra pugna, ſed Dei, & bella eſſe quandoque iuſtiſſima euincunt ſtupenda miracula, quibus non nunquam Deus præliantium conatus adiuuat, quæ videri poſſunt apud Baium in Theatr. theolog. lib. 3. cap. 7.

A Quia

Quia autem circà prædicta Pontificia Priuilegia variæ in dies oriuntur dubitationes, non ab re factum exiſtimaui, ſi ea quæ ſuper ijs annotaui, breuiter hic infererem, vt ſi quid boni eſt publicæ pateat vtilitati.

PRIVILEG. I.

Eximuntur Milites à muneribus: vndè primo nota, quod munerum alia ſunt perſonalia, alia realia, & alia mixta, de quibus latè Antib. de muner. 2. p. princ. de mod. muner. nu. 1. cum ſeqq.

An autem, & quomodo, & à quibus muneribus exempti ſint milites de Iure communi, vide apud Cotor. de Iure milit. lib. 2. c. 23. Thomat. de Collect. fol. 266. & ſeq. Caſtill. deciſ. 105. p. 1. Maſtrill. deciſ. 256. par. 2. qui alios allegant.

Munera autem quibus eximuntur Milites Militiarum Status Eccleſiaſtici, recenſentur ſpecialiter in 1. 2. & 3. Priuilegijs; Quorum occaſione quæritur, ſi contingat Caſus, quo Vniuerſitas, ſeù Princeps conſtituant certas perſonas ad exequenda ea, à quibus nominatim milites eximuntur in dictis Priuilegijs, eisq. aſsignent certa ſtipendia exigenda ex collecta impoſita ſingulis perſonis, an milites debeant contribuere pro dicta Collecta? & negatiuè concludunt Bart. in l. 1. nu. 30. verſ. quæro ergo vtrū, C. de muner. & in quo loc. lib. 10. Rip. in l. 4. in princ. nu. 3. ff. de re Iud. Bero. conſ. 150. nu. 50. vol. 3. Surd. deciſ. 275. in princ. & ratio eſt, quia debet inſpici cauſa Collectæ, & qui liber eſt à cauſa liber eſt etiam ab effectu, Aretin. in l. ex toto, ff. de legat. 1. & ibi etiam Soccin. Bald. conſ. 112. in 3. dub. lib. 1. Natt. conſ. 157. nu. 5. & 6.

Exemplum poni poteſt in cuſtodia carceratorum, à qua milites ſunt immunes ex 1. Priuilegio, ſi imponatur Collecta ad eorum cuſtodiam, milites ad eam minimè contribuere teneri debent, & generaliter procedit in omni alia cuſtodia ad quam regulariter non tenentur, Bart. in l. vnic. C. de aur. coron. lib. 10. Caſtrenſ. conſ. 317. circà finem vol. 2.

Fallit tamen in cuſtodia, ſeù alio munere impoſito ob publicam neceſsitatem, vel vtilitatem; nam tunc ſicut milites non eximuntur à munere, nec etiam à Collecta, exemplum ſit in Collecta impoſita pro cuſtodia de tempore timoris peſtilentiæ; & in Collecta impoſita pro cuſtodienda Annona de tempore penuriæ. Rip. de remed. ad conſeru. vbert. n. 227. Surd. conſ. 275. n. 8.

Eodem

Eodem Priuilegio I. in verbo, *dal reſarcimento di ſtrade, &c.* Nota quod hic magis gratioſè erga milites ſe habet S. D. N. quam Iura cõmunia: eximit enim eos *dal reſarcimento di ſtrade, e ponti, &c.* à quibus tamen de Iure communi exempti non ſunt, l. viæ, ff. de veteran. vbi Iulio Soſiano Veterano reſcriptum eſt viæ ſternendæ immunitatẽ non habere, l. ad inſtructiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. vbi ab instructionibus itinerum, ac pontium cum inter ſordida munera numerari nequeant milites non eximuntur.

Priuilegio III. *tutti i peſi reali, & miſti, ordinarij, & ſtraordinarij.* Hoc Priuilegium eſt magis amplum, quàm illud quod conceditur verè militibus, ac etiam illis, qui cuſtodiæ Principis addicti ſunt, ſolum enim à perſonalibus muneribus, & mixtis non autem realibus exempti ſunt, l. ſunt munera ff. de vacat. muner. l. fin. § huiuſmodi, & §. fin. ff. de muner. & honor. Caſtill. d. deciſ. 105. nu. 49. & ſeqq.

Num ſint exempti à Vectigalibus pro rebus, quas deferunt itinerando negatiuè per text. l. 3. de vectigal. & commiſſ. l. ex præſtatione, C. eodem, Rouit. ad pragm. Regn. tit. de milit. pragm. 1. nu. 8.

Num ſint exempti à Collectis, quæ imponuntur pro ſalario Medici, & Ludi Magiſtri, ac aliorũ huiuſmodi? negatiuè, vt optimè negocio diſcuſſo examinauit Dominus Franciſcus Corona, cui, & ego me ſubſcripſi, & hic regiſtrare opere pretium duxi: & illius tenor ſequens eſt.

IN Terra Cęſarum, quæ de præſenti anno regitur ſub placidiſſimo gubernio illuſtriſſimi D. mei Bonuiſij Cameræ Apoſtolicæ Clerici, grauis orta eſt controuerſia ſuper exemptione militum ibidem in proprijs domibus commorantium abſolutè prætendentium non teneri ad aliquam contributionẽ Collectæ pro ſalario Medici, & Scholarum Magiſtri exigi ſolitæ: Exclamante autem Communitate, & ſuggerente Medici conductionem indè retardari non ſine graui periculo; verſa vice vrgentibus Excellentiſſimi Vrbis Præfecti Status Eccleſiaſtici Ducis Generalis, qui ad inſtantiam militum, efficacius reſcripſit pro obſeruantia Priuilegiorum; & cauendum propoſuit ne illa lędantur, neue indebitè fiant exactiones ſicuti pro ſuo munere curare tenetur ad not. in c. 1. & c. ſolemus, ff. de offic. Ord. vt per Ferret. de Gabell. num. 535. Decreui pro viribus reſolutionẽ præſentis articuli indagare, ac indè firmiori Iudicio Domini mei ſubijcere, vt pro ſua doctrina, ac diuturna in iſtis militaribus con-

trouerſijs exercitatione veritatem indicare complaceat, etſi opus erit eidem Principi Iuſtitiæ amantiſſimo de ſua probitate, ac virtute ſatis certo benignè referat.

Videbatur igitur dicendum exemptionem militum competere, eiſque in præſenti Caſu ſuffragari; licet enim de Iure communi iſti milites cohortales, qui in proprijs domibus commorantur ſuaq. negocia peragunt non efficiantur immunes; ſed contributionem talearum, & Collectarum, ſicut cœteri Ciues ſubire teneantur ex not. in l. 2. C. de vectigal, & l. 1. C. negoc. ne milit. & latè tradunt Bertacch. de gabell. nu. 188. & 510. Ferret. eodẽ tract. n. 187. & ſeqq. Thomat. de collect. verſ. neſcienter. nu. 20. & ſeqq. Gregor. Tholoſ. ſyntag. Iur. fol. 19. c. 16. n. 4. Lauden. de milit. q. 16. Claud. Coth. de Iur. & priuil. milit. cap. 4. & alij relati per Caſtill. deciſ. 105. nu. 47. Lancell. Gall. conſ. 23. nu. 5. & conſ. 117. nu. 28. Quinimò etiam ij, qui in Caſtris degunt; aut cuſtodiæ Principis, vel Arcis, aut alteri militari exercitationi diù, noctuq. ſunt addicti ſolum à perſonalibus muneribus, & à mixtis ſint exempti, non autem à patrimonialibus ordinarijs, vt probant text. in l. ſunt munera. ff. de vacat. muner. l. fin. §. fin. ff. de muner. & honor. & alij per Caſtill. d. deciſ. 105. num. 49. & ſeqq. Ijs verò, qui à Caſtris receſſerunt, & ad patriam etiam iuſta, & honeſta miſſione redierunt, ſolum munera ſordida, & perſonalia remittantur, l. munerum. §. patrimonium. ff. de muner. & honor. l. his muneribus, & d. l. ſunt munera. ff de vacat. & excuſ. muner. l. 2. ff. de priu. veteran. l. fin. C. de his, qui non implet. ſtipend. Thomat. de Collect. verſ. poſt nobiles in paru. fol. mihi 276. Petr. Antibol. tract. de muner. p. 3. n. 78. Caſtill. vbi ſupra. n. 50. nimirum quia militum priuilegia ſunt conceſſa pro periculis, & laboribus, quæ de proximo, & quæ actu, non quæ habitu ſubeuntur, vt latè proſequitur Caſtill. d. deciſ. 105. per tot. licet ibi conetur demonſtrare, quod Trattenuti Regni Neapolis actu militant, & ſunt prompti ad pericula, & valdè differunt à veteranis à Caſtris liberè dimiſſis; ideòq. tàm à perſonalibus, quàm à mixtis ſint priuilegiati.

Attamen in Caſu noſtro iuris communis determinationes ſuperfluæ redduntur, cum habeamus particularia, & explicita priuilegia S. D. N. Vrbani VIII. militibus ſtatus Eccleſiaſtici conceſſa, & de Anno 1628. promulgata, in quibus ſub cap. 1. legitur exemptio perſonalis. ibi, *& ſiano eſenti da tutti li peſi perſonali ordinarij, & straordinarij impoſti, & da imporſi*, & in cap. 5. legitur exem-

ptio

ptio realis tam ab oneribus mixtis, quam à meris, ibi, *ſiano eſenti da tutti li peſi ordinarij, miſti, & reali, & ſtraordinarij*. Vndè illis videtur inherendum non obſtante quacumque iuris repugnãtia iuxta trad. per Caccialup. in l. omnes populi, num. 203. ff. de iuſt. & iur. Rimin. conſ. 190. n. 38. lib. 1. Decian. reſp. 32. num. 9. lib. 2. Alderan. Maſcard. de ſtatut. concl. 2. n. 63. Vbi enim verba Priuilegiorum ſunt clara, controuerſia legum ceſſare dicitur Neuiz. conſ. 66. n. 45. Burſat. conſ. 138. n. 25. & in terminis exemptionis Nig. contr. 154. n. 16. Stante præſertim clauſula ſublata, & Decreto irritanti, Mart. de clauſ. par. 1. clauſ. 176. & faciunt quæ in materia militum Religioſorum, quos Equites nuncupamus, de iure communi à Gabellis minime exemptorum, vt per Laſart. de Decimis, cap. 19. nu. 92. Giron. de Gabell. par. 7. in princ. n. 47. Gutier. eod. tract. q. 95. n. 12. & ſæpè reſoluit S. Congregatio Boni Regiminis; Nihilominus concurrentibus ſpecialibus priuilegijs; prout in militibus Hieroſolymitanis contrarium eſſe ſeruandum, & à qualibet collecta illos excuſari, ferè in terminis noſtris poſt Decian. conſ. 51 per tot. lib. 3. reſpondit Rota in Leodien. Collectæ 19. Martij 1604. coram bon. me. Attrebaten. confirmata die 19. Aprilis 1619. coram bon. me. Buratt. & die 7. Aprilis 1628. corã Reuerendiſſ. Decano, & in alia Meliten. Collectarum 7. Maij 1627. coram Eminentiſs. Vbaldo.

Adeò vt nec ſufficeret ab aliquibus militibus, vel Miniſtris aliquando fuiſſe ſolutum; cum non idcircò Priuilegijs Religionis, vel Ordinis militaris præiudicium inferatur, itaut ad futuras ſolutiones milites adſtringantur, vt ex Felin. in cap. cum acceſſiſſent num. 28. in 3. limit. de conſtit. Ruin. conſ. 228. num. 11. lib. 1. Natt. conſ. 160. num. 46. lib. 1. Rota in d. Leodien. coram Attrebaten. in fin. & in d. Meliten. coram Eminentiſs. Vbaldo. in fin.

Cæterum prædictis non obſtantibus contrariam opinionem in præſenti Caſu veriorem cenſeo; ſcilicet milites adſtringi ad ſolutionem Collectæ, de qua tractatur.

Et moueor, quia vbicumque imponitur Collecta ex cauſa nedum reſpiciente publicam vtilitatem, ſed etiam priuatum cuiuslibet intereſſe, exemptio non debet ſuffragari; ſed eo modo, quo exemptus participat de commodo debet etiam participare de onere ex regula l. ſecundum naturam, ff. de Regul. iur. & in materia Collectarum notant Doctores in cap. non minùs; vbi

Abb.

Abb. num.20. Anan. num. 11. Anchar. nu.8.de immun. Eccl. idem in cap.aduerſus num.2. eodem tit. Iaſ. in l.ſi ex toto nu.45. ff.de leg. 1. Caſtrenſ. conſ. 423. num.4. lib. 2. Corn.conſ.72.n.15. lib.4. Purpurat. conſ. 430. num. 6. Ferret. Reſp. 57. num. 19. & alij relati in dicta Leodien. Collectarum coram Attrebaten. in princ. quibus addo Bero. materiam ex profeſſo tractantem, conſ. 152. per tot. lib. 3. & conferunt etiam tradita per Alex. conſ. 123. ſimiliter per tot. lib. 5. Marant. conſil.81. num. 13. & ſequentibus.

In propoſito autem non poteſt controuerti, quod conductio Medici, & Ludi Magiſtri, nedum reſpiciat publicam, & Communem vtilitatem; ſed etiam priuatam, & diſtinctam cuiuſlibet perſonæ, vt in fortioribus exemplificat Bero. dicto Conſ. 152. ſub num. 13. & de publica vtilitate patet ad ſenſum, vt ſalubritas conſeruetur, & eruditis hominibus quales ex dicta terra prodire ſolent, Vniuerſitas repleatur. Priuata autem eſt magis euidens, cum Medici cura loco alimentorum ſuccedat; vt probat tex. in l.quos, §.verbum viuere, vbi Alciat. Rebuff. & alij, ff.de verb. ſignificat. & in l. victus, ff. eodem Iaſ. in l.errori, §.qui tranſegit. ff.de tranſaction. Rimin. Iun.conſ.132. num. 11. & ſeqq. Tiraq. de Nobilit. cap. 31. num. 395. Surd. de aliment. tit. 4. quæſt. 5. num. 5. & ſeq. Et ſic etiam eruditio Magiſtrorum pro diciplinis apprehendendis, ad quam teneri eos, qui onere alendi aſtinguntur, cum talis eruditio alimentum animi reputetur, probat text. in l.qui filium ff. vbi pupillus educari deb. l. de bonis, §. non ſolũ, ff.de Carbon.edict. Socin. Sen.conſ.161. in fin. lib. 2. Crauett. conſ. 199. num. 3. Calderin. conſ. 2. de Regul. Roland. conſ. 22. num. 8. & ſeqq. vol. 1.

Conſequenter non debent iſta alimenta præſtari ab extraneis pro perſonis ipſorum militum filiorum, vel coniugum; quia hoc eſſet nimis damnoſum alijs non exemptis, vt poſt Henric. Boich. Io.Andr. & alios conſiderat Bero. d.conſ. 152. ſub num. 11. lib. 3. Guido Pap. deciſ. 393. Et milites conſequerentur lucrũ de aliena ſubſtantia, non de ærario Principis eximentis; quo dumtaxat caſu poſſet fieri latior interpretatio. Bero. ibid. verſ. prætereà quando Anch.conſ. 260. per tot. & ſignanter nu. 4. Alex.d. conſ. 123. n. 6. & ſeq. lib. 5. Azor. Inſtit. Moral. lib. 3. p. 5 c. 19. q. 11.

Et in terminis quod exemptio non ſuffragetur quoad collectã

impo-

impoſitam pro ſalario Medici, vel Ludi Magiſtri, ſed exempti illi contribuere teneantur, Caſtr. fortiùs loquen. in Clericis, eo, quod Medici etiam ipſis Clericis mederi debeant, conſ. 423. ſub num. 2. verſ. Breuiter aduertendum part. 2. Capiblanc. poſt tract. de auth. Baron. ſing. 135. Io. Maria Nouar. in ſuis quæſt. Forenſ. quæſt. 17. num. 2. vbi licet loquatur in exemptione ob numerū 12. filiorū; tamen ſe extendit ad alios exemptos; vltra quod d. exemptio fundatur pari ratione, qua fundatur exemptio militum; vt probatur in l. ſi quis Decurio, C. de Decur. lib. 10. notat Bald. conſ. 310. lib. 3. Alex. dicto conſ. 123. nu. 4. & ſeqq. lib. 5.

Quibus ſtantibus non contradicunt priuilegia in contrarium motiuata; Quia non loquuntur de iſto Caſu; & debent recipere interpretationem à Iure, quo inſpecto, ſicuti generalis impoſitio collectarum, quoad omnes, non comprehendit exemptos ex Oldrad. conſ. 266. num. 5. Caſtrenſ. conſ. 187. num. 5. verſ. Quantum verò lib. 2. ità è conuerſo nec generalis exemptio debet comprehendere Caſus obligantes etiam exemptos, niſi in indiuiduo de illis fiat ſpecificatio, vt notant Canoniſtæ in dicto c. peruenit, verſ. alio modò; & ibi ſignanter Collect. & Innoc. in princ. de immun. Eccl. DD. in l. ad inſtructioné, & l. iubemus nulla, C. de Sacroſ. Eccl. Rota in præcitata Leodien. Collectæ, coram Attrebaten. in princ. verſ. quin etiam priuilegia.

Cum aliàs tale indultum induceret Mercimonium exemptorum, & grauamen aliorum, quod eſſe non debet, vt conſiderat Ruin. in conſ. 112. num. 5. & ſeqq. lib. 5. qua ratione ſemper debere reſtringi, ne ſuffragentur ad iſtos effectus tradit Miſing. obſeru. 70. Cent. 4. & ibi ſignanter num. 2. & 3. Surd. conſ. 490. Pacian. conſ. 7. num. 3. & ſeqq.

Nec repugnant, quæ deducuntur in præcitatis Deciſionibus, Leodien. Collectæ, & Meliten. Collectarum aduerſus Cauſam publicæ vtilitatis, quia ibi non vigebat ratio indiuiduæ participationis vtilitatis, quæ hic viget, & deficiebat Iuriſdictio cum Hieroſolymitani milites non ſubiacerent iuriſdictioni imponentis, quod ſemper eſt neceſſarium, vt latè Bero. conſ. 31. lib. 1. hìc verò nec de ſubiectione militum, nec de legitima impoſitione controuertitur, & vlteriùs concurrebant clauſulæ prægnantiſſimæ alteriùs cuiuſuis oneris, &c. pro quacumque cauſa, &c. pro quibuſcunque collectis, &c. quas latè ponderat Decian. d. conſ. 51. lib. 3. & Rot. in ijſdem Deciſionibus.

quæ-

quæq. appoſitæ poſt enumerationem ſpecierum maiorem vim habebant, vt etiam inſolita comprehenderent, Crauett.conſ.294.n.7. & ſeqq Soccin.Sen.conſ.200.propè fin.lib.2.Natt.conſ 63.num.18. Rimin.conſ.59.nu.12.& ſeqq.lib.1. Iſta verò deficiunt in Caſu noſtro; nec poteſt aliud prætendi, quàm indultum generale; quod recipit ſupradictam declarationem.

Eademq.declaratio reſultat ex ponderatione ipſorum priuilegiorum. Quia in primo Capitulo dum eximuntur à perſonalibus etiam pro refectione Viarum, & Pōtium ſubiungitur, *mà non già dall'opera dell'artefice, ò materia, che per ciò biſognaſſe*, & dum in verſ.ſequenti eximit ab arginibus, & excauationibus ſubnectitur limitatio, *mà non già del reſarcimento dell'argini del Pò, & d'ogn'altro, doue il Soldato vi habbia alcuno intereſſe*, & ſic patet illa concordare cum determinationibus Iuris ſuperiùs firmatis reſpectu contributionis pecuniariæ, & reſpectu caſuum, in quibus miles percipit priuatam vtilitatem; vndè in his terminis eſt ſeruanda ipſius iuris communis diſpoſitio. Bald. conſ.382.n.7.lib.5 Corn.conſ.81 n.9.& ſeqq.lib.2. nec priuilegia Militaria trahi debent extra ſuum caſum, l.in fraudem.§.finali, vbi Bald.& alij ff.de milit.teſt.

Conſequenter non videtur immorandum ſuper Tertio Capitulo de realibus loquente, tum quia debet recipere eaſdem declarationes, cum in illis vigeat maior ratio, quàm in perſonalibus ſecundum cōcluſiones in principio deductas, tum quia verè non poſſunt nuncupari onera, cum potius ſit communis contributio pro cōmuni ſeruitio, quæ alias exemptio, lucrum importaret, ad quod non infertur ex releuatione damni, vel oneris, Pariſ.conſ.38.nu.52.& ſeqq.lib.1. Surd.conſ.383.n.1.vol.3. tum demùm quia eximit ſolum ab oneribus impoſitis poſt primam publicationem Priuilegiorum Militarium, quæ facta fuit ſolum de anno 1607. cum tamen Collecta, de qua agitur ſit admodum antiqua, & ſubrogata loco ſubſidij triennalis extincti pro eius rata ab ipſamet Communitate.

Capitula verò Militaria de anno 1554. condita à claræ memor. Iuliano Cæſarino tunc Duce Generali Militiarum Status Eccleſiaſtici, regiſtrata in Cancellaria dictæ Terræ; & ad iſtum effectum tranſmiſſa, de exemptione Militum nihil penitùs diſponunt.

Ideò, &c. ſaluo, &c.

Franciſcus Corona.

Præ-

PRæſentem dubitationem adeò doctè, & plenè iuxta morē Dominatio Tua explicuit, & elucidauit, vt mihi ereptus ſit omnis prorſus addendi locus; illud dumtaxat non omittam, milites Romanos non viuere more Perſarum, qui in Exercitibus ſuis nulla Medicorum opera vtuntur, vt tradit Agath. lib. 2. de Bell. Goth. ſed retinere Medicos vti ad ſalutem, & conſequenter ad victoriam ſummè proficuos, & neceſſarios; & idcircò Romanos Imperatores, nedum diurnam mercedem ſexaginta ſolidorum militum Medicis erogari mandaſſe, vt in l. ſi duobus, C. comm. de legat. & l. 1. C. de comm. ſeru. manumiſſ. & per Veget. de re milit. cap. 10. Cotor. de iur. milit. lib. 1. cap. 28. verùm etiam amplis Priuilegijs eoſdem decoraſſe l. fin. ff. de muner. & hònor. l. 1. & l. Medicos, C. de profeſſ. & medic. lib. 10. Cotor. d. cap. 28. Qua propter ſi militibus ſunt neceſſarij, eiſque etiam milites vtuntur, iniquum eſſet; ſi ad propriam vtilitatem, alienam ſubſtantiam milites conſumere appeterent; conſtat enim impenſas ad eum pertinere, qui adhibendum hominem accipit.

Quare cum prædictæ, aliæque à D. Tua doctiſſimè cumulatæ rationes æquè militent in Ludi Magiſtro. in vtroque conſultationem tuam Iuri conſentaneam exiſtimo, & Priuilegiorum minimè læſiuam, eique in omnibus me ſubſcribo.

Tullius Criſpoltus.

Delata cauſa ad S. Conſultam, emanarunt litteræ tenoris ſequentis.

A tergo.

Al Mag. mio Amatiſſ. il Commiſſario di Ceſi.

Locus ✠ Sigilli.

Intus verò. *Mag. mio Amatiſſ. Mentre fuſſe ſolito auanti la publicatione de Priuilegi militari, che fù fatta del 1607. di pagare al Medico per colletta, farete, che à quella concorrano ancho i Soldati, non ne venendo in tal caſo eſentati dalli ſudetti Priuilegi, & ſtate ſano. Roma 24. Gennaro 1634.*

Voſtro Amoreuole.

Il Cardinal Barberino.

B Pri-

Priuilegio VIII. *Nelle Chieſe; Feſte, inanzi a' Magiſtrati, e Giudici, &c.* Eſt etiam de iure, vt coram Iudice, ſeu Magiſtratu in eiuſq. Palatijs; & etiam in locis, vbi multitudo hominum confluit non poſſint deferre arma text. in fin. in verb. ad Palatium de Pac. Conſtant. Ang. in l. qui dolo, ff. de vi public. Pariſ. de Put. de Sindic. in verb. Notarij, Iudices, &c. Neguſ. q. 157. n. 12.

Priuilegio IX. *Quando ſaranno in attual ſeruitio, &c.* Quando dicatur in actuali ſeruitio, explicatur in eiſdẽ Priuilegijs infrà Priuil. 18. & vide quæ ibi annotaui.

Priuilegio X. & XII. Qui nam poſſint arma portare, quando, & quæ, & qui poſſint impertiri licentiam vide apud Redin. de Maieſt. Priuig. in verb. non armis ſolum, p. 2. n. 160. Farinac. in pract. crim. q. 108. Decian. tract. crim. lib. 8. c. 3. Rouit. ad pragm. Regni, rubrica de armis.

Priuilegio XIII. *Vfficij, ò Carichi publici, &c.* Quid in muneribus publicis ex cauſa Annonæ, tex. in l. final. §. final. ff. de mun. & honor. eximit etiam milites veteranos ab iſto onere Thomat. de Collect. fol. 277. n. 1. Hodiè igitur cum iſti Milites Militiarum ſint omnes eiuſdem generis, & noſtrum Priuilegium loquatur valdè amplè, *nè ad accettare altri Vfficij, & Carichi publichi*, crediderim eſſe exemptos etiam à muneribus occaſione Annonæ. Limita ſi verſaremur in caſu neceſſitatis Annonæ, iuxta relatam deciſ. Surd. 275.

Eodem Priuilegio *Tutori, & Curatori, &c.* Ex Priuilegio in corpore iuris clauſo Milites ſunt ab officio tutelæ, & curæ immunes, vt per text. in l. miles armatæ, C. qui tutores dar. poſſ. & in §. item, & in milite, de excuſat. tutor. Gutier. de tutel. p. 1. c. 20. n. 20. & c. 21. n. 25. Quod in tantum eſt verùm, vt nec etiam volentes poſſint eſſe tutores §. in idem, & in militẽ, Inſtit. de excuſat. tutor, Ferret. de re milit. tit. de antiq. inſtaur. & Illuſtr. Milit. n. 50. fallit pro filijs Commilitonum. l. propter Magiſtratum. §. final. ff. de excuſat. tutor. Ferret. vbi proximè procedit tamen Priuilegium in verè militibus, non in iſtis *del Battaglione*; cum quibus negatiuè concludunt Bart. in l. filiusfamilias, §. veterani, ff. de procur. & in l. ſed & milites, §. planè, ff. de excuſat. Tutor. Ferret. vbi ſupra n. 50. prouidè ideò S. D. N. hoc Priuilegium expreſsè conceſſit.

Quod amplia, vt procedat ſiuè tutores ſint datiui, ſiuè teſtamentarij, ſiuè legitimi, d. l. miles armatæ, & Gutier. vbi ſuprà; limita tamẽ, ſi ſint dati à Commilitone, vt innuit etiam Priuilegium, & eſt etiam

de

de iure communi, gloſſ.in dicto §. idem, & in milite, & in l. propter Magiſtratum,§.fin.ff.de excuſat.tutor. Ferrett. vbi ſupra nu. 50.

Amplia etiam ſi fiat miles poſt delatam tutelam, Maſtrill. dicta decif.76.num.16.

Quid ſi fiat miles; nedum poſt delatam, ſed etiam poſt acceptatam tutelam? & negatiua ſententia, vt nimirum miles excuſare ſe non valeat probatur mihi ex Regul. quod cauſæ excuſationum ſuperuenientes à munere tutelæ iam ſuſcepto nos minimè eximunt ad text. in l. propter Magiſtratum, & l adminiſtrantes, ff.de excuſat. tutor. & l.non tantum, §. vacare, ff. eodem. Faber. Angel.& Platea in §.Diuus Marcus, Inſtit.de excuſat.tutor.Montan. de tutel.cap.35. Regul. prima, Caualcan. de tutor.num.193. Gutierez.eodem tract. par.1.cap.21.num.33.

Quid ſi ignorans Priuilegium iam miles onus tutelæ acceptauerit, & excuſationem non propoſuerit? dic, vt per Maſtrill. dicta deciſ.76.num.18.

Quid ſi acceptet tutelam, & non faciat inuentarium; an excuſetur à pœna impoſita illud non conficienti? affirmatiuè Ann. Robert. deciſ. 90. quem ſequitur, Nouar. collectan. 133. ad pragmat. Regn. num.8.

Amplia, vt nihilominùs lucretur legatum ſibi relictum cum onere tutelæ, l. ab adminiſtratore, C. de legat. Surd. conſil. 433.n.6.

Eodem Priuilegio XIII. *à Procuratori*: De iure communi an, & quando Miles poſſit Procuratoris munus exercere dixi Caſ.XVII. hic incidenter nota, quod & ſi militi Procuratoris munus ſit interdictum; tamen, ſi de facto ſit Procurator, nec aliquid ei opponatur eius geſta tenent, l. filiusfamilias, §. veterani, ff. de re milit. Gratian. diſcept. 123. num.8. Mareſcott. variarum reſolutionum, cap. 92.num.10.lib.2.

Eodem Priuilegio XIII. *Denunciatori ad maleficij*, concordat cum iure communi, vbi milites delatores fieri prohibentur, l deferre, § veterani, ff. de iur.Fiſc.

Priuilegio XIV. eximuntur hic milites à ſolutione medietatis expenſarum iudicialium, & Priuilegium concordat cum iure communi, vt videre eſt in l. fin. §. hoc quoque adiecto, C. de re milit. l. fin. C.de fruct. & lit. expenſ. l. in Sacris là 12. C. de prox. Sacrorum ſcrin.lib.12.

Amplia, vt eodem potiantur Priuilegio collitigantes cum mili-

 tibus,

tibus,vt ex iuribus relatis;& firmant Bart.in d.l.in ſacris,in fin. n.9 & ibi etiã Lucas de Penna, Speculat.tit.de expenſ.§.poſtremò,n.12. & 22.lib.2.Aſin.in prax. §.32. Limit.28.

Amplia ſiuè agendo, ſiuè excipiendo, & ſic ſi conueniant, ſiuè conueniantur, & tàm pro ipſis militibus,quàm pro Aduerſarijs,Luc. de Pen.in d.l.ſacris,§.& quoniam,C.de prox.ſacr.Scrin.lib.12.

Amplia, quia ſi Aduerſarij militum plus ſoluant, & faciant condamnare milites in expenſis,id,quòd plus ſoluerunt recuperare à militibus non valent,Specul.loc.cit.n.9.verſ.ſi aut plus ſolueret.

Amplia etiam,quia conſortes militum in cauſa communi, & indiuidua gaudent hoc militũ priuilegio, ad l. ſi communẽ fundũ 10. ff.quemadm.ſeruit.amitt.Iaſ.in l.ſi emancipati,num. 5. vſque ad 24. C.de appel.latè Gonzal.ad Reg.8.gloſſ.24.n.47.vſq. ad 60.Gratian. diſcept.115.à num. 2.

Amplia etiã in fideiuſſore in cauſis in quibus pro milite fideiuſſit, quia à principali releuari debet,Giurb.deciſ.118.nu.53.

Declara,quia milites debent allegare eorũ priuilegium,Speculat. d.n.9.verſ.quid ſi victor.

An gaudeant priuilegio militis Ceſsionarij militum ? vt ſi miles ceſſerit nomen debitoris,& Ceſsionarius agat,num pro expẽſis agẽdi ſoluat Ceſsionarius diminutè, prout miles, vel integraliter ? & quod teneatur agere integraliter tenet Bertacch. de gabell. par.9. 8.par.princ.num.27.

Limita,vt milites non gaudeant aliquo priuilegio, quando agũt contrà debitorem debitoris;quia tunc repręſentant perſonã debitoris, l.hi, qui Fiſco.C.de conuenien.Fiſc.debit.

Limita ſecundo in expenſis pœnalibus,quia eſt exemptus, dumtaxat ab expenſis iudicialibus,quæ debentur Iudici,& Notario ratione laboris,latè Surd.deciſ.277.per tot. Exemplum eſt, ſi litiganti cũ certa qualitate imponatur certa pœna: Item ſi ſtatutum,quod non audiatur Appellans,niſi ſoluta certa quantitate,tunc enim, quia expenſæ appellantur pœnales,idcircò miles non eſt ab eis exemptus, & tenetur etiam eas refundere Parti,vt eſt caſus,Surd.d. deciſ.274.

Limita tertio in expẽſis promiſſis ex pacto,quia pactum facit ceſſare priuilegium,vt per Surd.vbi ſuprà.

Quid ſi miles de tempore moti Iudicij, non erat miles; ſed fuit effectus poſteà,& de tẽpore latæ ſententiæ erat miles num ſoluendæ ſint expenſæ diminutæ,iuxtà formam priuilegij, & affirmatiuè cõ-

clude-

cluderem; quia in odioſis militi attenditur tempus ſententiæ, non autem tempus moti Iudicij, l. hos accuſare, §. hoc beneficium, ff. de accuſat. & in l. penultima, vbi etiã gloſ. in verb. vindicta, ff. ſi ex nox. cauſ. agatur, vbi in impoſitione pœnæ attenditur conditio perſonæ tempore condemnationis, faciunt tradita per Caball. caſ. 147. à num. 1. cum pluribus ſequentibus.

Quid etiamſi miles de tempore latæ ſententiæ, non erat ampliùs miles; nec Priuilegijs militaribus fruebatur: diſtinguè, aut eſt cauſa, & negocium militare, vel occaſione militiæ, & gaudet adhuc Priuilegio per ea, quæ dixi Caſ. & facit concluſio; quod Mercator, & Scholaris pro geſtis tẽpore mercaturæ, & ſtudij, & eorum occaſione retinent priuilegium eiuſdem temporis, Caſtrenſ. in l. final. num. 1. & 2. C. de iuriſdiction. omn. Iudic. & in l. 2. cum l. prima. num. 3. C. vbi de ratiocin. ag. oport. Gen. in prax. Cur. Archiepiſcop. cap. 9. num. 1. & cap. 16. nu. 5. ſi verò non eſt cauſa, nec negocium militare, tunc non gaudet priuilegio, vt idem operetur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, l. final. §. ſi filius, ff. de legat. 3. & latè Caball. caſ. 147. nu. 28.

Quid in expenſis Cauſarum Criminalium, an ſit attendendum tempus delicti, vel tempus ſententiæ, putà ſi tempus nõ erat de tempore delicti, erat tamen de tempore ſententiæ diſtinguè, vt per Caball. dicto caſ. 147. nu. 19. cum ſeqq. quod aut ſumus in delictis habentibus pœnam ordinariam certam, aut in habentibus pœnam extraordinariam, & Iudici arbitrariam: Primo Caſu attenditur tempus commiſſi delicti, cum declaratione, de qua idem Caball. nu. 27. Secundo Caſu tempus ſententiæ; & ideò in pœna certa, & limitata, ſi tempore commiſſi delicti non erat miles, non gaudet aliquo priuilegio circà expenſas Sportularum, Capturæ, Proceſſus, & ſimilium: ſi verò pœna eſt arbitraria, attenditur tempus ſententiæ; & ſic tempus militiæ.

Eodem Priuilegio XIV. *Inquiſiti per delitti infami*. Etiam de iure communi miles propter delictum irrogans infamiam amittit Priuilegium militare, Cin. in l. 1. num. 11. C. de Iur. & fact. ignor. & in l. ſancimus. 8. num. 9. C. de reſtit. milit. Alberic. in l. militem. 7. C. de procurat. l. 2. §. miles, vbi Bald. & alij, ff. de his, qui not. infam. Bardell. conſil. 165. num. 3. & ideò meritò etiam hic inquiſiti de delicto, ſeù crimine famoſo, non gaudebunt priuilegio, de quo in ſupradicto Capitulo.

Sed

Sed quæritur quæ dicantur delicta famoſa, ſeu irrogantia infamiam; enumerantur partim in l.qui Iudicio,ff.de accuſat,& in c.cõſtituimus.3.q.5.& in cap.infames.6.p.1.& in c.quærendum.2.q.7. c.ſi qui ſunt,& c.qui crimen. 2.q.1. c.canonica, c.ſimiliter, & c.ſeq. 3.q.5. Et ſunt homicidæ malefici,hæretici,fures ſacrilegi,& ſimiles, vt per Decian.in tract.crim.lib.3.c.17.nu.1. Item Læſæ Maieſtatis, adulterij, peculatus, falſitatis, viris publicæ, vel priuatæ, ambitus, repetũdarum,& Annonæ,quæ enumerantur in l.1 ff.de publ.iudic. Clar.in prax.§.1.in princ.Farin.q.18.n.11.cum ſeqq.Giurb. cõſ.44. n.35. & de delictis irrogãtibus infamiam vide Magiſtraliter diſtinguentem Miſſinger.de probationib.c.54.à nu.21.cum ſeqq.

Eodem Priuilegio XIV. *Siano prima caſſati dalla militia, &c.* Milites degradantur,ſi habent aliquod ſignum, antequam tradantur ſupplicio Socin.Iun.in c.propoſuiſti il 2.poſt n.34.de for. comp. Et degradatio fit per ablationem ſigni, & per deletionem à numero militum,Caſtan.de benef.deduct.ne eg.q.48.n.85.cum ſeq.

Item nota,quod condemnatus pro famoſo crimine, dicitur ipſo iure priuatus militia,etiam quod in ſententia expreſſè priuatus non ſit, vt dixi Caſ.XX.nu.10.

Priuilegio XV. *Non poſſino eſſer condannati à pene infami, &c.* De iure communi furca ſuſpendi non poterant, imò nec in metallum, opus publicum,aut ad beſtias damnari; nec fuſtibus cedi poterant,& ſic hodie attento iure communi non poſſent neque ad triremes tranſmitti,l.3.§.his,ff.de re milit.tit.1.p.7.n.31.cum duob.ſeqq. Caſtan.d.q.8 n.31.Cotor.de Iur.milit.lib.1.cap.24.

Item nec poterant torqueri,aut ſubijci alijs quæſtionibus, Ferret. de re milit.tit.de legal.milit.nu.46.Bell. eodem tract.d.tit.3.nu.32.

De conſuetudine tamen hodiè,& ſuſpenduntur, & transmittuntur ad triremes, torquerentur, alijsq. ſubiacent quæſtionibus, vt quotidiè videmus,& teſtatur Caſtan.d.q.8.nu.32.Farin.q.41.n.30.

Benè verum eſt,quod Centuriones, immo etiam Alferij, quantumuis ignobiles capite obtruncantur,vt ſeruatur conſuetudinariè, & teſtatur Caſtan. ibid.nu.32, niſi diritas delicti aliud ſuadeat.

Pœnæ infames de iure communi non declarantur quæ ſint, cũ de iure communi non pœna, ſed cauſa irroget infamiam,l.ictus fuſtiũ,ff.de his qui not.infam.l.fuſtibus cæſum,C.ex quib.cauſ. infam. irrog.l.infamem,ff.de public Iudic. Alduin.conſ.27.n.11. Bardell. conſ.156.nu.7. Giurb.conſ.44. nu.26. vbi ex Gregor. Lopez quod fuſti-

fuſtigatus ob cauſam, quæ de ſe nō irrogabat infamiam, vt pro ludo Anſardi, non remanet infamis Coraſ. lib. 1. Miſcell. Iur. ciuil. cap. 16. num. 20. ait ſcholaſticum arma contra municipij legem ferentem, & ob id fuſtibus cæſum, infamiam non incurrere, cum eam non incurrat cauſa, propter quam fuit cæſus.

De conſuetudine tamen pœna fuſtigationis non imponitur, niſi pro delictis infamibus; Item pœna Bullationis; Item pęna Berlinæ; & idcircò ſtante noſtro Priuilegio, militibus imponi non poſſunt, niſi pro delictis infamibus.

Priuilegio XVI. In iſto cauetur, quod inita pace infrà terminū trium dierum, milites moleſtari non poſſint à Iudicibus Ordinarijs in caſibus, & rixis, de quibus Priuilegium loquitur; vndè nota, quod dies termini non computatur in termino, & ſic terminus ad faciendam pacem, aut alias ſedandam, ſeù terminandam rixam, incipit à die ſequenti, qua ſucceſſit rixa, non autem eadem die rixæ, Alexand. conſil. 42. num. 2. & 5. vol. 3. Cagnol. ad Decret. Mantuæ, dec. 7. n. 20. 21. & 46. Caualc. de brac. reg. in fragment. p. 6. frag. 103. vbi in ſpecie loquitur de ſtatuto dante terminum ad facien. pacem, Gratian, diſcept. 161. nu. 1. cum ſeqq.

Et ſic nota, quod dies incipit currere de media ad mediam noctē, & non de momēto ad momētum, l. more Romano, ff. de ferijs, Felin. in c. conſuluit, n. 6. de offic. Delegat. Gratian. d. diſcept. 161. nu. 20. Item nota, quod in Priuilegio cauetur, vt Centuriones, ſeù Locūtenentes, aut alij Officiales maiores poſſint negociū more belli terminare, & milites infrà dictum terminum trium dierum iudicare; & ſic punire, vel abſoluere. Nota etiam, quod ſi infrà dictum terminum non ſequatur pax, ſi tamen negocium à Centurione, ſeù alijs prædictis terminetur per ſententiam, infra dictum terminum, non poterunt ampliùs milites, qui rixarunt, vel eorum alter moleſtari ab Officialibus iuſtitiæ, Farinac. conſ. 4. n. 17. latiùs q. 4. nu. 4. verſ. amplia 4. Caſtan. d. tract. q. 8. n. 75. vbi habes rationem.

Item nota, quod in d. Priuilegio non cauetur infrà quantum tempus debeat exhiberi pax in actis Officialium iuſtitiæ; ideò etiamſi non exhibeatur in termino trium dierū à rixa, non ideò miles amittit Priuilegium, dūmodo verè probetur, quod pax fuit inita in dicto termino: vbi enim non præfigitur tempus, illud non erit attenden. ad tollen. vel inducen. obligationem, l. obligationum, §. placet. ff. de act. & oblig. Gomez. var. reſol. tom. 2. c. 11. n. 21.

Priui-

Priuileg.XVII. *Mentre ſaranno in attual ſeruitio nõ poſſino eſſer moleſtati, &c.* Nota, quod Priuilegium procedit in cauſis quantumuis Priuilegiatis, & ſic etiam in cauſa Dotis reſtituendæ, Graſſ. de excep. except. 3. n.22. Vincent.de Franch. deciſ.266.nu.1. vbi etiam Add. Giurb.deciſ.118.num.19.Mauſon. de cauſ.execut.lib.1.lim.8.

Item nota quod iſta exceptio, vt moleſtari non poſſint quando ſunt in actuali ſeruitio vocatur exceptio Hoſtica; ideſt ſeruitij militaris, Graſſ. de except.d.except.3. num. 19. & 20. Mauſon. d. limit. 8. num.11.

Item nota quod ſuperueniente actuali ſeruitio, & ſic oppoſita d. exceptione Iudicium, quantumuis inchoatum ſilet etiam quod fuerit conteſtata lis: adeò vt nec etiam teneatur miles relinquere procuratorem inſtructum, nec aliter illum conſtituere, Graſſ. d.except.3. num.20 & 21.Giurb.d.deciſ.118.num.17. verſ.articulus ſecundus, Mauſon.vbi ſuprà, num.13. vbi ampliat procedere, ſiuè iudicium ſit allodiale, ſiuè feudale.

Ampliarem ego, etiam ſi ab initio iudicium fuerit inchoatum cum Procuratore, quia ne principalis forſan magis inſtructus aliquid recipiat detrimenti, hac exceptione tueri poterit, & eſt de mente ſupradictorum Doctorum.

Amplia, vt d.exceptio competat etiam fideiuſſoribus militum; Giurb. d deciſ.118.num.33. verſ. quæ ſi à Barone.

Amplia etiam ad litis conſortes in cauſa indiuidua, Intrigl. de feud. Cent.2. art.96. num.17. Giurb.d.deciſ.118. num.34.

Declara, vt non proſit auctori laudato militis, Maſtril. deciſ.76. num.7.Ann. ſing. 117. Giurb.vbi proximè.

Amplia, vt etiam competat Artificibus, qui ad Exercitum pro faciendis armis, veſtibus, pane, & ſimilibus accedunt: idem etiam in Nautis, qui milites vehunt, Afflict. ad Conſtit. Regn. in Conſtit. de Hoſt. exceptione, rubr. 19. num.5. verſ. 4. quæro, vbi etiam Tapia, Mauſon.dicto lib.1. limit. 8.num.17.

Amplia etiam ad Medicos, & Chirurgos, qui cum Exercitu de ordine Superiorum migrarunt, quoniam & ipſi gaudent Priuilegijs militaribus, Gratian.diſcept.340.n.11. Amplia demùm, vt per Giurb. & Mauſon. locis proximè citatis.

Eodem Priuilegio, *Nelle cauſe ciuili*. Quid ſi cauſæ Ciuiles ſint executiuæ, nimirum ſi agatur vigore obligationis Cameralis; Regnicolæ tenent, quod tunc exceptio non competat, vt per Giurb. dicta

dicta deciſ.318. num.32. Mauſon.nu.27. Intrigl.ſing.353.lib.1.in terminis tamen noſtri Priuilegij, quod generaliter, & amplè loquitur, crederem exceptionem competere etiamſi cauſæ ſint executiuæ.

Item de Iure Regni limitatur, vt Priuilegium non procedat in Iudicio Spolij, vt per Afflict. deciſ.84. & in dicta Conſtit.Hoſtici, q.8. nu.10. Intrigliol.d.art.96.nu.23.Ricc.collect.1373.quam etiā limitationem ego nec admitterem in terminis noſtri Priuilegij, quia illa ſuperſederi mandat, etiam in executione vltrà quod ſufficerent illa ſola verba, *non poſſino eſſer moleſtati*, nam eo ipſo quod lex vetat inquietationē comprehendit etiam executionem ex cōtractu, Bart.in l.fin.§.donec,C.de Iur delib. Gratian. diſcept.243, num.17. & tamen de Iure Regni,quando agitur de executione Rei iudicatæ exceptio non intrat,Vincent. de Franch. deciſ.286. num.7. & ibid. Addent.Mauſon.d.limit.8. nu. 14. & ſic Priuilegia noſtra ſunt magis ampla,quam Conſtitutiones Regni.

Eodem Priuileg. *di qualſiuoglia Foro*. Priuilegia ſunt Pontificia, & ſic poterunt eximere militem,etiam à Foro Eccleſiaſtico, vbi in eo cauſa ageretur: vel ratione iuramēti,vel ratione Priuilegij,quod conceditur Viduis, & alijs miſerabilibus perſonis, vt in l.vnica, C.quand. Imperat. inter pupill. & vid.

Et hac occaſione nota,quod Priuilegium procedit aduerſus quaſcumque perſonas etiam priuilegiatas,& ſic Viduas,Pupillos, Eccleſias, Loca pia, & ſimilia, vt in ſimili de æquè priuilegiato ponunt, Graſſ.exceptione tertia,à numero vigeſimo, Intrigliol. dicto art.96. num.26.

Eod.Priuil. *& per otto giorni doppo,&c.* Nota, quod etſi Priuilegiū non dicat, quod antè diſceſſum à Patria,ad effectū eundi ad actuale ſeruitium gaudeant milites aliquibus diebus,attamen etiam gaudebūt aliquibus diebus antè diſceſſum poſt factam intimationem diſceſſus, ſaltim per quinque aut ſex dies, ſi non octo, quia tempus ſe parandi ad acceſſum in ſeruitio numeratur,Bott.ad Iſern. in dicta quæſt.Hoſtici, Guid.Pap. deciſ.217. & in Regno obſeruatur, quod gaudeant quindecim diebus tàm antè, quàm poſt expeditionem, vt per Giurb.dicta deciſ.118.numero octauo, Mauſon. dicta limitat.8. num.11.

Intellige,vt procedat tàm in executione reali, quam perſonali; quia dum ſunt in expeditione litibus vexari non debent,Guglielm.

 de

de Benedict.in cap.Rainutius,in verb.teſtamentum il 1.num.22.de teſtam.Ginut.in ſua diſciplin.militat.lib.1.c.fin.fol.196.

Poſtremò quęro.nũ milites poſſint agere per procuratorẽ,quãdo ſũt in expeditione,& vide quæ ſcripſit hinc indè Giurb.d.deciſ.118. nu.12.cum duobus ſeqq.Vtq.etiam meam in hoc interponam ſententiam, crederem milites poſſe agere,quia alias Priuilegium retorqueretur in odium.

Priuileg. XVIII. Vltra relata in Priuilegio ad proban, quod milites dicantur in actuali ſeruitio,ſiuè expeditione,ſcias eos de iure communi dici in expeditione, non ſolum, quando ſunt in Caſtris, ſiuè Tentorijs, tempore quo caſtrametati ſunt contra hoſtes, ſed etiam quando ſunt in obſidionibus,ſtationibus,ſeù præſidijs, vel in hybernis hoſpitentur,aut etiam ſint in commeatu, vel remeatu: & generalis eſt regula,quod ſemper dicũtur in expeditione, dum ſunt in exercitio bellico, Alberic.in l.fin.C.de teſtam. mil. Odd. de reſtit. in integr.q.6.n.7.Rouit.pragmat.16.de milit.n.16. cum ſeqq.

Item nota,quod miles in quocunque loco ſit in ſeruitio Principis, dicitur eſſe in expeditione, & gaudet Priuilegijs militaribus, ac ſic actu militaret, l.vnic.C.de Comit. & Archiatr. l.Palat. lib.12. l.1.C.de ſilentiar.eodem lib.Rouit.vbi proxime,nu.17.

Item nota,quod iſti milites *del Battaglione non ſtipendiati*, & degentes in proprijs pagis, in matricula tamen, ſeù Rolo, vt vocant deſcripti, gaudent etiã Priuilegijs militaribus iuris cõmunis ſi ſint in expeditione Caſtill.deciſ.105.n.41.& 42.Caſtan.in d.tract.n.88.

Priuileg.XIX. Certum eſt in Iure,quod arma, & Equi militum accipi non poſſunt in cauſam iudicati, gloſ. in l.nepos proculo in verb.dignitate,ff.de verb.ſignif. Bald.in rub.C.qui bon.ceder.poſſ. Amat.deciſ.86.n.5.Patign.apud Rouit.in d.prag. de milit.15.n.42. Caſtan.in d.tract.q.9.n.40.Paſqual.de vir.patr.poteſt.p.3.c.3.n.22. Ginut.in diſciplin.milit.lib.1.priuil.58.fol.197.

Ampliatur etiã ad veſtimeta, vt per Cotor.lib.1.c.23. nã victus, veſtes à pari procedunt; Et Caius Gracchus primus Romæ legem, tulit de veſtibus publicè militibus dandis, ſine ſtipẽdiorum diminutione. l.fin. C.de his qui ad Eccleſ. confug. & latè per Cotor. vbi proxime Ginuz.d.c.58.fol.196.in fin.

Limita, vt in ſubſidium poſſit in eis fieri executio pro penſione domus, vt per Caroc.de ſublocat.q.6.nu.21.quem refert Paſchal.de vir.patr,poteſt.par.3.cap.3.nu.22.

Sed

Sed ego hanc limitationem non admitterem, & prò ea Garoed loc.cit.nihil allegat, & in contrarium vrget, quod priuilegia militibus non tantum propter ſe ipſos, quam fauore Reipublicæ conceſſa ſunt Caball.reſolution.crimin.caſ.225.n.25.& ſeq.& n.253.& ſeq. Quæ ratio conuincit, vt nulla ex cauſa arma militi eripienda ſint; immo in vere militibus conſtat, quod ſi illa alienãt pœna capitis puniẽdi ſunt.l.deſertorẽ ff.de rè milit.& latè.dixi Caſ.XVIII: qua propter loco limitationis, ponerem ampliationem, vt executio fieri nequeat pro quauis cauſa, quamuis priuilegiata, & nec in ſubſidium.

Declara, vt militi pedeſtri poſſit in executionẽ capi equus, quippe illi equus non eſt neceſſarius Ginut.in d.c.58.car.197.in princ.

Declara ſecũdo, vt executio fieri valeat in veſtimentis ſuperfluis, gẽmis, torqueis aureis, ac ſimilibus Ginu.vbi proximè car.196.in fin.

Declara tertio, vt executio fieri poſsit in armis ſuperfluis, & in eis quæ non ſunt deſcripta in militis matriculatione: cauetur enim hoc clarè in priuilegio, ibi *Con le quali è diſcritto nella militia*; & de officio Collateralis Exceellentiſsimus Generalis S.R.E. cap.17. Expreſſe mandat, vt cuilibet bullectinò militi dando adnotentur arma, quibus vti debet; Exempta igitur erunt arma in bulectino deſcripta cœtera vero non.

Quid ſi miles habeat plura arma eiuſdem generis, quorum aliqua ſint meliora, aliqua precioſiora; quæ nam ex iſtis, erunt militi relinquenda, dum bulectinum ſpecificè ea non demonſtret, ſed ſolummodò loquitur in genere: nempe Archibuggio, Moſchetto &c. Idem dubium poteſt euenire in veſtimentis. Si hoc definiamus exemplis, variæ fuerunt circa arma, & veſtimenta militaria Principum opiniones, nam Maximinus Iunior vſus eſt aurea lorica vſus eſt etiam Clypeo gemmato, & inauraato, fecitquè etiam ſpathas argenteas, & aureas, vt refert in ipſius vit. Iul.Capitolin. Aurelianus Imperator etiam auratas veſtes militibus conceſsit, quas Paragaudas vocant, vt refert Flauius Vopiſc. in vit. Aureliani. Contra Hadrianus Imperator veſtem humilem habuit ſine auro, bullata ſine gemmis, capulo vix eburneo enſem clauſit Spartianus in vit.Hadrian. Mihi placet ſententia Seueri Imperatoris, qui voluit milites honeſtè veſtitos, calceatos ad decorem, & armatos nobiliter, & vtiliter. Idem Spartian. in vit.Alex.Seuer. Ex quibus concludo arma militi eſſe relinquenda meliora, ſiue vtiliora; ſiuè illa ſint gẽmata, ſiuè non: veſtimenta verò meliora, & vtiliora, potius

C 2 quam

quam præcioſiora iuxta Socratem in Orat. de Regno, vbi Imperatores, inquit, decenti veſtitu, ornatuque Corporis eſſe non prohibemus, tum quia qui eos vident, ipſa facie dignos imperio iudicent, tum, vt qui cum illis ſunt in eadem opinione permaneant relictis veſtibus, & ornamentis inutilibus, nè in eis contingat illud, de quo cecinit Torquatus Taſſus

L'Armi, e i Deſtrier d'Oſtro guarniti, e d'Oro
Preda ſian voſtra, e non difeſa loro.

Quod prius aduertit Preſcennius Niger, qui vetuit, nè zonam aliaq. aurea milites ad bellum haberent, nè ad hoſtem aliquid prædæ perueniret, vt refert idem Spartian. in vit. Preſcen.

Sed dicet quiſpiam, non nè erit Reipublicæ, & Principi vtilius, vt miles habeat Arma duplicia? Reſpondeo, quòd ſic: ſed expedit etiam Principi, & Reipub. vt æs alienum ſoluatur, cum priuilegia lædentia ius Tertij potius reſtringenda, quam amplianda ſint: vltra quod clarè loquitur Priuilegium; dum non arma duplicia, ſed deſcripta dumtaxat eximit.

Declara 4. vt Priuilegium milites amittant, quando occultant alia bona, quæ habent, ad finem euitandi executionem, Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 3. gloſ. 3. n. 20. Paſqual. p. 3. c. 2. n. 22. in fin.

Veruntamen nec hanc limitationem admitterem, quia, vt dixi, arma non fauore militis tantum, quam fauore Reip. eximuntur: & ideò delictum militis non in armorum Priuilegio, quod reſpicit intereſſe Principis, ſed aliter debet puniri.

Ex Priuilegio ſimili cóceſſo à Proregibus militibus Neapolitanis inferebat virtualiter Matthæus Patignus apud Rouit. prag. 15. de milit. n. 42. eſſe etiam exemptas perſonas ipſorum militum, nó quidem vigore iuris communis (quo attento, certum eſt, veros milites carcerari non poſſe pro debitis ciuilibus, vt dicam infra in Priuilegijs iuris communis) ſed vigore ſpecialis priuilegij eximétis ſolum arma, & veſtes, quia (vt inquit ex Philoſopho) propter quod vnumquodq. tale, & illud magis, *y ſi es verdad, que las armas, y cauallos tienen Priuilegio, porque ſiruen à la perſona del Soldado, razon es, que lo tenga la perſona, pues preſa non ſaldran las armas à pelear ſolas, ni defenderan la Republica, como lo manda el Emperador*, in l. 3. C. locat. Res enim debent ſeruire perſonæ, quæ eſt dignior, & propter quam sút inuentæ, vt ibidem nu. 42. & huius ſententiam ſequitur Paſqual. de virib. patr. poteſt. d. cap. 3. nu. 22.

Con-

Contrarium fuit de mente Regentis à Ponte, in tractatu de poteſt.Proreg. in tit. de aſſenſ. Reg. §. 7.nu.43. qui voluit, vt non obſtante priuilegio miles perſonaliter capi poſſit, ea ratione, quia priuilegium loquitur de armis,& veſtibus tantum; non autem de perſona: Sed eius opinio eſt in Regno communiter reprobata, vt teſtantur Paſchal. de vir. patr. poteſt. par. 3. cap. 3. num. 22. circà fin. Brun. de ceſſ. bon. quæſt. 4. princ. q. 9. numer. 10. Mauſ. de cauſ. execut. lib. 1. limit. 8. nu. 7.

Verumtamen quicquid ſit vigore pragmaticarum Regni; & Edictorum Proregum, Ego in terminis Priuilegiorum noſtrorum potiùs aſſentior doctrinæ à Ponte in d. §. 7. num. 43. nimirum perſonas militum non eximi à Priuilegio, vt carcerari non poſſint pro debito ciuili, & minimè priuilegium datum armis, & veſtibus, extendi ad perſonas; & ratio eſt, quia quod Priuilegium non dicit, nec nos dicere debemus, c. porrò, de Priuileg. Gratian. diſcept. 467. num. 57. & Priuilegium intelligi debet, vt quoad minùs fieri poteſt, ſit derogatiuum iuris tertij, l. ex facto, in princ. ff. de vulg. & pupill. l. nec auus, C. de emanc. liberor. Gabr. de iudic. cõcluſ. 4. n. 22.

Non obſtat idẽtitas, ſeù maioritas rationis, quaſi ſi datur armis, multò magis detur ei, qui armis vti debet, cũ arma ex ſe ſine vtente nihil proſint: Reſpõdetur enim diſparé eſſe rationẽ eximẽdi arma, & eximendi militẽ: ſiquidẽ ſi arma vendantur, & diſtrahantur ad ſoluẽñ. æs alienum militis Reſpublica, ſeù Princeps ex eo ſemper detrimenti aliquid ſentire poſſunt, nam ſi miles non habeat arma, quando ſe præbeat occaſio, erit inutilis, niſi alia Princeps ei miniſtret, quando ipſe emere non poſſit: At perſona ſemper poterit excarcerari, ſi occaſio vtendi milite ſe præbeat, prout de conſuetudine fieri, teſtati ſunt Caſtill. deciſ. 105. num. 42. & Caſtan. in ſæpè citat. quæſt. 8. in fin. Quod minimè verificari poterit in armis, & veſtibus iam diſtractis, & conſequenter cum maior inſit ratio eximendi arma, quam perſonam, meritò Priuilegium ad perſonam extendi non debet.

Amplia etiam vt in armis, & veſtibus fieri non poſſit executio, ex quauis cauſa quantumuis priuilegiata, vt expreſsè cauetur in Priuileg. XIII. militum Equeſtrium.

Priuilegio XX. de Repræſalijs fecerunt ex profeſſo tractatus Bartolus, & Io. Iacobus à Canibus, & multa de Repræſalijs ſcripſit Menoch. de arbitr. caſu 527. centur. 6.

Priuilegio XXI. *Li Bargelli, & altri Eſecutori, &c.* Et ſic nota, quod arma, veſtes, & ornamenta militaria non poſſunt retineri pro mercede capturæ, & executionis Birruariorũ, Proceſſus, Sportularũ, &c. vt clarè cauetur in priuilegio, ibi, *ò ad eſſi Eſecutori,* & ratio eſt, quia ſi non poſſunt vendi, aut alias applicari pro debito, vel delicto principali, creditoribus, aut Fiſco, multò minùs poterunt applicari acceſſorijs, ad l. etiã, C. de Iur. dot. cũ alijs per Soccin. reg. 5. Menoch. conſ. 58. nu. 13. cum ſeq. Surd. de alim. tit. 9. quæſt. 31. n. 8. cum ſeqq. & deciſ. 88. num. 10. vbi exornant.

Priuilegio XXIV. *Non poſſino eſſer forzati, &c.* Nota, quod nedum eximuntur ab actionibus vilibus, & infamibus: ſed etiam à muneribus ſordidis, vt ſic priuilegium concordet cum iure communi, de quo in l. ad inſtructiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. l. viæ, ff. de veteran. l. 1. & tot. C. de priuileg. eorum, qui in ſacroſ. milit. Palat. lib. 12.

Priuilegio XXV. *Non poſſino eſſer commandati per altro, ne diſturbati dal lor ſeruitio, &c.* Durum quippè videbatur, milites armis impeditos ad Ciuilia negocia adigere: & ijs, qui in Caſtris operam inſumũt, nullum municipale munus iniungi poteſt, l. 3. ff. de mun. & honor. Cotor. de Iur milit. lib. 2. cap 35.

Priuilegio XXVII. Duplex eſt cauſa miſſionum, honeſta, & cauſaria, l. milites, §. miſſionũ, ff. de re milit. Honeſta dicitur, quæ tempore militiæ exacto datur: & tempus antiquitùs exactum dicebatur poſt vigeſimum annum militiæ, l. ſed & milites, §. quandoq. ff. de excuſ. tutor. Cotor. de Iur. milit. lib. 1. c. 25. cum duobus ſeqq. Hodiè tamen iuxtà noſtra priuilegia, miſſio non datur, niſi exacto vigeſimo quarto militiæ anno, vt clarè habetur in priuilegio. Miſſi autem honeſtè, tàm vigore priuilegiorum, quàm etiam iuris communis potiuntur, & gaudent omnibus priuilegijs: Hoc eſt milites de quibus loquuntur iura communia, & de quibus Nos inferiùs dicemus fruuntur priuilegijs iuris cõmunis, Cotor. vbi ſuprà, Petr. Bell. eod. tract. p. 7. tit. 4. n. 15. milites verò militiarum priuilegijs à S. D. N. ſpecialiter eis conceſſis. Cauſaria miſſio dicitur, cum quis vitio animi, vel corporis, minùs idoneus militiæ renunciatur: eſt itaq. & ipſa cauſaria miſſio duplex, honeſta, & ignominioſa: honeſta conceditur ijs, qui vitio corporis, vel ægritudine laborant: ignominioſa eſt, quæ datur ob delictum, licet etiam ob delictum aliquando non ſit ignominioſa: Primæ ſèpe retinent Priuilegia militaria, vltima nunquam, vt per Cotor. lib. 1. cap. 27.

Eodem

Eodem Priuilegio: *Giunti all'Età di 55. anni, &c.* Diocletianus, & Maximianus Imperatores, cuidam militi reſcripſerunt, neminem ambigere honeſtã miſſioné, eſſe conſequutũ eum, qui ob prouectæ ętatis moleſtiã ſit dimiſſus, l. 2. C. de his, qui nõ implet. ſtipen. lib. 10.

Militaris autem Ætas antiquitùs apud Romanos à 17. vſq. ad 46. annum terminabatur, Sigon. de Antiq. Iur. Ciu. Rom. lib. 1. cap. 14. & per Borel. de Magiſtr. edict. lib. 1. cap. 6. nu. 51.

De probanda autẽ ætate, vide plenè Farinac. in frag. in verb. ætas.

Priuilegio XXIX. Vt filij militũ gaudeant hoc priuilegio (quod eſt etiam de iure communi) non ſufficit, ſi eorum parentes in Caſtris occumbant, ſed debent, vel perijſſe in acie, vel alias facto Inimicorum, vtq. noſtrum priuilegium dicit, in factione, nõ autem morte naturali, l. bello, ff. de excuſat. tutor. Cotor. de Iur. milit. lib. 2. cap, 3. & iſti, qui ita in bello pereunt, digni ſunt æterna memoria, & laude: audiantur in hoc verba Socratis de Repub. quem allegat Ginut. in ſua diſcip. milit. c. vlt. lib. 1. Quicumque, inquit, fortiter pugnantes pro Repub. occumbunt, ex aurea generatione, hoc eſt ex primaria nobilitate reputabantur, ità vt ex eorum ſtipite deſcendentes Dij quodammodo, & cuſtodes hominum denominarentur; & quomodo eſſent in bello ſepeliendi, quibuſue inſignijs decorandi ab oraculo perquireretur.

Amplia, vt extendatur ad parentes, ſi eodem modo eorum filij occubuerint, l. fin. ff. de excuſ. mun. Cotor. cap. 3 lib. 2.

Quomodo autẽ probetur mors militis, vltrà modos in priuilegio relatos, vide Lud. deciſ. Peruſ. 30. Mart. ff. nouiſ. in verb. mors, c. 15.

Priuilegio XXX. *Che la metà della Cattura ſolita à pagarſi da' Soldati, &c.* Ex quibus verbis nota, quod in caſu huius priuilegij, expenſa capturæ, erit medietas medietatis: quia expenſa, ſeù merces capturæ, quam iuxtà ſolitum ſoluunt milites, eſt medietas mercedis ordinariæ, vt ſtatutum eſt ſuprà in Priuileg. XIV. dum ergò hic in præſenti Priuilegio cauetur, vt ſoluatur medietas capturæ, quam ſolent ſoluere milites, pernecceſſe intelligitur de medietate medietatis; alias illa verba, *ſolita à pagarſi da Soldati, &c.* eſſent ſuperflua, cum ſatis fuiſſet ſimpliciter dicere medietatem, quando ſenſus fuiſſet, vt ſolueretur medietas mercedis ordinariæ; Præterea in caſu huius Priuilegij, miles non eſt in delicto, ſed dumtaxat in negligentia non deferendi Bullectinum; porrò non eſſet æquum, vt pariformiter taxaretur delictum, & negligentia.

Eodem

Eodem Priuilegio: *Mentre ſi troui ſcritto à Rollo autentico.* Oritur hic pulchra dubitatio: cauetur enim Priuilegio Primo, quod tã milites deſcripti, quàm non deſcripti, ſed deſcribendi gaudeãt Priuilegijs; ibi, *che li Soldati ſcritti, ò da deſcriuerſi:* quare ergò in hoc Priuilegio XXXI. Requiritur, vt miles ſit deſcriptus in Rodolo authẽtico, ad hoc, vt gaudeat Priuilegio delationis armorum, & euitet pœnam impoſitam deferentibus arma. Solue: In Primo Priuilegio ſolum dicitur, quod deſcribendus gaudeat Priuilegijs ibi enumeratis, non autem dicitur, quod gaudeat omnibus: Solutio non videtur bona, quia de proximo militiæ adſcribendus, habetur pro deſcripto, vt in ſpecie eſt tex. in l. penult. C. de militar. teſtam. & indè gloſ. deſumit regulam generalem, quod proximè accingẽdus habetur pro accincto, Petrin. Bell. de re militar. par. 7. tit. 1. nu. 28. & prætereà ſicut in Primo Priuilegio cauetur, vt deſcribendus gaudeat illis ibi enumeratis, ità & debet gaudere alijs, cum nõ ſit maior ratio de vno, quam de alio: Ratio igitur diuerſitatis, vel deſumenda erit ex regula l. non omnium, ff. de reg. Iur. vel quando illam excogitare velimus, dici poteſt, fuiſſe hoc factum, ad euitandas fraudes, quæ quotidiè fieri poſſent, ſi etiã milites non deſcripti, & ſine Bullectino poſſẽt deferre arma: quippè multi poſſent ſupponi, vt vnicuique cõſiderare licet.

Sed præmiſſorum occaſione quæro, quo nam pacto in caſus cõtingentia, probari poterit, quẽ eſſe deſcribẽdum ad hoc, vt indè dijudicari poſſit, an potiatur Priuilegio nec ne: ſi hodie in deligendis militibus ſeruarẽtur ſolemnitates antiquæ, quas reaſſumpſi Caſ. LI. in princ. facilis eſſet reſolutio, cõſtaret enim militẽ eſſe deſcribendũ, eo ipſo ac appareret abſolutum Tirocinij tẽpus: veruntamen quia antiquæ ſolemnitates hodierna conſuetudine ſunt ſublatæ: & milites iuxtà morem hodiernũ eliguntur, & aſſumũtur à Centurionibus, & poſtquam ſunt à Centurionibus aſſumpti, deſcribuntur à Collaterali in luſtrationibus in Matricula, ſeù Rollo cum ſignis, de quibus cauetur in Edictis Excellentiſs. Gener. S. R. E. de officio Collateralis, idcircò crederem, eo ipſo probari, quem eſſe electum in militem, & ideò deſcribendum, ac de hoc fidem faciant Centurio, qui deligẽdi munus habet à Principe, ac eius Cãcellarius coniunctim, ea ratione quia antecedenti cõceſſo, conceditur, & cõſequens, & è contrà, l. 2. ff. de Iuriſd. omn. Iudic. Euerard. in Topic. legal. loc. 94. dũ ergò conceditur antecedens eligendi, concedetur, & conſequens atteſtandi eſſe electum, & ſic deſcribendum.

Priui-

Priuilegio XXXII. *far prigione in Corpo di Guardia, &c.* Corpus cuſtodiæ veneratur ad inſtar Palatij Principis, & loci Religioſi, & magis, vt patet ex veteribus, & recentioribus exemplis relatis à Ginutio in diſciplina militari, cap. 51. n. 86. vbi adducit rationes, quibus mouentur Principes ad prohibēdum carcerationes in cuſtodijs, prout prohibetur in dd. Palatijs: nō omittam quod de Planco refert Tacit. lib. 1. annal. inquit enim neque aliud periclitanti ſubſidium, quam Caſtra, & legiones, illic ſigna, & aquilam amplexus religione ſe tutabatur: adde quæ dixi Caſ. XXXIII. nu. 17.

Priuilegio XXXIII. *non poſſa procederſi per Inqniſitione, per caggion di gioco, ancorche non lecito.* Quomodò procedatur per Inquiſitionem, vide apud Farinac. q. 1.

De ludo licito, & illicito, & de actione agendi ad conſequendum lucratum in ludo, vide amplè per Borell. de Magiſt. edict. lib. 3. c. 11. Theſaur. qq. forenſ. c. 19. lib. 4. Farin. q. 109. & quæ cumulaui Caſ. L.

Et num Satellitibus, ſeù Alquazilijs, aut Birroarijs dicentibus inueniſſe ludentes ludis prohibitis credatur nec ne, vide per Borell. d. cap. 11. num. 91.

Priuilegio XXXIV. Omnes enim applicati, ſeruitijs, & officijs militaribus, tempore tamen quo ſeruitium durat, gaudent Priuilegijs militaribus, Bald. in l. 1. ad med. C. de vxor. milit.

Priuilegia militum equeſtrium procedunt cum eiſdem regulis de quibus dictum eſt in Priuilegijs militū pedeſtrium: vnum nota, quod ſi milites pedeſtres ſint ad ſpeciale ſeruitium Principis addicti gaudent etiam Priuilegio militū equeſtrium, l. à Calligato, vbi gloſ. & Bart. C. de nupt. Caſtan. in d. tract. deduct. ne eg. q. 8. n. 15.

Vltimo quæritur, an milites poſſint huiuſmodi Priuilegijs renūciare, & diſtingue: Aut verſamur in caſu in quo ſi renūciatio tenet lęditur Ius Principis, ſeù Ius publicum, & tunc renūciatio eſt inualida, l. 1. & 2. C. ſin. cenſ. vel reliq. fund. compar. nō poſſ. l. Ius publicū, & l. inter, ff. de pact. & ratio eſt ibi gloſ. quia priuatorū pactis Ius publicum lædi non poteſt, Iaſ. in l. ad ægregia, n. 2. ff. de Iur. Iur. Aſin. in tract. de execut. §. 2. c. 7. n. 15. verſ. & hinc, latè Caſtan. in tract. deduct. ne eg. q. 8. n. 57.

Amplia, vt iſto caſu renunciatio, quantumuis iurata non teneat Cuman. conſ. 169. in fin. Caſtan. vbi ſup. n. 66. & ego latè dixi Caſ. L.

Exemplum poni poteſt in noſtris Priuilegijs, ſi miles renūciaret priuilegio, quod fieri non poſſit exequutio in armis, & equis: quia etenim,

etenim, clarè in hoc læderetur Ius Principis, qui non tantũ ob militem, ſed ob proprium ſeruitium, arma exemit, cum ſine illis milite vti non valeret idcircò renunciatio non tenet ex preallegatis.

Exemplum etiam de iure communi, poni poteſt in renunciatione beneficio Fori: etenim cum Priuilegium, ne dum reſpiciat fauorem ipſius militis, ſed etiam Iuriſdictionis militaris, ei renũciari non poterit, gloſ. in l. ſi quis in conſcribendo, in verb. antiqui, verſ. quartus, C. de pact. per l. filiusfamilias. §. veterani. ff. de procurat. vbi gloſ. expreſsè hoc dicit, & eſt alia, gloſ. in l. 2. §. ſed quia, in verb. remitti, C. de Iur. Iur. & dixi Caſ. XLI. num. 13. cum ſeqq. & Caſ. L. vbi etiam non obſtante Iuramento, Paſchal. de virib. patr. poteſt. cap. 9. par. 2. num. 39.

Exemplum etiam poni poteſt de iure communi, in Priuilegio ne milites conueniantur vltrà id quod facere poſſunt, quia huic priuilegio, nec etiam Iuramento renunciare valent, vti in Principis perniciem, vt latè per Caſtan. d. q. 8. nu. 65. cum. ſeqq.

Aut verò Priuilegium reſpicit ſolum fauorem ipſius ſolius militis, & tũc valet ei renunciare, ex regula clara, l. ſi quis in conſcribẽdo, C. de pact. Barboſ. in l. alia. §. eleganter, n. 20. ff. ſolut. matrim. Caſtan. d. q. 8. n. 61.

Aut tandem Priuilegium reſpicit tàm fauorẽ priuilegiati, quàm priuilegiantis; prout poſſet contingere, vt aliquando Princeps non lædatur, ſi miles non vtatur Priuilegio, & è contra: tunc in caſibus in quibus contingit læſio ſeruitij Principis, putà ſi tempore quo eo vti vult ob renunciationem Priuilegij eo vti non poſſet, renũciatio non tenet. Ameſc. de poteſt. in ſe ipſum, cap. 24. ſub nu. 19. Paſqual. de virib. patr. poteſt. p. 2. cap. 9. nu. 38. Caſtan. d. q. 8. n. 61. cum ſeqq.

EPILO-

EPILOGVS PRIVILEGIORVM IVRIS COMMVNIS.

Et de Perſonis, ſeù Militibus, qui illis fruuntur alphabetica ſeriē diſtinctus.

A

ALIMENTA debentur militibus à Republica, ſeù Principe, l. milites, in fin. C. locat. Specul. in tit. qui filij ſint legit. n. 20. nemo enim tenetur proprijs militare ſtipendijs, c. cum ex officij de præſcript. Speculat. tit. de ſalar. §. 1. nu. 6. in fin. cœtera vide in verbo ſtipendium.

Alimenta tenetur præſtare, vltrà ſtipendium quod datur à Principe is, cui milites dantur à Principe ad cuſtodiam ſuæ perſonæ text. eſt in l. final. vbi latè, Ioannes de Plat. C. de erogat. militar. Annon. vbi loquitur de ſalua guardia, quæ ſolet à Principe concedi his, qui ſuſpicantur de offenſione, Bart. in l. ſanctum. ff. de rer. diuiſ. vbi quod timens ſe offendi, poteſt petere à Iudice cuſtodes, quibus ipſe, & non alius expenſas miniſtrat.

Alimenta non debentur militibus ab ijs, qui habent onus hoſpitandi, Rouit. ad pragmat. Regn. tit. de milit. pragmat. 3. num. 2. Surd. de aliment. tit. 1. q. 76. num. 14. reliqua vide in verb. hoſpitatores, & habitatores.

Amiſſio Priuilegiorum fit à militibus ob vitam inhoneſtā, Cyn. in l. 1. nu. 10. C. de Iur. & fa. ignor. Caſtrenſ. in l. ſancimus. 8. num. 2. C. de reſtit. milit. Alberic. in l. militem. 7. nu. 1. C. de procurat.

Adulterum deprehenſum cum vxore licet militi impunè occidere, l. marito, & l. capite punico, ff. de adult. l. Gracchus, C. eod. Ferret. de re milit. tit. de militar. Iuſt. nu. 140.

Arma militum in executionem capi non poſſunt, gloſ. in l. nepos proculo, in verſ. & dignitate ff. de verb. ſignif. Amat. deciſ. 86. nu. 1. latè Caſtan. in tract. de benef. deduct. ne egeat, q. 8. n. 40.

Abſoluti ſemel à ſuo Tribuno non poſſunt amplius moleſtari, Farinac. conſ. 4. n. 17. Caſtan. d. q. 8. n. 75.

Appellationem deſertam proſequi poteſt, l. negociorum. §. final. ff. de appell. Bell. de re milit. par. 7. tit. 3. nu. 101

An-

Angarijs ſũt exempti,Bell.vbi proximè,nu.25.& de exemptione ab alijs oneribus, vide in verſ.munera, & onera.

B

Beneficio gaudent, . è conueniantur vltrà quam facere poſſunt, deducto, nè egeăt, de qua materia cum ſuis limitationibus vide Caſtan. in q.8. per tot.

Bonis cedere an poſſint Ayal.lib.3.cap.17.n.1.

C

Carcerari nõ poſſunt pro debito ciuili Caccialup.in tract.de debitor.ſuſpect. & fug.q.5. princ n.12. Euerard. in topic. legal. loc. 22. Caſtan d.q.8.n.89.

Ciuis efficitur loci,vbi militiam exercet l municeps definit §.fin. ff.ad municip. Donat. Antonius Marin. reſolut. quotid. cap. 220. num.71

Cauſæ militum ſunt magis priuilegiatæ, quam cauſæ dotium. Abbas in cap. fin. de iudic. in fin.Bart. in l.1.ff ſolut. matrim.

Cauſa militum eſt magis priuilegiata,quam cauſa ſtudij Bart.in l. vltima n.3.ff. de reſtit. in integr. Menoch. conſilio 182. num. 9.

Chirurghi militũ gaudent priuilegijs militaribus Grat. diſcept. 840.num 11.

D

Decretum ſecundum miles non patitur, & ſi patitur bona recuperat l.3. C. de reſtit milit. l. ignorare C. eod tit. Bell. de re milit. par. 7.tit.3.n.13. cum ſeq.

Delicta communia in militibus læuius puniuntur Ferret. de re milit. tit.de milit. iuſt. n.46.

Quando pro delictis puniuntur, degradantur, & cingulo militari ſoluuntur Soccin.Iun. in cap. propoſuiſti poſt. num.34 de for. compet. Clar. in §. fin.q. 74. n.6.& 64.Procedit tamen in militibus equeſtribus, qui gerunt certa ſigna, ſeù cingula quæ nos vocamus diuiſam, ſeù Caſacche, non autem in militibus pedeſtribus Caſtan. d. q. 8.n. 85. cum ſeq.

Damnatus ad mortem teſtatur de Caſtrenſibus l. ex militari in princ.ff. de milit.teſtam.l.ſi quis filio §.ſed ſi quis fuerit C. de iniuſt. & rupt. Quod limita, & declara vt per Bell.de re milit.part.7.tit.1. nu.29.

Damnati

D

Damnati hęreditas in Caſtrenſibus acquiritur proximis, vſq, ad ſuum gradum,& non ad Fiſcum,Bell.ibid. n.30.

Pro delictis qua pœna poſſint condemnari, & quibus quæſtionibus ſupponi, vide in verbo furca,& in verbo tortura.

Deprædari licet propter æſum in caſum neceſſitatis Angel. per illum tex.in l.2.§.cum ead.in fin.ff.ad l.Rhod.de iact.Felin. in cap. quærelam de iur. iur. Surd.de alim.tit.1.q.75. n.11.

Deportati poſſunt a militibus hæredes ſcribi,l.neque,§.deportati ff.de milit.teſtam.

Dotis hypotheca an præferatur, vel poſtponatur fauore militiæ vide in verbo Hypotheca.

Donatio vide in verbo Meretrix in verbo Parens, & in verbo Vxor.

E

Emptũ ex pecunia militari efficitur militis,Bell.de re milit.par.7.tit.3. n.29.

Equus militaris extra prouinciam militarem non eſt mittendus l.officiũ 12.§.patronus,ff.de re mil.Tolòſ.in ſintag.lib.19.c.14.n.1.

Exemptiones militum vide in ſuis locis, in verba Angaria munus onus,&c.

Exceptione hoſtica gaudent, Capic.dec.72.Ricc.collect.354.

Exceptio hoſtica an procedat tam in cauſis criminalibus,quam in ciuilibus affirmatiuè,vt per Ann.alleg.75.n.4. vol. 2. & alij per Amend.in addit.ad Franch.dec.286.n.1.

An in cauſa dotis,vide Franch.d.dec.286.& ibi Addet. ad eum.

An ea gaudeat vxor militis negatiuè,vt ibid. Ricc. in addit.

An poſſit eius beneficio renunciari,& in quibus caſibus procedat,vel non,vide d.Adden.ad Franch.dec.286. vbi plenè.

Expenſas litis diminutæ ſoluunt,vt per Surd.dec.274.& latè dixi de hoc in appendice ad priuilegia.

Exceptio peremptoria,vide in verb. peremptoria.

F

Fœnum,& palea militibus itinerantibus ab vniuerſitatibus diſtribuenda ſunt, l.non videtur, C.de muner.patrimon.lib.10. & in l.2.& in l.prouincialibus,C.de erogat.milit.Annon.li.12.Rouit.ad pragm.Regn.tit.de milit.pragmat.3.n.9.

Familiares militum habent priuilegium militibus conceſſum,

E Bald.

Bald.in l. 1.ad med. C.de vxor. milit.

Filij militum gaudent priuilegijs militum,& præſertim priuilegio fori,l.Mulieres, C,de dignit.lib. 12. a Ponte conſ. 31.n.7. & 8. & de poteſt.Proreg.tit.de diuerſ.prouiſ.§. 1.n. 3.Rouit.in rubr. de milit.pragm.15.n.20.& pragm.16.n.46.Bell.de re milit.par.7. tit, 3.n.34.vbi etiam quod gaudent priuilegijs Parentum in pœnis, & quæſtionibus.

Fori priuilegio gaudent, vt non conueniantur niſi coram Iudice ſuo;& an poſſint fori priuilegio renunciare,&plura ad hanc materiã iuriſdictionis in milites, vide in meis caſibus caſ.41.

Filij militum ſunt neceſſario inſtituendi,vel exheredãdi,Merlin. de legit.lib.3.tit.2.q.6.a n.1.

An & quomodo debeas ei relinqui legitima,vide in verb.legitimã.

Filij in parentum militiam vocantur, l. 1.& 2.C.de fil.offic.mil. qui in Bell.moriunt.lib. 12.Toloſ.in ſintagm.lib. 19.c.6.n.4.

Filij militum,qui in Bello occubuerunt, habent in Caſtris alimẽta a publico donec peruenerint ad ætatem ſtipendiorum,Ginut. in diſcipl.milit.c.fin.fol.196.

Filiusfamilias miles,habet teſtam.factionem etiam ſine licentia Patris,& quomodo procedat dixi Caſ.45.

Furcæ ſupplicio de iure communi damnari non poſſunt l. 3. §. his, ff.de re milit.

Fallit in crimine rebellionis,læſæ maieſtatis,&latrocinij,propter quæ delicta omni priuantur priuilegio, l.veterano, C,de veteran. l. 1. & 2.C.quando liceat ſin.iudic. vendic.

Fallit etiam de conſuetudine, iux.quam milites priuati, niſi ſint Nobiles pro delictis capitalibus furca ſuſpenduntur,vt ſeruari videmus,& teſtatur,Caſtan.d.q.8.n.32.

Centurioni tamen ſeu Capitaneo pro delictis capitalibus, et quod ſit natiuitate ignobilis caput amputatur,Caſtan.ibid.n.32.

Item nec in metallum damnari poſſunt de iure communi, & ſic attento iure communi, neque damnari poſſent ad triremes Bellus de re milit.tit.3.p.7.n. 31.32.& 33.

Contrarium ſeruatur de conſuetudine reliqua vide in verbo Pœna

Falcidia in teſtamẽto militis an locum habeat vide Bellum p.7. tit. 3.n.4.Marc.Mant.de priuileg. milit.n.250.

H

Hæreditas poteſt directo dari in Codicillis militũ l. militis Co-

dicilli

dicilli, C.de milit. teſtam.

Hæreditas poteſt ad tempus per militem dari Bell. de re mil.p. 7.tit. 1. num.16.

Semel hæres poteſt deſinere eſſe hæres l.poſt aditam, C. de impub. & alijs ſubſtit.

Hæreditas vxoris,aut Commilitonis filiofamilias militi delata habet iura Caſtrenſis peculij,ideoque in ea pater non habet vſumfruct.Bell.d.tit. 1. n. 3.

Hoſpitium habent ab habitatoribus,l. 1. C. de Epiſcop. & Cler vbi gloſ.cumulat alia iura,Rouit.ad Pragm.Regn.tit.de milit.prag 3.n. 2.Surd.de alim.tit. 1.q.76.n. 14.

Habitatores ad quid teneantur, Martin. de milit. Roland.conſ. 66. per tot.lib. 1.

Hypotheca tacita,& ius prælationis competit, in rebus emptis pecunia militari,etiam aduerſus Creditores anteriores, gloſ. in l. idemq.7.in verb.res fuerit,ff.qui potior.in pign.hab.Gratian. diſcep. 955. num.8.

Hoſpitationem ſi domum habeant, ſubire non coguntur, & quomodo hoc procedat,vide apud Bell.d.par.7.tit. 3.n. 26.

I

Ignorantia iuris,an & quando,& in quibus milites excuſet.Bell. de re mil.par.7.tit. 3.n.4.cum ſeq.& dixi caſ.

Imperij meri, & mixti cauſæ delegantur fauore militis. l. tam. collatores.C.de re mil.lib.12.

Inuentarium non conficiens non tenetur vltra vires hæreditatis. l.fin.§.nouiſſimo.C.de iur.deliber.Porcill.in tract.de inuent.diuer. q.5.n. 14.Montic.q.238.n.37.

Infirmi debent gratis a Medicis curari. Ferret. de re mil. tit. de armat.ſæcul.milit.n.41.

Infirmitatis tempore habent ſtipendia.

Iniurijs incongruis non pulſantur,l.prouidendum. & l. 2. C. de veteræ.l.

Ius accreſcendi an habeat locum in teſtamento militis, vide apud Bell.par:7:tit.1.n.16.

Iudicem competentem habere debent,& coram illo,& non alio ſunt conueniendi,l.Magiſteriæ:ff.de Iuriſd.omn.Iud. vide amplia-

E 2 tiones

tiones,& limitationes apud Ginut.cap.fin.lib.1.fol.197.

L

In Litibus eorum ſuperſedetur Guglielm.de Bened.in c.Rainutiis in verb.teſtamentum il 1.n.12.& dixi latius in appendice, & firmat etiam Ginut.indiſcipl.militar.lib.1.cap.fin. fol.196. verſic. a Soldati.

Legare non poſſunt Meretricibus Addent.ad Franch.deciſ.27 n.2.limita,vt dixi caſ.45.

Legitima an neceſſario ſit relinquenda filijs militum. & quo tit.Merlin.de legit.lib.3,tit.2.q.6. a num.1.

An poſſit grauari in ſubſtitutione,Merlin.d.tit.q.20.n.17.

Legitima parentibus an neceſſario ſit relinquenda dixi caſ.45.

M

Munera.& onera,quæ ſubire teneatur miles,& a quibus ſit exẽptus vide apud Caſtill.dec.105.& Maſtrill.dec.156.p.2.& per Toloſ.in ſintagm.lib.19.cap.16.

Medici militum, habent reſtitutionem in integrum, l.inter eos §.Militum tamen.Medic.ff.de milit.teſtam.l.1.C.de vxor.milit.Gratian.diſcept.340.n.11.

Matrimonia militum antiquitus habebant remiſſionem ſolemnitatũ,& quomodo ea poſſent cõtrahere,Bell.de re mil.p.7.ti.1.n.6

Miſſionem habẽt milites honeſtam,& cauſariam,&quando illã debeant obtinere Cotor.de iur.mil.lib.1.c.27.Bell eod.tract.d.p.7. tit.1.num.35.

Meretricibus an poſſint donare, & quomodo dixi caſ.45.

N

Nauium fabrica excuſantur, l.fin.ff.de priuil. veteran.

Nauium tamen Angarias ſubeunt, l.via,& l.4.ff.de priuileg.veteran.Toloſan.in ſintagm.lib.19.c.16.n.5.

O

Onera operũ publicorũ collationũ,& vectigaliũ in nũdinis non ſubeunt, Toloſ.vbi prox.l.1.C.de veteran.lib.12.l.2. ff. eod.

Obliqna verba,vide in verbo ſubſtitutio.

P

Pactum de futura ſucceſſione inter milites tenet.l. licet. C. de pact.declar.vt per Boer.dec.204.n.4.& 5.

Parentes non habent quærelam inofficioſi dixi caſ.45.

Parentes poſſunt donare filio in caſtrenſem vsũ,Bell.d.tit.1.n.2.

Poſthu-

Poſthumus an rumpat teſtamentũ, vide in verbo teſtamentum.

Pontificis miles præfertur militi Imperatorio Ferret. de re milit. cap. de legal. milit. num. 25.

Pœna impoſita a ſtatuto non habitanti, ſeu abſenti non procedit in milite; Menoch. conſ. 182. n. 9. lib. 2. Gratian. diſcept. 166. n. 11.

Procuratoris munus ſubire non coguntur, immo non poſſunt dixi latè priuilegio 13. & caſ. 17.

Peremptoriam exceptionem opponunt etiam poſt ſententiam. l. 1. in fin. C. de iur. & fact. ignor.

Peculij caſtrenſis priuilegia, vide apud Toloſ. c. 15. lib. 19.

R

Reſtitutio in integrum quomodo, & quando competat, Odd. de reſtit. in integr. q. 6. n. 7. cum ſeqq.

S

Stipendia militi mortuo non ſoluta poſſunt peti, & conſequi ab hæredibus, Ginut. in diſciplin. lib. 1. cap. fin. fol. 196.

Stipendia iure poſtliminij conſequitur captus ab hoſtibus ſi reuertatur, etiam decurſa tempore ſeruitutis; Ginut. vbi proximè.

Stipendia non ſunt obnoxia executionibus pro ære alieno niſi in ſubſidium, Matthæſ. in l. ſtipendia, C. de execut. rei iudic. Magon. deciſ. Lucenſ. 24. num. 7.

Spurietas tollitur ex admiſſione ad militiã; l. Imperiales, §. ſi miles, & ibi Bald. C. de nupt. Ferret. de re milit. c. de duell. n. 107.

Subſtitutiones militũ de his vide Mant. in tit. de priu. mil. & Bellum locis cit. & latius per Fuſar. de ſubſtit. a q. 206. vſq. ad q. 227.

T

Teſtam. militum habere vigintiduo priuilegia not. Bar. in l. neq. enim ff. de Teſtam. milit. quorum nouem cõcernunt ſolemnitatem teſtandi: tria concernunt perſonam militis teſtantis: tria fauoré militis inſtituti, ſeu legatarij: & ſeptem ſubſtantiam teſtamenti, & de Priuilegijs teſtam. militis vidẽdi erunt Bald. in l. militis C. de Teſt. milit. Mant. de priuilegijs milit. Tuſc. in verb. teſtam militis concl. 119. Græueus ad concluſ. Gayll. concl. 18. lib. 2. vbi plures cumulat Maynar. dec. Thol. 43. lib. 5. & quę dixi caſu 45. vbi alios cumulaui.

Valet teſtamentum ſolo Nutu, etiam in Muto, & Surdo Mart. medic. examin. 10. nu. 7. & 8.

Sufficit ſola recognitio manus militis in eius teſtamẽto Gratian. diſcept.

diſcept.605.nu.21.

Natiuitate Poſthumi non rumpitur Petrin. Bell. de re milit. p.7. tit.1.nu.25

Incertus de ſtatu ſuo teſtari valet Petrin.Bell.vbi proxime n.21.

Filijſfamilias valet etiam ſi emancipetur deportetur,aut in adoptionem detur Mantua de priuil,milit, nu.280.

Tenet factũ ſub conditione lucri, vel mutuæ inſtitutionis l. licet inter priuatos vbi Iaſ.& Doctor.C.de pact.

Non ſubiacet quærelæ in officioſi propoſitę a Parentib. dixi caſ. 45.Subiacet tñ ſi proponatur a filijs quicquid dixerit Mantua vbi ſup.n,240.Merlin.de legit.lib.3,tit.2,q.6.ar,1.& q.20,n,17.vbi quo tit.ſit relinquenda,& an poſſit in ea ſubſtitui.

Poteſt facere duplex teſtamentum abſq.eo quod prius rumpatur l.quærebatur ff.de milit,teſtam.

Poſſunt in eo & deportati hæredes ſcribi l.neque. §. deportati ff. de milit.teſtam.

Verba enunciatiua in eo diſponunt l. milites. C. de militar. teſtam.dixi c aſ.4.

Factũ a Pagano tenet Iure militari, ſi miles poſtea factus id ve- i Petrin.Bell,d.tit.1.nu.23.

Non habet in eo locum Reg.Catoniana l.neq.in prin. & ibidem Bald.in terminis ff.de milit teſtam.

Poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus l. certi Iuris C.de milit.teſtam.Bell.d.tit.1.n.14.

Tabernarij ſiuè hoſpites ad quid teneantur militibus Martin.de milit.q.3.habetur tom.16.tract.circa ſi.Roland.conſ.66.n.4. lib.1.

Trebellianica detrahi non poteſt l.1.§.deniq.ff.ad Trebell. Mantua de priuileg. milit.n.237.

Tutelam accipere non cogitur,vide cum limitationibus,& ampliationibus notata in priuileg.13.

Tributorũ exactores fieri non poſſunt Toloſ. in ſintagm.lib.19. cap.16.num.2.

Tortura illis in ferri non pōt Ferrett.de re milit. tit.de legal.milit.nu.46.fallit de conſuetudine,vt dixi in Priuilegijs.

V

Vxores gaudent priuilegio fori eiuſd.militis l.mulieres C.de dignit.lib.2.

Quid in vidua militis?Aponte conſ.31.n.7.& 8.de poteſtat.Proreg.

reg.tit.de diuerſ.prouiſ.§. 1 .n: 3.Rouit.ad prag.regn. rubr. de mili prag.15.n.20.& pragm. 16.n.46.cum.ſeq.

Vxor donat viro licitè in Caſtrenſem vſum Petrin. Bell.de re milit.par.7.tit.1.n.2.

Venari poſſunt vbiq. præterquam in locis a Principe reſeruatis Ginut.in diſciplin.militar.cap.fin.lib.1.fol.197.

Et hæc ſunt quæ breuiter tibi amicè lector cumulaui priuilegia ſi alia a me forſan omiſſa videre velis, Recurre ad Marcum Mantuam in ſuo tract.de Priuileg.milit.qui habetur in tractatibus tom. 16.in fin.Coter.de Iur.& Priuileg. militum par. 2. Ayal. de Iur. & offic.Bell.lib.3.cap.7.Petrin.Bell.de re milit.par.7.tit. 1.2.& 3. Ginut. in diſciplin.milit.lib. 1.cap.vlt.fol.196. Toloſ.in ſintagm. Iur. Vniuerſ.lib.19.cap.16.Odd.de reſtit.in int.q.6.8.& 10.

Vltimo non eſt omittenda indagatio, qui nam ſint, qui hodie prædictis Priuilegijs gaudeant,& fruantur.

Scias Primo quòd hodierna conſuetudine ſublatę ſunt omnes illæ ſolemnitates quas recenſui caſ. 51.in princ.fuiſſe neceſſarias ad Creationem militis,& duo dūtaxat requiruntur. 1.Quòd ſit electus, deſcriptus,ſeu deſcribendus,Secundo,quod Sacramentum præſtet, licet hoc ſecundum non ſit in vſu, quia iuramentum præſtatur a Centurione,ſeu Magiſtro militum.Rouit.ad pragm.regn.in Rubr. de militib.nu.1. Ginut. in diſcipl. militar. lib. 1. cap. fin, fol. 194. Mauſon.de cauſ.exeq.lib.1.limit.8.nu.3.

Primo igitur gaudebunt priuilegijs militaribus milites,qui certa ſtipendia ſumunt,& a ſignis ſine conſenſu Ducis abeſſe non poſsūt. Maſtrill.deciſ.73.n.19.Caſtan.q.8.n.10.alios cumulaui caſ.44.n.9.

Amplia,vt dictis priuilegijs gaudeant milites deputati ad cuſtodiendas Ciuitates,fortalitia,& certa loca Galliaul.in l.Centurio n.3. in fin.ff.de vulg.& pupill.Salic.in l.1.nu.8. ff. de Iur. & facti ignor. Bell.de re milit.par.7.tit.3.num.37. Farinac. conſ.95. num.2. Caſtill.deciſ.105.num.35.Caſtan.d.q.8.num.12.& 17.

Amplia ſecundo,in militibus nouæ militiæ regni Neapolis,& in illis,qui vocantur trattenuti,vt per Rouit.in d.pragm.15. num. 42. Brun.de ceſſio.bonor. & alij relati a Mauſon.d.limit.8.num.7.

Amplia tertio in militibus deputatis ad cuſtodiam principis Aufrer.ad deciſ.Toloſ.decis.151. Ond. conſ.83.n.96. lib.1. Farin. conſ.95.num.18. Caſtan.d.q.8.ampliat.2.

Amplia 4. in militibus Hieroſolimitanis, qui ſiue ſint inexpeditione ſiue non gaudent priuilegijs militum, Apont.conſ.14. n.1.

cum

cum ſeqq. Odd. de ſubſtit. par. 5. 3. præmiſſ. Caſtan. d. q. 8. n. 18.

Amplia quinto in militibus de Alcantara, & Calatraua S. Iacobi & ſimilium Bellug. in ſpeculo principum rub. 7. num. 7. Leon. in prax. Archiep. par. 2. q. 23. num. 35.

Amplia in militibus S. Stefani, S. Lazzari, & ſimilium Gall. de except. except. 6. par. 2. num. 13. Ruſt. late ad l. cum Auus lib. 5. cap. 5. a num. 10. vſque ad fin vbi de alijs militibus ſimilibus ad quem te remitto.

Quid de militibus militiarum ſtatus Eccleſiaſtici, ac alijs ſimilibus nuncupatis, del battaglione, negatiue concludunt, Odd. de compend. par. 5. poſt art. 5. præmiſſ. 3. n. 11. Onded. conſ. 83. n. 95. cum ſeqq. lib. 1. Viuius dec. 491. alios cumulaui caſu 44. n. 9. limita ſi ſint in expeditione, vt dixi in priuilegijs.

Quid de militibus Cirneis vulgo, Corſi, qui in ſtatu Eccleſiaſtico certo ſtipendio retinentur ad extirpandos exules. cæteroſque facinoroſos homines hoc tactum a nemine in ſpecie inueni, ſed ego affirmatiue teneo, quippe illi vere ſunt milites, cum certa ſtipendia ſumant, & a ſignis abeſſe non poſſint, Gayll. obſeru. 118. n. 1. & 2. lib. 1. Maſtrill. dec. 173. n. 5. et 6. Caſtan. d. q. 8. n. 8.

Sed dicet aliquis quod etiam Satellites, ſeu Birruarij gaudebunt eiſdem priuilegijs; quia & ipſi certa ſtipendia ſumunt vacant armis, & Reipublicæ inſeruiunt ad extirpandos facinoroſos: Verum tamen contrarium dicen. eſt quia inter eos non eſt par, ratio tam quo ad qualitatem perſonarum, quam quoad exercitium, quia Cyrnei milites non niſi armis certare excluſo omni vili exercitio, neceſſitatem habent, & in eorum numerum non aſſumuntur homines laborantes alicuius infamiæ nota, at conſtat, quod in numerum Satellitum, ſeu apparitorum, qui idem ſunt, etiam antiquitus non niſi viles perſone, & ex ſeruorum genere accipiebantur, vt referunt Strabo lib. 5. & Gellius lib. 10. c. 3. qui ſcribunt a Romanis abeunte Annibale, Brutios ignominiæ cauſa non milites ſcribi ſtatutum eſſe, ſed vt Magiſtratibus in prouincias abeuntibus, parerent, & adminiſtrarent vti apparitores; præterea illorum officium nō eſt propriè armis certare, ſed ligandi, & prehendendi vimq. inferendi neceſſitatem habent, & multa inter exequendum audire, & pati coguntur, præter animi ingenui mentem, et propterea priuilegijs militaribus frui non debent, immò vti infames non ſunt in numerum militum aſſumendi, ſi dare nomen militiæ volunt, l. 2. §. miles, ff. de his qui not. infam. Caball. caſ. 294. n. 153. Giurb. conſ. 44. n. 7.

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. NAPOLI

Prem. Legatoria Artistica
ACHILLE FIORE
Via Grande Archivio, 3 - Napoli
Digitized by Google